

REESE LIBRARY

UNIVERSITY OF CALIFORNIA

Mar. 27 1883

30703

This book is DUE on the last date stamped below

SOUTHERN BRANCH  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF.







THE HISTORY OF THE UNITED STATES

Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. VII.

# ANATOMICAL TABLES

## CONTENTS

PLATE I. THE HEAD AND NECK

PLATE II.

PLATE III.

PLATE IV.

PLATE V.

PLATE VI.

PLATE VII.

M. TULLII CICERONIS

ORATIONES

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITÆ.

---

VOLUMEN TERTIUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1830.



HOWARD KAZENROD

50703

rietes denique ipsos, superiorum testes nuptiarum? perfregit ac prostravit omnia cupiditate ac furore: <sup>3</sup> vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. 16. Tulit <sup>4</sup> hoc commune dedecus jam familiæ, cognationis, nominis, graviter <sup>5</sup> filius: augebatur autem ejus molestia quotidianis querimoniis et assiduo fletu sororis: statuit tamen nihil sibi, in tantis injuriis ac tanto scelere matris, gravius faciendum, <sup>6</sup> quam ut illa matre ne uteretur; [p. 21.] ne, quam videre sine summo animi dolore non poterat, ea si matre uteretur, <sup>7</sup> non solum videre, sed etiam probare suo judicio putaretur.

17. Initium quod huic cum matre fuerit simultatis, <sup>8</sup> audistis. Pertinuisse hoc ad causam, tunc, cum reliqua cognoveritis, intelligetis: <sup>8</sup> nam illud me non præterit, cujusmodicumque <sup>9</sup> mater sit, <sup>9</sup> tamen in judicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere. Non essem ad ullam causam idoneus, judices, <sup>10</sup> si hoc, quod in communibus hominum sensibus atque in ipsa natura positum atque infixum <sup>11</sup> est, id ego, cum ad amici pericula depellenda adhiberer, non viderem. Facile intelligo, non modo reticere homines pa-

<sup>z</sup> Odii.



*fam.*—2 C non linicii cubic.—3 C H S T cupid. et fur. Pro vicit in  $\chi$  ejicit. D-in pro timorem C et T exhibent amorem.—4 C T, Dresd. Franc. 2. et ed. 1472. Non tulit. Tum jam omittunt  $\chi$ , Junt. Græv. Lall. et Schutz. In Ven. 1480. hoc dedecus comm. jam fam. Weiske mavult hoc jam comm. aut comm. jam ded —5 Pro graviter in C legitur gravet. Paulo post, in eodem Ms. augebatur autem ejus modestia.—6 Lamb. gravius esse fac.—7 Schutz. et Orell. e conj. Garatoni ediderunt quæ videre . . . ea, si matre uter. Mox, sed ante etiam probare omittit Cam.—8 Intelligetis non est in  $\chi$ .—9 Cujuscumque modi H et Franc. cujus modicum quia C. Mox in  $\chi$  deest præpositio ante judicio.—10 C et T non habent judices. Mox pro hominum in  $\chi$  et  $\psi$  omnium.—11 C

NOTÆ

tribus pueris, quorum unus facem spineam præferebat, quod non, nisi ubi contenebrasset, in mariti domum deduceretur.

<sup>x</sup> Non limen] Referente eodem Sigonio, ubi ad limen mariti pervenerat, tum postes oleo perungebat, eosdemque laneis vittis exornabat: limen autem attingere religiosum ha-

Delph. et Var. Clas.

beatur, ne, ut Varro censet, a sacri-legio initium ducerent, si deposituræ virginitatem pedibus premerent rem Vestæ, numini castissimo, sacram.

<sup>y</sup> Cujuscumque sit] Dicturns de matris Cluentii turpitudine præmunit se, atque, quantumcumque mater illa sit impudica et improba, non oportere filium in causa sua de ejus

Cicero.

3 S S

rentum injurias; sed etiam animo æquo ferre oportere. Sed ego ea, quæ ferri possunt, ferenda; quæ taceri, tacenda esse arbitror. 18. Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum<sup>12</sup> a matre esset conflatum et perfectum:<sup>13</sup> quæ hoc tempore sileret omnia, atque ea, si oblivione non posset, tamen taciturnitate sua tecta esse pateretur: sed ea vero sic agit,<sup>14</sup> ut prorsus reticere nullo modo possit. Hoc enim ipsum iudicium, hoc periculum, illa accusatio,<sup>15</sup> omnis testium copia, quæ futura est,<sup>z</sup> a matre initio est adornata,<sup>y</sup> a matre hoc tempore instruitur, atque omnibus ejus opibus<sup>16</sup> et copiis comparatur: ipsa denique nuper Larino,<sup>17</sup> hujus opprimendi causa, Romam advolavit. Præsto est mulier audax, pecuniosa,<sup>a</sup> crudelis: instituit accusatores,<sup>b</sup> instruit testes;<sup>18</sup> squalore<sup>c</sup> hujus et sordibus lætatur; exitium exoptat; sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum hujus ante videat. Hæc nisi omnia perspexeritis<sup>19</sup> in causa, temere<sup>z</sup> a nobis illam appellari putatote: sin autem<sup>20</sup> erunt et aperta et nefaria,

<sup>y</sup> *Instructa.*

<sup>z</sup> *Imprudenter.*

\*\*\*\*\*

et T *fixum*. Mox pro *cum*, quod in C et T omittitur, H  $\chi$   $\psi$  et Ms. Lamb. exhibent *qui*. Dein loco *amici pericula* in  $\chi$  legitur *omnia*. Denique in  $\chi$  *adhiberier*.—12  $\chi$  *tantum*.—13 H S  $\chi$   $\psi$ , Dresd. Ms. Lamb. et edd. vet. pauca cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *perfectum*.—14 *Sed vere sic angitur* H: *sed vero sic agitur* S  $\chi$   $\psi$ , Ms. Mureti, et ed. pr.—15 Lamb. *hæc accus.* Gulielm. verba *illa accus.* pro glossem. habuit, probantibus Grut. et Ern. Deleto pronomine *illa*, Gulielm. censuit legi posse, *accus. omnis, omnis test. copia*. Orell. conjecit *ista accus.* legend.—16 C et T *operibus*.—17 In C T et Ven. 1480. deest *Larino*.—18 *Instituit acc., instituit testes* C, Franc. 1. 2. ed. 1472. Crat. Steph. Græv. *instruit acc., instruit testes* Hervag. Cam. et Weiske: *instruit acc., instituit testes* Schutz. e conj. Lambini. Vulg. ut Ern. Pro *testes* in  $\chi$  legitur *hostes*.—19 *Prospexeritis* C S  $\chi$ : *spexeritis* T. Mox in C *vobis*.

#### NOTÆ

infamia ac turpitudine dicere.

<sup>2</sup> *Quæ futura est*] Testes interrogabantur, causa perorata, nisi lata lege aliter statutum esset.

<sup>3</sup> *Pecuniosa*] Potuit pecunia testes corrumpere, quia divitiis abundat.

<sup>b</sup> *Instituit [Instruit] accusatores*] Docet, quæ dicere accusatores oportet, quos corrumpit.

<sup>c</sup> *Squalore*] Rei ad forum veniebant squalidi et sordidati, ut sæpius videre est in his Cic. Orationibus.



Cluentio ignoscere debetis,<sup>1</sup> quod hæc a me dici patiat<sup>ur</sup>; mihi ignoscere non deberetis, si tacerem. VII. 19. Nunc jam summatim<sup>a</sup> exponam, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit; ut et constantiam A. Cluentii,<sup>2</sup> et rationem accusationis perspicere possitis. Ac primum causa<sup>3</sup> accusandi quæ fuerit, ostendam; ut id<sup>4</sup> ipsum A. Cluentium vi et necessitate coactum fecisse videatis.

20. Cum manifesto venenum deprehendisset, quod vir<sup>b</sup> matris Oppianicus ei paravisset;<sup>5</sup> et res non conjectura, sed oculis ac manibus teneretur,<sup>c</sup> neque in causa ulla dubitatio posset esse; accusavit Oppianicum; quam constanter, et quam diligenter, postea dicam: nunc hoc scire<sup>6</sup> vos volui, nullam huic aliam accusandi causam fuisse, nisi uti<sup>7</sup> propositum vitæ periculum<sup>d</sup> et quotidianas capitis insidias hac una<sup>8</sup> ratione vitaret. Atque, ut intelligatis, his<sup>9</sup> accusatum esse criminibus Oppianicum, ut neque accusator timere, neque reus sperare debuerit;<sup>10</sup> pauca vobis illius iudicii crimina exponam; quibus cogitis, nemo vestrum mirabitur, illum, diffidentem rebus suis, ad Stalenum<sup>11</sup><sup>e</sup> atque ad pecuniam confugisse.

21. Larinas quædam fuit Dinea,<sup>12</sup> socrus Oppianici; quæ filios habuit M. et Numerium Aurius, et Cn. Magium, et filiam Magiam, nuptam Oppianico. M. Aurius adolescen-

<sup>a</sup> *Breviter.*<sup>b</sup> *Maritus.*<sup>c</sup> *Clarissima esset et certissima.*

—20 Taur. omittit autem.—1  $\chi$  *ignoscere non deberetis*: Taur. *ignoscere debetis*.

CAP. VII. 2 C *Cluentio*.—3 Idem Ms. *causam*.—4 C et T non agnoscunt *id*. Mox *vi*, a *necess*. C: *vi ac necess*. T et Taur.—5  $\chi$  *paravisset*.—6 C *nunc hæc scire*.—7 *Nisi ut C*, Ven. 1480. Junt.—8 *Una suspectum est Ernesto*.—9 Lamb. et Orell. *iis*. Tum T *accusandum*.—10 Duo Mss. Lambini *sperare potuerit*: unde Lamb. conjecit, *timere debuerit, neque reus sperare potuerit*.—11 *Stalenum C* et edd. vet. *Stagnum  $\psi$ : Stalenum e S* et Taur. edidit Orell. <sup>4</sup> Videtur in Victoriano codice scripto ex *Staleno* factum deinde *Stajenum*: et vero utroque modo legi in exemplaribus vetustis, diu est quod iudicavit Rivius. Adeatur quoque P. Victorius Varr. Lectt. xxxvii. 11.<sup>7</sup> *Grut.* Mox

## NOTE

<sup>d</sup> *Propositum vitæ periculum*] Cum Cluentium Oppianicus perdere vellet, confugit ad iudicium, ut vitam suam conservaret.

<sup>e</sup> *Ad Stalenum*] Cum Oppianicus videret Cluentii causæ æquitatem, Stalenum iudicem pecunia corrumpere aggressus est.

tulus, bello Italico<sup>f</sup> captus apud Asculum,<sup>g</sup> in Q. Sergii senatoris, ejus, qui inter sicarios<sup>h</sup> damnatus est, manus incidit,<sup>13</sup> et apud eum fuit in ergastulo.<sup>14</sup><sup>i</sup> Numerius autem Aurius frater,<sup>15</sup> mortuus est, hæredemque Cn. Magium, fratrem suum,<sup>16</sup> reliquit. Postea Magia, uxor Oppianici, mortua est: postremo unus, qui reliquus erat Dineæ filius,<sup>17</sup> Cn. Magius, est mortuus. [p. 22.] Is fecit hæredem<sup>18</sup> illum adolescentem Oppianicum, sororis suæ filium,<sup>k</sup> eumque partiri cum Dinea matre<sup>l</sup> jussit. Interim venit index ad Dineam, neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei, filium ejus, M. Aurium, vivere, et in agro Gallico<sup>m</sup> esse in servitute. 22. Mulier, amissis liberis, cum unius filii recuperandi spes esset<sup>19</sup> ostentata, omnes suos propinquos, filiique sui necessarios convocavit, et ab iis<sup>20</sup> flens petivit, ut negotium susciperent, adolescentem investigarent, sibi restituerent eum filium, quem tantum<sup>n</sup> unum ex multis fortuna reliquum esse voluisset. Hæc cum agere instituisset,

//////////

ad ante pecuniam omittant  $\chi$  et nonnullæ edd. vett.—12 Taur. *Dinea*.—13  $\chi$  *indicit*.—14 Taur. *in ergast. fuit*. In ed. Junt. *et fuit apud eum in ergast.*—15 Post frater H S  $\chi$ , Taur. Ven. 1480. 1483. Junt. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. addunt *ejus*.—16 Taur. omittit *suum*, prob. Peyron. non improb. Orell.—17 In  $\chi$  deest *filius*.—18 Taur. *heredem fecit*. Pro *adolescentem* Lamb. e conj. dedit *adolescentulum*.—19 *Esset* non est in  $\chi$ .—20 Taur. *ab eis*: Ven. 1483. Junt. Lamb. *ab his*.—1 Pro vulg. *tantum* C T, Taur. Beck. Schutz. et Orell. dederunt *tamen*; Franc. 1. R. Steph. et Lamb. *tum*; sex Pall. *tandem*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Bello Italico*] Bellum Italicum contigit A. U. C. 663. coss. L. Julio Cæsare et P. Rutilio Lupo.

<sup>g</sup> *Asculum*] Asculum colonia in Piceno fuit, ad discrimen alterius quod Apuliæ oppidum est.

<sup>h</sup> *Inter sicarios*] Quicumque ferro aut cultro cædem fecisset, inter sicarios nominabatur. Sicarii a sica dicti sunt. Hæc gladius brevis erat, ita ut occultari sinu vestis posset, et facile nec opinantes confodi, et maxime in turba possent. Ita Josephus Antiq. Jud. lib. xx.

<sup>i</sup> *In ergastulo*] Isidorus xv. 5. dicit ergastulum esse locum ubi depu-

tantur noxii ad aliquod opus faciendum, et tamen vinculorum custodiis alligati sunt.

<sup>k</sup> *Sororis suæ filium*] Sororis filius, qui imperite 'nepos' dicitur.

<sup>l</sup> *Partiri cum Dinea matre*] Lege Voconia mulieres hæredes fieri vetabatur: quare Magius ei legavit, ut cum sororis filio Oppianico, quem hæredem relinquebat, partiretur.

<sup>m</sup> *In agro Gallico*] Is ager Gallicus terræ tractus est ab Æsi fluvio ad Vitim usque exporrectus, quem Galli Senones tenuerunt. Vide Livium lib. v. Tota porro hæc regio Senogallia dicta est.

oppressa morbo est. Itaque testamentum fecit ejusmodi, ut illi filio H-S ccccccccc<sup>n</sup> millia<sup>2</sup> legaret, hæredem institueret<sup>3</sup> eundem illum Oppianicum, nepotem<sup>o</sup> suum: atque his<sup>4</sup> diebus paucis<sup>p</sup> est mortua. Propinqui tamen illi, quemadmodum viva Dinea instituerant, ita, mortua illa,<sup>5</sup> ad investigandum Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicum profecti sunt. VIII. 23. Interim Oppianicus, ut erat, sicuti multis ex rebus<sup>6</sup> reperietis, singulari<sup>7</sup> scelere et audacia, per quendam Gallicanum, familiarem suum, primum illum<sup>8</sup> indicem pecunia corrupit: deinde ipsum Aurium, non magna jactura facta,<sup>d</sup> tollendum interficiendumque curavit. Illi autem, qui erant ad propinquum investigandum et recuperandum profecti, literas Larinum ad Aurius, illius adolescentis propinquos,<sup>9</sup> suosque necessarios, mittunt; sibi difficilem<sup>10</sup> esse investigandi<sup>q</sup> rationem, quod intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptum. Quas literas A. Aurius, vir fortis et experiens,<sup>e</sup> et domi nobilis,<sup>11</sup> M. illius Auri propinquus, in foro, palam, multis<sup>12</sup> audientibus, cum adesset Oppianicus, recitat, et clarissima voce, se nomen Oppianici, si interfectum M. Aurium comperisset,<sup>13</sup> delaturum<sup>r</sup> esse testatur.

<sup>d</sup> *Data parva pecunia.*

<sup>e</sup> *Expertus.*



Ern. melius *tantum* abfore censebat.—2 *CCCDIII*, cum asterisco in marg., C: *XL millia H S*, Ven. 1483. Junt. Crat. *CCCCLIII* χψ: *CCCLIII millia Franc. 1. libras CCCLIII Franc. 2. CCCCL Steph. CCCC millia e Taur. et ed. Manut. dedit Orell. Vulg. ut Ern. et sic Schntz. nisi quod deleverit millia.*—3 *T instituerit.*—4 Pronomen *his* suspectum fuit Ernesto et Beckio. *His* dederunt Weiske et Orell. qui etiam coniecit *illis* legend.—5 *χ mortua est illa. Mox in eodem judice, pro indice.*

CAP. VIII. 6 Taur. *ex multis rebus.* χ omittit præpositionem.—7 In χ deest *singulari.*—8 *Illum non est in ψ.*—9 Taur. non habet *propinquos.*—10 *χ difficile.*—11 *χ et domi et nob.* C S χ, Taur. *et dami nob., et M. Tum Auri C T* χ et Taur. Denique *per propinquos* Taur.—12 A sex Oxonn. Mss. abest mul-

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *H-S CCCCCCCCCC*] Decies centena millia sestertium, quæ librarum centum millia efficiunt. Vide orat. pro Rose. Com. § 4. not.

<sup>o</sup> *Nepotem*] Id est, filix suæ Magiæ filium.

<sup>p</sup> *His diebus paucis*] Postquam nem-

pe testatus est.

<sup>q</sup> *Investigandi*] Id est, inveniendi et recuperandi.

<sup>r</sup> *Delaturum*] Deferre nomen, est aliquem rem facere et vocare in iudicium.

24. Interim brevi tempore illi, qui<sup>14</sup> erant in agrum Gallicum profecti, Larinum revertuntur: interfectum esse M. Aurium renuntiant. Animi non solum propinquorum, sed etiam omnium Larinatum,<sup>15</sup> odio Oppianici, et illius adolescentis misericordia, commoventur. Itaque cum A. Aurium, qui<sup>16</sup> antea denuntiaret, clamore hominem ac minis insequi cœpisset; Larino profugit, et se in castra clarissimi viri, Q. Metelli,<sup>5</sup> contulit. 25. Post illam fugam, et sceleris<sup>17</sup> et conscientiae testem, nunquam se judiciis, nunquam legibus, nunquam inermem<sup>18</sup> inimicis committere ausus est; sed per illam L. Sullae vim atque victoriam,<sup>19</sup> Larinum in summo timore omnium cum armatis advolavit; quatuor viros,<sup>x</sup> quos municipes fecerant, sustulit;<sup>f</sup> se a Sulla,<sup>19</sup> et alios praeterea tres, factos esse dixit; et ab eodem sibi esse imperatum, ut Aurium illum, qui sibi delationem nominis, et capitis<sup>y</sup> periculum ostentarat, et<sup>20</sup> alterum Aurium, et ejus C. filium,<sup>z</sup> et Sex. Virbium,<sup>1</sup> quo se

*f* Necavit.



*lis.* Mox, cum esset Opp.  $\psi$ .—13 Taur. M. Aurium esse comp.—14 In  $\chi$  deest qui.—15 C sed omnium Larinatum, omisso etiam.—16 Ante qui Orell. auctoritate Taur. inseruit is. Dein denuntiaret C.—17 Post illam autem fugam, scel. H S  $\chi$   $\psi$ : Post illam autem fugam, et scel. Junt. Post illam fugam autem scel. Ven. 1483. Steph. Lamb.—18 Pro inermem S T, Ms. Sylvii et Ven. 1480. habent in Larinum. In Ms. Frauc. legitur in arinum inermem. Vox inimicis non est in T, nec committere in  $\chi$ .—19  $\chi$  sustulisse et Sulla:  $\psi$  sustulit: a Sulla: Steph. sustulit: se vero a Sulla.—20  $\chi$  caret copula ante ulterum.—1 Vi-

#### NOTE

\* Q. Metelli] Metellus ille Pius dictus est, et secutus est partes Sullanas.

<sup>1</sup> Nunquam inermem] Inermis dicitur qui sine telo aut gladio est. Porro esse cum telo legibus prohibebatur: unde Milo accusatus est fuisse cum telo in senatu.

<sup>19</sup> Victoriam] Sulla, recuperata reipub. pulcherrimam victoriam crudelitate, caesis tot civibus, inquinavit A. U. C. 671.

<sup>x</sup> Quatuor viros] In municipiis forma quaedam reipub. servabatur, adeo ut in iis essent fere magistratus

iidem, a quibus respub. Rom. regeretur: nam si ordines spectentur, erant decuriones, equites, et populus; si magistratus, erant sacerdotes, dictator, duumviri, quatuorviri, censores, aediles, quaestores, et flamines.

<sup>y</sup> Delationem nominis, et capitis] Oppianicus minatus fuerat se Aurium interfecturum, quia apud praetorem in iudicium capitis enim vocaverat.

<sup>z</sup> Ejus C. filium] Aurium filium C. Aurii intellige.

questre<sup>a</sup> in illo indice corrumpendo dicebatur esse usus, proscribendos<sup>b</sup> interficiendosque curaret.<sup>2</sup> Itaque, illis<sup>3</sup> crudelissime interfectis, non mediocri ab eo ceteri proscriptionis et mortis metu terrebantur.<sup>4</sup> His rebus in causa<sup>c</sup> iudicioque patefactis, quis est, qui illum absolvi potuisse arbitraretur?<sup>5</sup> IX. Atque hæc parva sunt: cognoscite reliqua; ut non aliquando condemnatum esse Oppianicum, sed aliquamdiu<sup>6</sup> incolumem fuisse miremini.

26. Primum videte<sup>7</sup> hominis audaciam. Sassiam in matrimonium ducere, Aviti matrem, illam, cujus virum A. Aurium occiderat, concupivit. Utrum impudentior hic, qui postulet,<sup>8</sup> an crudelior illa, si nubat,<sup>9</sup> difficile dictu est: sed tamen<sup>10</sup> utriusque humanitatem constantiamque cognoscite. 27. Petit Oppianicus, ut sibi Sassia nubat, et id magnopere contendit.<sup>11</sup> Illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur, non denique illam<sup>12</sup> Oppianici domum, viri sui sanguine redundantem, reformidat:<sup>13</sup> sed quod haberet tres ille filios,<sup>d</sup> idcirco se ab his nuptiis<sup>14</sup> abhorrere respondit. [p. 23.] Oppianicus, qui pecuniam Sassiae concupivisset, domo<sup>15e</sup> sibi quæ-



rium C H, Crat. Hervag. Virum T: Jubium S, Ven. 1480. 1483. Vibium ψ, Junt. Lamb. prob. Garaton. Dein quos sequestres χ.—2 χ curant.—3 C et χ omittunt illis.—4 C tenebantur. Mox C et χ qui est.—5 Weiske e conj. dedit arbitretur.

CAP. IX. 6 H et χ aliquando.—7 χ ψ videtis.—8 C postulat.—9 Post nubat Ven. 1480. 1483. Beck. notam interrogationis ponunt.—10 In χ deest tamen.—11 Contendit non est in H.—12 χ non denique illa. Pro Oppianici in C legitur A. Aurii. Dein domum abest a C T, Franc. 2. quinque Pall. et ed. 1472. dexteram, scil. manum, habent Pal. 6. 7. Crat. Hervag. Cam.—13 χ sanguinem red. formidabit.—14 Idem Ms. ab aliis nuptiis.—15 <sup>e</sup> Domo corrup-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Quo sequestre] Sequester is dicitur apud quem pecunia deponitur, donec quis præstiterit id pro quo pecunia promittitur.

<sup>b</sup> Proscribendos] Minatus est se apud Sullam effecturum, ut procriberentur.

<sup>c</sup> In causa] Oppianici causa intelligitur, quæ acta est ante annos octo, 679. videlicet ab urbe condita.

<sup>d</sup> Tres filios] Simulabat Sassia se a nuptiis Oppianici abhorrere, non quia priorem maritum occiderat, sed quia tres filios habebat; unum ex Magia, Oppianicum; alterum ex Papia; tertium ex Novia natum.

<sup>e</sup> Domo] Id est, ex familia et filiorum cæde remedium quæsit, ut omne nuptiarum impedimentum removeret.

rendum remedium existimavit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur. Nam, cum haberet ex Novia<sup>16</sup> infantem filium; alter autem ejus filius, Pappia<sup>17</sup> natus,<sup>f</sup> Theani<sup>s</sup> Apuli<sup>18</sup> (quod abest a Larino XVIII millia passuum) apud matrem educaretur; accessit subito sine causa puerum Theano; quod facere, nisi ludis publicis, aut festis diebus, antea<sup>19</sup> non solebat. Mater nihil mali misera suspiciens, mittit. Ille se Tarentum<sup>h</sup> proficisci cum simulasset, eo ipso die puer, cum hora undecima<sup>20i</sup> in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, et postridie, antequam luceret,<sup>1</sup> combustus est.<sup>k</sup> 28. Atque hunc tantum mœrorem matri prius hominum rumor, quam quisquam ex Oppianici familia renuntiavit.<sup>2</sup> Illa cum uno tempore audisset, sibi non solum filium, sed etiam exequiarum munus<sup>l</sup> ereptum, Larinum confestim exanimata venit, et ibi de integro<sup>m</sup> funus jam<sup>3</sup> sepulto filio fecit. Dies nondum decem intercesserant, cum ille<sup>4</sup> alter<sup>n</sup> filius infans necatur. Itaque nubit Oppianico continuo Sasia, lætanti jam animo,<sup>5</sup> et spe optima confirmato:<sup>6</sup> nec

//////////

tum videtur. Finitne *quoquo modo?* Orell.—16 *Novinia* C et Dresd. *Nevia* Franc. 1. *Nominia* Franc. 2. *Nominia* T. Pro *infantem*, quod H et Dresd. omittunt, C T et Franc. 2. habent *ante*. In S deest *filium*.—17 Edd. nonnullæ *Pappia*.—18  $\psi$ , Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *Teani Apuli*. In C legitur *Traniapuli*; H *Teanopoli*; S *Teanopuli*;  $\chi$  *Tarni Apuli*. Pro *abest* in C legitur *est*.—19 C et T *ante*.—20 T *duodecima*.—1 H *lucesceret*.—2 Sex Oxonn. Mss. et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Lamb. *nuntiavit*.—3 In  $\chi$  deest *jam*.—4 Ab eodem Ms. abest *ille*. Mox *neq̄retur* edd. vet. pauca cum Grut.—5  $\chi$  *lactanti animo*, omisso *jam*.—6 T, Franc. et edd. pleræque

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Pappia natus*] Ex Pappia natus.

<sup>s</sup> *Theani*] Theanum oppidum est duplex; Theanum nempe Sidicinum, Nola cognomine, in Appia Via situm; aliud Apulum. Plin. lib. 111.

<sup>h</sup> *Tarentum*] Tarentum urbs est in Calabriae finibus, a Lacedæmonii condita.

<sup>i</sup> *Hora undecima*] Hora undecima, id est, hora una ante solem occidentem: nam dies civiles quocumque tempore duodecim horarum fuerunt: quare æstivo tempore longiores erant

horæ, hyberno vero breviores.

<sup>k</sup> *Combustus est*] Mortui apud Romanos cremabantur.

<sup>l</sup> *Exequiarum munus*] A propinquis et affinibus cadavera abluebantur, et unguentis ungebantur. Unde mater Euryali apud Virg. 'Nec vulnera lavi, Veste tegens.'

<sup>m</sup> *De integro*] Mater funus iterum licet inhumato fecit.

<sup>n</sup> *Ille alter*] Alter, qui Novia natus est.

mirum, quæ se non nuptialibus donis,<sup>o</sup> sed filiorum funeribus delinitam videret. Ita, quod ceteri propter liberos pecuniæ cupidores solent<sup>7</sup> esse, ille propter pecuniam liberos amittere jucundius<sup>8</sup> esse duxit. X. 29. Sentio, iudices, vos pro vestra humanitate, his tantis sceleribus breviter a me demonstratis, vehementer esse commotos. Quo tandem igitur animo fuisse illos arbitramini, quibus his de rebus non modo audiendum fuit, verum etiam judicandum? Vos auditis de eo, in quem iudices<sup>p</sup> non estis; de eo, quem non videtis;<sup>9</sup> de eo, quem odisse jam non<sup>10</sup> potestis;<sup>q</sup> de eo, qui et naturæ et legibus satisfecit; quem leges exilio, natura morte mulctavit. Auditis non ab inimico: auditis sine testibus: auditis, cum ea, quæ copiosissime dici possunt, breviter a me strictimque dicuntur. Illi audiebant de eo, de quo jurati<sup>r</sup> sententias ferre debebant; de eo, cujus præsentis nefarium et consceleratum vultum intuebantur; de eo, quem oderant propter audaciam; de eo, quem omni supplicio dignum esse ducebant. Audiebant ab accusatoribus;<sup>s</sup> audiebant verba multorum testium; audiebant, cum unaquaque de re a P. Canutio,<sup>11</sup> homine eloquentissimo, graviter et diu diceretur.<sup>12</sup> 30. Et est quisquam, qui, cum hæc cognoverit, suspicari possit, Oppianicum iudicio oppressum et circumventum esse innocentem? Acervatim<sup>t</sup> jam reliqua, iudices, dicam, ut

ante Grnt. confirmata.—7 *Itaque ceteri . . . solent* C T, Pall. sex, ed. 1472. et Orell. prob. Weiske: *Itaque quod ceteri . . . solent* ψ, Vict. Manut. Lamb. *Ita cum ceteri . . . soleant* e conj. Gulielm. (proh. Ern.) dederunt Beck. Weiske, et Schütz. Ceteri, ut Ern.—8 C H S T ψ, Crat. Lamb. Grnt. Oliv. *jucundum*.

CAP. X. 9 C *deque eo, quem non vid.*—10 *Non ante potestis* in C deest. χ exhibet *quem od. jam animo pot.*—11 *Crutio* C: *Canutio* H: *Cannutio* S.—

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Nuptialibus donis*] Illa dona exprimit, quæ vulgo in sponsas mariti conferre solent.

<sup>p</sup> *In quem iudices*] Dicitur iudex in reum, non vero in accusatorem, quia iudex de reo, non vero de accusatore iudicare debet.

<sup>q</sup> *Odisse non potestis*] Quia mortuus

est.

<sup>r</sup> *Jurati*] Jurabant iudices, quare obstricti religione sanctissime iudicare tenebantur.

<sup>s</sup> *Accusatoribus*] Cluentio et Canutio.

<sup>t</sup> *Acervatim*] Acervatim dicuntur, quæ inter se magis conjuncta sunt.

ad ea, quæ propiora<sup>13</sup> hujus causæ et adjunctiora sunt, perveniam.

Vos, quæso, memoria teneatis, non mihi hoc esse propositum, ut accusem Oppianicum mortuum; sed, cum hoc persuadere vobis velim, iudicium ab hoc<sup>u</sup> non esse corruptum, hoc uti initio ac fundamento defensionis; Oppianicum, hominem sceleratissimum et nocentissimum esse damnatum; qui uxori suæ Cluentiæ, quæ amita<sup>14 x</sup> hujus Aviti fuit, cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamavit, se maximo cum dolore mori: nec diutius vixit, quam locuta est;<sup>5</sup> nam in ipso sermone hoc<sup>15</sup> et vociferatione mortua est: et ad hanc mortem tam repentinam, vocemque<sup>16</sup> morientis, omnia præterea, quæ solent esse indicia<sup>17</sup> et vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. Eodemque veneno C. Oppianicum, fratrem, necavit. XI. 31. Neque est hoc satis:<sup>18</sup> tametsi in ipso fraterno parricidio<sup>y</sup> nullum scelus prætermisum videtur;<sup>19</sup> tamen, ut ad hoc nefarium facinus accederet, aditum sibi aliis sceleribus ante munivit. [p. 24.] Nam cum esset gravida Auria,<sup>20</sup> fratris uxor, et jam appropinquare partus videretur; mulierem veneno interfecit, ut una illa, et quod<sup>1</sup> erat ex fratre conceptum, necaretur. Postea<sup>2</sup> fratrem aggressus est; qui sero, jam exhausto illo poculo [mortis],

<sup>5</sup> Loquendo mortua est.

//////////

12 H S  $\psi$  dicerentur:  $\chi$  ducerentur.—13 Propiora  $\psi$ , Franc. 1. propria H S T  $\chi$  et Ven. 1483. Pro hujus Lamb. conj. huic legend.—14 C S  $\chi$  amica. Tum  $\chi$  habita fuit.—15 C hæc.—16 C T, Junt. Lamb. vocesque.—17  $\chi$  judicia. Mox C et T non habent præpositionem ante illius. Tum morte fuerint corpore  $\chi$ .

CAP. XI. 18 Satis non est in  $\psi$ .—19 C præmissum, et  $\chi$  videretur.—20 Pro Auria C et T exhibent Vina; Steph. Viria.—1 Ut una illud quod H S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. 1483. Junt. Steph. Schutz. ut una cum illa id quod Lamb. Conjecit Ern. ut una ipsa, et quod.—2 In C H S  $\psi$  Post. Mox Lamb. et jam exhausto. Dein e conj. Gruteri Schutz. delevit vocem mortis, quam Ern. et

#### NOTÆ

<sup>u</sup> Ab hoc] Cluentio.

<sup>x</sup> Amita] Amita soror patris est; sic dicta, quia a patre meo amata est; nam plus sorores a fratribus, quam fratres diligi solent: videlicet propter dissimilitudinem personarum, in

quibus eo minus est dissensionis, quo minus æmulationis.

<sup>y</sup> Fraterno parricidio] Parricida a veteribus dictus est, quicumque hominem occidisset.



cum et de suo et de uxoris interitu clamaret, testamentumque mutare cuperet, in ipsa significatione hujus voluntatis, est mortuus. Ita mulierem, ne partu ejus ab hæreditate fraterna excluderetur,<sup>3</sup> necavit; fratris autem liberos prius vita privavit, quam illi hanc ab natura propriam<sup>4</sup> lucem accipere potuerunt; ut omnes intelligerent, nihil ei clausum, nihil sanctum<sup>2</sup> esse posse, cujus ab audacia<sup>5</sup> fratris liberos ne materni<sup>6</sup> quidem corporis custodia tegere potuisset. 32. Memoria teneo, Milesiam<sup>7</sup> quandam mulierem, cum essem in Asia,<sup>a</sup> quod ab hæredibus secundis<sup>b</sup> accepta pecunia, partum sibi ipsa<sup>8</sup> medicamentis abegisset,<sup>h</sup> rei capitalis esse damnatam: neque injuria;<sup>9</sup> quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum reipublicæ civem, sustulisset. Quanto Oppianicus<sup>10</sup> in eadem injuria majore supplicio dignus! siquidem illa, cum suo corpori vim attulisset, se ipsa<sup>11</sup> cruciavit; hic autem idem illud<sup>12</sup> effecit per alieni corporis mortem atque cruciatum.<sup>13</sup> Ceteri non videntur in singulis hominibus multa parricidia suscipere<sup>i</sup> posse: Oppianicus inventus est, qui in uno corpore plures<sup>14</sup> necaret. XII. 33.

<sup>a</sup> Ejecisset.<sup>i</sup> Commiltere.

Beck. uncis incluserunt. Gulielm. conjecit *mortifero* legend.—3 H et S *excluderet*.—4 Schutz. delevit *propriam*, pro quo Ern. conjecerat *propositam* legend.—5 C H S T  $\chi$  *cujus audacia*, omissa præpositione.—6 Pro *materni* in C *matrem* legitur.—7 Idem Ms. *Milosiam*. Mox C et T *cum esset in Asia*.—8 Post *ipsa* H et S addunt *penuria*.—9  $\chi$  *neque injuriam*.—10 *Quanto est Opp.* C S T  $\chi$ , Taur. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Weiske, et Orell.—11 *Se ipsam* S  $\psi$ , Barber. duo Mss. Quintiliani, cum Junt. Crat. Lamb. Grut. et Oliv.—12 H S  $\chi$   $\psi$  omittunt *illud*. Tum in  $\chi$  legitur *fecit*.—13 Apud Quintil. VIII. 4. 11. legitur *corp. vim atque cruc.* Vid. Nott. Varr. Dein T *Ceterum non vid.* C *Ceteri vero vid.*—14 Pro *plures* Mss. ap. Lamb. habent *multos*.

## NOTÆ

<sup>2</sup> *Nihil sanctum*] Metianus jurisconsultus, lib. Digest. 1. sanctum id esse dicit, quod ab hominum injuria defensionem et munitum est.

<sup>a</sup> *Cum essem in Asia*] Cum invecus esset vehementius in Chrysogonum in Oratione pro Roscio Amerino, metu Sullæ dictatoris, cujus is libertus erat, in Asiam profectus est. Vide Plu-

tarchum. Tamen ipse aliam causam affert in Bruto, nempe valetudinis, et ut tantisper intermisso dicendi munere levaretur.

<sup>b</sup> *Hæredibus secundis*] Hæredes secundi dicuntur, qui hæredi instituto substituantur. Boëthius lib. Comment. in Top. Ciceronis c. 2.

Itaque, cum hanc consuetudinem<sup>15</sup> audaciamque cognosceret avunculus illius adolescentis Oppianici, Cn. Magius, isque gravi<sup>16</sup> morbo affectus esset, et hæredem illum sororis suæ filium<sup>e</sup> faceret; amicis adhibitis, præsentem matrem suam, Dineam, uxorem suam interrogavit, essetne prægnans:<sup>17</sup><sup>d</sup> quæ cum se esse respondisset, ab ea petivit, ut, se mortuo, apud Dineam, quæ tum ei mulieri<sup>e</sup> socrus erat, quoad pareret, habitaret, diligentiamque adhiberet, ut id, quod conceperat, servaret, ut saluum<sup>f</sup> parere posset.<sup>18</sup> Itaque ei testamento legat grandem pecuniam a filio,<sup>g</sup> si qui natus esset: ab secundo hærede<sup>h</sup> nihil legat. 34. Quid de Oppianico suspicatus sit,<sup>i</sup> videtis; quid judicarit, obscurum non est. Nam, cum ejus filium<sup>19</sup> faceret hæredem, eum tutorem<sup>20</sup> liberis non ascripsit. Quid Oppianicus fecerit, cognoscite; ut illum Magium intelligatis longe animo prospexisse morientem.<sup>k</sup> Quæ pecunia mulieri legata erat a filio, si qui natus esset, eam præsentem Oppianicus non

//////////

CAP. XII. 15 *Hanc ejus cons.* CH χ ψ, Taur. et edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Mox, Orell. e Taur. edidit *cognosset*.—16 χ is gravi: Taur. *isque cum gravi*. Ern. conjecit Ciceronem scripsisse *affectus, hæredem, omissis verbis esset et*.—17 Ms. *Lamb. prægnas*, anti-qua vocabuli scriptura, ut habent edd. nonnullæ in Epistt. ad Att. I. 10.—18 Taur. *servare et salvom parere et posset*.—19 Idem Ms. *Nam ejus fil.*—

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Sororis suæ filium*] Oppianicum Oppianici et Magiæ filium, et Sassiæ generum, intellige.

<sup>d</sup> *Essetne prægnans*] Prægnans dicitur, quæ sentit se recens concepissee.

<sup>e</sup> *Mulieri*] Illa mulier Magii uxor est.

<sup>f</sup> *Salvum*] Id est, tutum et incolu-  
mem infantem contra Oppianici in-  
sidias servaret.

<sup>g</sup> *Legat grandem pecuniam a filio*] Sensus est, si filius ex ea nascatur, qui hæres testamento instituitur. *A filio*: modus loquendi Ciceroni usi-  
tatus: ita loquitur Epistt. ad Fam. VII. 17. 'Quintus frater laborat, ut, tibi,

quod debet, ab Egnatio solvat.'

<sup>h</sup> *Secundo hærede*] Nihil legavit a sororis suæ filio, Oppianico videlicet, qui hæres substitutus erat.

<sup>i</sup> *Suspicatus sit*] Suspicatus est aliquid esse timendum ab Oppianico Magius, quia voluit uxorem apud socrum Dineam esse.

<sup>k</sup> *Prospexisse morientem*] Divinare morientes probat Cic. de Divin. I. I. hoc exemplo: 'Cum Calanum Indum ad mortem proficiscentem rex Alexander rogaret, si quid vellet, ut diceret: 'Optime,' inquit; 'propediem te videbo:' quod ita contigit; nam Babylonix paucis post diebus Alexander mortuus est.'

debitam<sup>1</sup> mulieri solvit; si hæc solutio legatorum, et non<sup>1</sup> merces abortionis appellanda est. Quo illa pretio accepto, multisque præterea muneribus, quæ tum<sup>m</sup> ex tabulis Oppianici recitabantur, spem illam, quam in alvo commendatam a viro continebat, victa avaritia sceleri<sup>2</sup> Oppianici vendidit. 35. Nihil posse jam ad hanc improbitatem addi videtur: attendite exitum. Quæ mulier obtestatione<sup>k 3</sup> viri decem illis mensibus<sup>n</sup> ne domum quidem ullam, nisi socrus suæ, nosse debuit, hæc quinto mense<sup>4°</sup> post viri mortem ipsi Oppianico nupsit: quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt; erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ.

XIII. 36. Quid? illa cædes Asinii<sup>5</sup> Larinatis, adolescentis pecuniosi, quam clara tum, recenti re!<sup>6</sup> quam omnium sermone celebrata!<sup>l</sup> Fuit Avilius<sup>7</sup> quidam Larinas, perdita nequitia, et summa egestate,<sup>p</sup> arte quadam præditus

<sup>k</sup> Obsecratione.

<sup>l</sup> Vulgata.



20 Auctorem H S: adiutorem  $\chi \psi$ .—1 Non ante merces in C deest. Pro verbis si hæc solutio . . . appellanda est. Quo, in T legitur sed quo.  $\chi$  appellanda esset.—2  $\psi$  sceleris.—3 Pro obtestatione C habet ostentatione;  $\chi$  obstentatione; Dresd. obtemperatione.—4 Pro mense in T legitur tamen.

CAP. XIII. 5 'Asinii] In hoc nomine semper fluctuat Taur. inter Asuvius et Asuvius. Priorem videtur probare Peyton. Nihil tamen novavi; nimis enim insolens hoc est nomen.' Orell. In C legitur Asini:  $\chi$  Asimii.—6 Recenti re fuit, et quam Taur. tum recens fuit C T et Franc. 1. cum recenti fuit S  $\chi \psi$  et Franc. 2. quam clara recenti fuerit Dresd. cum recens fuit edd. pleræque ante Lamb. recenti fuit H et Pall. unde Orell. dedit tum, recenti re fuit. Ceteri ut Ern. Pro omnium  $\chi$  et  $\psi$  habent omni sermone.—7 Avilius C: Aurilius S: Avilius T: Avilius hic, sed Avilius infra, ed. 1472. Avilius nonnullæ edd. vett. Avilius constanter Taur. ut volebat Ursinus. Gulielm.

#### NOTE

<sup>1</sup> Non debitam] Cum nondum peperisset, hæc ei summa debita non erat.

<sup>m</sup> Quæ tum] In illo iudicio ante octo annos habito contra Oppianicum, omnia illa recitata sunt ex ejus tabulis quas ille fecerat, cum ea munerera emit.

<sup>n</sup> Decem illis mensibus] Decem mensium tempore lugendis viris suis con-

juges, positis omnibus ornamentis, vacare debebant. Vide Ovid. Fast. l. vii.

<sup>o</sup> Quinto mense] Quinto mense post mortem viri sui, illa mulier Oppianico nupsit.

<sup>p</sup> Summa egestate] Egestas in mala re dicitur, quia hominem ad male agendum impellit.

ad libidines adolescentulorum excitandas accommodata;<sup>8</sup> qui, ut se blanditiis et assentationibus in Asinii<sup>9</sup> consuetudinem penitus immersit,<sup>m</sup> Oppianicus continuo sperare cœpit, hoc se Avilio,<sup>10</sup> tanquam aliqua machina admota,<sup>q</sup> capere Asinii adolescentiam, et fortunas<sup>n</sup> ejus patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini<sup>11</sup> est; res translata Romam: [p. 25.] iniuri<sup>r</sup> enim id consilium facilius in solitudine,<sup>r</sup> perfici rem ejusmodi commodius in turba posse arbitrati sunt. Asinius cum Avilio<sup>13</sup> Romam est profectus. Hos vestigiis Oppianicus consecutus<sup>14</sup> est.<sup>o</sup> Jam ut Romæ vixerint, quibus conviviis, quibus flagitiis, quantis et quam profusis sumtibus, non modo conscio, sed etiam conviva et adjutore Oppianico, longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti.<sup>5</sup> Exitum hujus assimulatæ<sup>15</sup> familiaritatis<sup>p</sup> cognoscite. 37. Cum esset adolescens apud mulierculam<sup>t</sup> quandam, atque ibi pernoctaret, et ibi diem posterum<sup>16</sup> commoraretur; Avilius, ut erat constitutum, simulat se ægrotare, et testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores<sup>u</sup> ad eum, qui neque

<sup>m</sup> Devenit.<sup>n</sup> Patrimonium.<sup>o</sup> Illico post secutus est.<sup>p</sup> Callide simulatæ.

maluit A. Villius.—8 E Mss. plerisque et edd. vet. *accommodatus* edidit Beck. qui, paulo ante, de sententia Gulielmii, Gruteri, Lallemandi, et Ernesti, delevit *præditus*. Pro *excitandas* in Taur. *exercitandas*, prob. Peyron.—9  $\chi$  *Asinii*, ut semper. Tum in C *consuetudine*.—10 *Avilio* T: *Auxilio* H et  $\psi$ .—11 C *Larini*.—12 H  $\chi$ , Taur. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. et Orell. *inire*. Pro *enim id C* Thabent *eum*;  $\chi$   $\psi$  *enim*. Mox pro *perfici* in C legitur *proficere*; H T  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. et Orell. *perficere*. In H  $\chi$   $\psi$  deest *rem*.—13 T *cum a Julio*.—14 C et Steph. *secutus*.—15 C et T *assimilitatæ*.—16 C T, Ms. Vict. et plerique Pall. *et ibidem posterum*: Lamb. 1566. Weiske, Schutz. et Orell. *et ibidem diem posterum*, prob. Ern. In Taur. at-

## NOTÆ

<sup>q</sup> *Machina admota*] Similitudo ab urbium obsidione.

<sup>r</sup> *In solitudine*] In urbe Larino, ubi non tanta frequentia populorum est, facilius se perdendi Asinii consilium medituros crediderunt, et Romæ perfecturos, ubi magna frequentia populorum est, et ubi non tam manifesta sunt crimina.

<sup>5</sup> *Ad alia properanti*] Omittit quo-

modo Romæ vixerint, ut ad ea properet quæ magis ad causam Clientii pertinent.

<sup>t</sup> *Apud mulierculam*] Scortillum videlicet.

<sup>u</sup> *Obsignatores*] Obsignatores sunt testes qui testamentum obsignabant, quos septem edicto prætoris adhiberi oportebat.

Asinium, neque Avilium nossent,<sup>17</sup> adducit, et illum Asinium appellat: ipse <sup>x</sup> testamento, Asinii nomine obsignato, discedit.<sup>18</sup> Avilius illico convalescit. Asinius autem brevi illo tempore, quasi in hortulos iret, in arenarias <sup>y</sup> quasdam extra portam Esquilinam <sup>19 z</sup> perductus, occiditur. 38. Qui cum unum jam et alterum diem desideraretur,<sup>20</sup> neque in iis locis, ubi ex consuetudine quærebatur, inveniretur, et Oppianicus in foro Larinatium dictitaret,<sup>1</sup> nuper se et suos amicos <sup>2</sup> testamentum ejus obsignasse; liberti Asinii, et nonnulli amici, quod eo die, quo <sup>3</sup> postremum Asinius visus erat, Avilium cum eo fuisse, et a multis visum esse constabat; in eum invadunt, et hominem ante pedes Q. Manilii,<sup>4</sup> qui tum erat triumvir,<sup>a</sup> constituunt. Atque ille continuo, nullo teste, nullo indice,<sup>5</sup> recentis maleficii conscientia perterritus,<sup>6</sup> omnia, ut a me paulo ante dicta sunt, exponit, Asiniumque ab se, consilio Oppianici, interfectum fatetur. 39. Extrahitur domo <sup>b</sup> latitans Oppianicus a Manilio: index Avilius ex altera parte coram tenetur. Hic jam quid reliqua quæritis? Manilium plerique noratis.<sup>c</sup> Non ille honorem a pueritia, non studia virtutis, non ullum existimationis bonæ fructum unquam cogitarat; sed ex petulanti atque improbo scurra, in dis-

que ubi pernoct., ibi diem posterum.—17 C nosceret.—18 Disceditur H S χ et Tanr. unde dedit Peyron. appellat ipse. Testamento . . . disceditur.—19 C et H Exquilinam.—20 χ desideratur. Mox, Ven. 1483. Junt. Lamb. in his locis. Pro ubi H S χ habent in quibus.—1 ψ dictaret.—2 In χ deest amicos. Dein test. ejus obligasse C χ ψ.—3 T eodem die quo: C H S χ ψ eodem quo, omisso die. In C χ ψ quoque legitur postremo.—4 Al. Manlii; ac paulo post Manlio

## NOTÆ

<sup>x</sup> Ipse] Oppianicus.

<sup>1</sup> Arenarias] Arenariæ sunt fodinæ unde arena eruitur.

<sup>2</sup> Esquilinam] Romæ fuit Esquilina porta, ad quam de nocentibus suvebantur pœnæ. Vide Tacit. Ann. lib. 11.

<sup>a</sup> Triumvir] Triumviri capitales erant Romæ, qui carceris custodiam

habebant; ad quos cum delata erant crimina, ab ipsis referebantur ad prætorum, a quo iudices sorte constituebantur. Rævar. Varior. 11. 18.

<sup>b</sup> Extrahitur domo] Nam Larinum jam redierat Oppianicus.

<sup>c</sup> Manilium plerique noratis] Manilium illum carpit, qui repetundarum accusatus est.

cordiis civitatis,<sup>d</sup> ad eam columnam,<sup>e</sup> ad quam multorum sæpe conviciis<sup>7 f</sup> perductus erat, tum suffragiis populi pervenerat.<sup>8</sup> Itaque rem cum Oppianico transigit;<sup>8 h</sup> pecuniam ab eo accipit; causam et susceptam et manifestam relinquit. Ac tum<sup>9</sup> in Oppianici causa, crimen hoc Asinianum<sup>1</sup> cum testibus multis, tum vero<sup>10</sup> indicio Avilii probabatur:<sup>11</sup> in quo, inter allegatos,<sup>k</sup> Oppianici nomen primum esse<sup>12</sup> constabat, ejus,<sup>l</sup> quem vos<sup>m</sup> miserum atque innocentem, falso iudicio circumventum esse dicitis.

XIV. 40. Quid?<sup>n</sup> aviam tuam, Oppianice, Dineam, cui tu es hæres,<sup>o</sup> pater tuus non manifesto necavit? ad quam cum adduxisset medicum illum suum,<sup>13</sup> jam cognitum, et sæpe victorem,<sup>p</sup> [per quem interfecerat plurimos,<sup>14</sup>] mulier exclamat, se ab eo nullo modo velle curari, quo curante suos omnes perdidisset. Tum repente Anconitanum<sup>q</sup>

//////////

et Manlium.—5 C H S T *judice*.—6  $\chi$  *conscientiam perterritur*.—7  $\psi$  *comitiis*. Mox pro *tum suffr.* edd. nonnullæ habent *cum suffr.*—8  $\chi$  *transfigit*.—9  $\psi$  *Actum*, una voce.—10 C H S  $\chi$   $\psi$  *omittunt vero*. Dein *judicio C T*  $\chi$ .—11 C S T  $\chi$  *comprobatur*: H  $\psi$  *comprobabatur*. Tum  $\chi$  *in qua*. Pro *inter allegatos T* habet *intra ad legatos*; Pal. 1. *iter ad legatos*. Turnebus *Advers.* xx. 5. et Lamb. *legi jusserunt inter legatos*.—12 In  $\chi$  *deest esse*.

CAP. XIV. 13  $\chi$  *omittit suum*.—14 Lamb. 1566. et Schutz. *deleverunt verba per quem interfecerat plurimos*; quæ Grut. et Ern. quoque judicarunt

#### NOTE

<sup>d</sup> *In discordiis civitatis*] Discors fuit civitas, cum alii Sullam, alii Marium sequerentur.

<sup>e</sup> *Ad eam columnam*] Columnam Mæcnam intelligit, ad quam debitores, fures, et servi fugitivi accusabantur.

<sup>f</sup> *Multorum conviciis*] Multorum conviciis ad eam columnam Manilius ductus est, qui pecuniam sibi debitam ab eo repetebant.

<sup>g</sup> *Pervenerat*] Triumvir factus fuerat Manilius a populo, quem scurrilitate sua delectarat.

<sup>h</sup> *Cum Oppianico transigit*] Cum Manilio nempe convenit Oppianicus de pecunia danda, ut liberetur a iudicio: unde in crimen repetundarum incidit.

<sup>1</sup> *Asinianum*] Crimen quod in Asinium commissum est.

<sup>k</sup> *Allegatos*] Inter eos qui adhibiti sunt ad Asinum interficiendum, primus nominatus est Oppianicus.

<sup>l</sup> *Ejus*] Ironia: sed amara in Oppianicum.

<sup>m</sup> *Vos*] Illi sunt qui Cluentium accusant.

<sup>n</sup> *Quid*] Modus transendi ad rem aliam: transit enim ad Oppianici filium.

<sup>o</sup> *Cui tu es hæres*] Oppianicus, pater hujus accusatoris, Dineam interfecit; cujus hæres erat.

<sup>p</sup> *Victorem*] Victorem appellat, quia, multos occidendo, votorum fuerat compos.

quendam, L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum,<sup>15</sup> qui casu tum Larinum venisset, aggreditur, et cum eo H-S quadringentis,<sup>16</sup> id quod ipsius tabulis<sup>t</sup> tum est demonstratum,<sup>17</sup> transigit. L. Clodius, qui properaret, cui fora multa restarent, simul atque introductus est, rem confecit: prima potione<sup>18</sup> mulierem sustulit; neque postea Larini punctum est temporis commoratus. 41. Eadem hac Dinea testamentum faciente, cum tabulasprehendisset<sup>r</sup><sup>19</sup> Oppianicus, qui gener ejus fuisset, digito legata delevit;<sup>u</sup> et, cum id multis locis fecisset, post mortem ejus, ne lituris<sup>20</sup> coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, signis<sup>1</sup> adulterinis<sup>r</sup> obsignavit. Multa prætereo consulto: etenim vereor, ne hæc ipsa nimium multa esse videantur: vos tamen eum similem sui<sup>2</sup> fuisse in ceteris vitæ partibus existimare debetis. [p. 26.] Illum tabulas publicas<sup>x</sup> Larini<sup>3</sup> censorias corrupisse, decuriones universi<sup>y</sup> judicaverunt. Cum illo jam nemo rationem, nemo rem ullam

<sup>r</sup> *Accepisset.*

<sup>u</sup> *Falsis.*

//////////

spuria esse.—15 C *pharmacopolam circumforanum*:  $\chi$  *pharmacopula circumforanum*.—16 Pro *H-S quadringentis* in T legitur *habes ecce*; C H S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. 1483. Junt. *duo millia*, prob. Garaton. et non improb. Orell. Conjecit Manntius *H-S quadraginta*.—17 In ed. Ven. 1483. *id quod est ips. tab. tum dem.* Ven. 1480. et Junt. omittunt *tum*, pro quo T habet *cum*.—18  $\psi$  *prima petitione*.—19 C S T *prehendisset*.—20 C et  $\psi$  *litis*.—1  $\chi$  *signum*.—2 *Sui non est in T*, nec in ed. 1471. Mox post *ceteris* T, Franc. Ms. Vict. et Pall. cum Junt. Lamb. Grnt. Græv. Oliv. Lall. addunt *quoque*. In C H S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1483. Junt. *vitæ suæ*. Porro *debebitis* T, Ms. Vict. Pall. cum Grnt. Græv. Oliv. Lall.—3  $\psi$  *Latini*. Quintil. ix. 3. legit *tabulas publ. violasse, censorias corrupisse*. Atque Regius ibi dicit, ap. Ciceronem legi *violasse*; quod tamen

#### NOTE

<sup>a</sup> *Anconitanum*] Ancona Piceni in Italia urbs est.

<sup>r</sup> *Pharmacopolam circumforaneum*] Pharmacopola circumforaneus dicitur, qui pharmaca sua per fora et oppida vendendi causa circumferebat.

<sup>s</sup> *H-S quadringentis*] Libris nostratibus quadraginta.

<sup>t</sup> *Ipsius tabulis*] Oppianicus summam in suas tabulas retulit.

<sup>u</sup> *Legata delevit*] Ut ad suum filium Delphi. et Var. Clus.

nam hæreditas perveniret, quæ a Dinea legata erant, delevit Oppianicus.

<sup>x</sup> *Illum tabulas publicas*] In tabulis publicis censores scribebant quæ in censura sua notaverant. Porro eæ tabulæ in æde Nympharum servabantur.

<sup>y</sup> *Decuriones universi*] Qui Romæ senatores, in municipiis decuriones dicebantur.

contrahebat: ' nemo illum ex tam multis cognatis et affi-  
nibus tutorem unquam liberis suis scripsit: nemo illum  
aditu, nemo congressione,<sup>4</sup> nemo sermone, nemo convivio  
dignum judicabat: omnes aspernabantur, omnes abhorre-  
bant, omnes, ut aliquam immanem ac perniciosam bestiam  
pestemque fugiebant. 42. Hunc tamen hominem tam au-  
dacem, tam nefarium, tam nocentem, nunquam accusasset  
Avitus, iudices, si id prætermittere, salvo capite suo,<sup>5</sup>  
potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus; sed tamen<sup>6</sup>  
erat vitricus: crudelis et huic infesta mater;<sup>7</sup> attamen  
mater: postremo nihil tam remotum ab accusatione, quam  
Cluentius, et natura, et voluntate,<sup>8</sup> et instituta ratione vitæ.  
Sed cum esset hæc illi proposita<sup>5</sup> conditio, ut aut juste  
pieque<sup>6</sup> accusaret, aut acerbe indigneque moreretur;  
accusare, quoquo modo<sup>b</sup> posset, quam illo modo emori,  
maluit.

43. Atque, ut hæc<sup>7</sup> ita esse perspicere possitis, exponam  
vobis Oppianici facinus manifesto compertum atque de-  
prehensum;<sup>8</sup> ex quo simul utrumque, et huic<sup>c</sup> accusare,  
et illum<sup>d</sup> condemnari,<sup>9</sup> necesse fuisse intelligetis. xv.  
Martiales<sup>e</sup> quidam Larini appellabantur, ministri publici

<sup>1</sup> Contractum faciebat de ulla re.

<sup>4</sup> Congressu.

<sup>5</sup> Vita sua salva.



nulla dat editio.' Beck.—4 C H S T χ ψ, Ven. 1480. Junt. Lamb. Grut. Græv. Oliv. et Lall. *Erat huic inim. Oppianicus, erat; sed tamen, &c. vel Erat huic inim. Oppianicus: erat; sed tamen, &c.*—5 C S χ, Junt. *hæc ei propos. T hæc imposita.*—6 J. F. Gronov. ad Plin. Hist. Nat. xxxvi. 5. scribi jussit, *ut aut parum pie*: Jac. Gronov. conjecit, *ut aut non juste pieque.*—7 C H S T χ hoc.—8 χ *manifestum*; et H *comp. atque comprehensum.*—9 Lamb. *et illi condemnari.* In χ *condemnare, et paulo post intelligatis.*

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Mater*] Sassia, mater Cluentii, eum oderat.

<sup>8</sup> *Natura et voluntate*] Cum Cluentius benignus sit natura, et voluntate propensus ad bene omnibus faciendum, et vitæ genus a causis agendis penitus alienum sibi constituerit, invitus Oppianicum acensavit.

<sup>b</sup> *Quoquo modo*] Contra naturam, voluntatem, et vitæ rationem maluit

Cluentius eum accusare, quam mortem sævam ab eo pati.

<sup>c</sup> *Huic*] Cluentio.

<sup>d</sup> *Et illum*] Oppianicum.

<sup>e</sup> *Martiales*] Ostendit fontem odiorum Oppianici in Cluentium; quod Martiales videlicet contra Oppianicum Cluentius defenderit. Martiales porro erant servi publici Deo Marti consecrati.



Martis, atque ei Deo veteribus institutis religionibusque Larinatum<sup>10</sup> consecrati; quorum cum satis magnus numerus esset, cumque item, ut<sup>11</sup> in Sicilia permulti Veneri<sup>12 f</sup> sunt, sic illi Larini in Martis familia<sup>9</sup> numerarentur; repente Oppianicus eos omnes, liberos esse,<sup>8</sup> civesque Romanos<sup>h</sup> cœpit defendere. Graviter id decuriones Larinatum, cunctique municipes tulerunt.<sup>13</sup> Itaque ab Avito petiverunt, ut eam causam susciperet, publiceque<sup>14</sup> defenderet. Avitus cum se ab omni ejusmodi negotio<sup>1</sup> removisset, tamen pro loco,<sup>4</sup> pro antiquitate generis sui, pro eo, quod se non suis solum<sup>15</sup> commodis, sed etiam suorum municipum<sup>k</sup> ceterorumque necessariorum natum esse arbitrabatur, tantæ voluntati universorum<sup>16</sup> Larinatum deesse noluit. 44. Suscepta causa, Romamque delata, magnæ quotidie<sup>17</sup> contentiones inter Avitum et Oppianicum ex utriusque studio defensionis excitabantur. Erat ipse immani acerbaque natura Oppianicus: incendebat ejus amentiam infesta atque inimica filio mater Aviti:<sup>18</sup> magni autem illi sua<sup>1</sup> interesse arbitrabantur,<sup>19</sup> hunc a causa Martialium demovere.<sup>20</sup> Suberat etiam alia<sup>1</sup> causa major, quæ Oppianici, hominis avarissimi atque audacissimi, mentem maxime commovebat. 45. Nam Avitus, usque ad illius judicii tempus, nullum testamentum unquam fecerat:<sup>2</sup> neque

v Cælu.

z Dignitate.

//////////

CAP. XV. 10 C χ, hic et infra, *Larinatum*.—11 H et S omittunt *ut*.—12 Beck. e conj. Garatoni *Venerii*.—13 χ *multique munic. tulerant*.—14 χ *publice*, sine copula.—15 *Solum* non est in C et χ.—16 In χ deest *universorum*.—17 ψ *quotidianæ*.—18 ‘*Aviti sine causa suspectum Manutio*.’ Orell.—19 In χ *arbitrabatur*.—20 Al. *dimovere*.—1 χ *aliam*.—2 C *facere*. Mox in χ deest

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *In Sicilia permulti Veneri*] De his jam dictum est in Divinatione, et lib. 11. in Verr. § 92. not.

<sup>8</sup> *Liberos esse*] Liberi illi non erant, sed servi; nam servi familia dicebantur.

<sup>h</sup> *Cives Romanos*] Contendebat quod illi servi tam liberi essent, quam reliqui cives Larinates, qui municipes


erant.

<sup>1</sup> *Ejusmodi negotio*] A forensibus causis se Avitus removerat.

<sup>k</sup> *Suorum municipum*] Qui erant in municipiis, non cives municipiorum, sed municipes dicebantur.

<sup>1</sup> *Illi sua*] Oppianicus et Sassia e re sua crediderunt Cluentium ab hac causa avocare.

enim legare ejusmodi matri poterat in<sup>3</sup> animum inducere; neque testamento nomen omnino prætermittere parentis. Id cum Oppianicus sciret, (neque enim erat obscurum) intelligebat, Avito mortuo, bona ejus omnia ad matrem esse ventura: <sup>m</sup> quæ ab sese postea, aucta pecunia, majore præmio; orbata filio, minore periculo, necaretur. Itaque his rebus<sup>4</sup> incensus, qua ratione Avitum veneno tollere conatus sit, cognoscite. XVI. 46. C. et L. Fabricii,<sup>5</sup> fratres gemini, fuerunt ex municipio Aletrinate,<sup>6</sup> homines inter se cum forma tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi; in quibus quantus splendor sit, quam prope æquabilis, quam fere omnium constans et moderata ratio vitæ, nemo vestrum, ut mea fert opinio, ignorat. His Fabriciis semper usus est Oppianicus familiarissime. Jam hoc fere scitis omnes, quantam vim habeat ad conjungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo. Cum illi ita viverent, ut nullum quæstum turpem esse arbitrarentur; cum omnis ab his<sup>7</sup> fraus, omnes insidiæ, circumscriptio- nesque<sup>8</sup> adolescentium nascerentur; cumque essent vitiis atque improbitate omnibus noti; [p. 27.] studioso,<sup>9</sup> ut dixi, ad eorum se familiaritatem multis jam ante<sup>10</sup> annis Oppianicus applicarat. 47. Itaque tum sic statuit, per C. Fabricium (nam L. erat mortuus) insidias Avito comparare. Erat illo tempore infirma valetudine Avitus: utebatur autem medico<sup>11</sup> ignobili, sed spectato homine, Cleo-



enim.—3 C H S χ ψ omittunt præpositionem in.—4 C iis rebus.

CAP. XVI. 5 χ C. et Lucius Fabricii.—6 Priscian. l. vii. p. 768. *Aletrinati*; sic etiam Lamb. et Beck. Al. *Alatrinati*. Mox T tum forma. Dein χ municipium autem suorum dissimili.—7 C ab iis.—8 In H deest *circumscriptio- nesque*.—9 Pro studioso T, Dresd. Franc. 2. Ms. Viet. Pall. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. habent studio.—10 Jam non est in T, nec jam ante in H.—11 C non ag-

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Ad matrem esse ventura*] Innuit sunt. hic Cicero, ætate sua jus fuisse, ut intestati filii mater hæres esset.

<sup>n</sup> *Aletrinate*] Aletrium sive Alatrium, et Alatrum, urbs est Hernico-

rum: populi vero Aletrinales dicti

<sup>o</sup> *Circumscriptio- nes*] Cum adol- escentes facile in fraudem inducantur: inde natum est verbum ‘circumscribere,’ pro decipere: dolus autem iste malus legibus vindicabatur.

phanto; cujus servum Diogenem Fabricius ad venenum Avito dandum spe et pretio sollicitare cœpit. Servus non incallidus, sed,<sup>12</sup> ut ipsa res declaravit, frugi atque integer, sermonem Fabricii non est aspernatus:<sup>a</sup> rem ad dominum detulit: Cleophantus autem cum Avito est locutus. Avitus statim<sup>13</sup> cum M. Bebrio, senatore, familiarissimo suo, communicavit; qui qua fide, qua prudentia, qua dignitate<sup>14</sup> fuerit, meminisse vos arbitror. Ei placuit, ut Diogenem Avitus emeret a Cleophanto, quo facilius aut comprehenderetur res ejus indicio,<sup>15</sup> aut falsa esse cognosceretur. Ne multis;<sup>16</sup> Diogenes emitur: venenum diebus paucis,<sup>17</sup> (multi viri boni cum ex occulto<sup>18</sup> intervenissent) pecuniaque obsignata, quæ ad eam rem<sup>19</sup> dabatur, in manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, deprehenditur. 48. Pro Dii immortales! Oppianicum quisquam, his rebus<sup>20</sup> cognitis, circumventum esse dicet? <sup>1</sup> XVII. Quis unquam audacior? quis nocentior? quis apertior in iudicium adductus est? <sup>2</sup> Quod ingenium, quæ facultas dicendi, quæ a quoquam excogitata defensio, huic uni crimini<sup>3</sup> potuit obsistere? simul et illud quis est qui dubitet, quin hac re comperta manifestoque<sup>4</sup> deprehensa, aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit?

49. Satis esse arbitror<sup>5</sup> demonstratum, iudices, iis criminibus accusatum esse Oppianicum, ut honeste absolvi

<sup>a</sup> Non repudiavit.



noscit medico.—12 Pro sed in Ms. Vict. legitur et.—13 C H S χ ψ, Ven. 1483. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. et Weiske Avitus autem statim. Mox Bæbio Ven. 1480. 1483. Junt. Bobio Franc. 1. Brachio Franc. 2. Dresd. et ed. 1471. Bæbio conjecit Garaton. ut in Pison. c. 36.—14 Mss. Lambini qua diligentia.—15 χ iudicio.—16 Idem Ms. Ne multi: Lamb. Ne multa.—17 Post diebus paucis edd. vett. addunt comparatur.—18 Verba ex occulto in C H S χ ψ omittuntur.—19 Ob eam rem C H S χ ψ, non improb. Beck.—20 T quispiam; et C iis rebus.—1 C S T ψ dicit esse: Vict. Mannt. esse dicit.

CAP. XVII. 2 χ quis actor in jud. add. omisso est.—3 Crimini non est in C.—4 ψ comperata; et C manifesto sine copula.—5 Steph. Satis est, arbitror.—

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Satis esse arbitror] De Oppianici mandro et Fabricio condemnatis criminibus ad hunc usque locum dicit; nunc de præjudiciis quæ a Sca-

nullo modo potuerit. Cognoscite nunc ita reum citatum<sup>6</sup> esse illum,<sup>b</sup> ut, re semel atque iterum<sup>a</sup> præjudicata, condemnatus<sup>7</sup> in iudicium venerit. Nam Cluentius, iudices, primum nomen ejus detulit, cujus in manibus venenum deprehenderat. Is erat libertus Fabriciorum, Scamander. Integrum consilium: <sup>r</sup> iudicii corrupti nulla suspicio: simplex in iudicium causa,<sup>s</sup> certa res, verum<sup>8</sup> crimen<sup>t</sup> allatum est. Hic tum Fabricius, is, de quo ante dixi, qui, liberto damnato, sibi illud impendere periculum videret; quod mihi cum Aletrinatibus vicinitatem, et cum plerisque eorum magnum usum<sup>c</sup> esse sciebat, frequentes eos<sup>9</sup> ad me domum adduxit. Qui quanquam de homine,<sup>u</sup> sicut necesse erat, existimabant; tamen, quod erat ex eodem municipio, suæ dignitatis esse arbitrabantur, eum,<sup>10</sup> quibus rebus possent, defendere: idque a me, ut facerem, et ut causam Scamandri susciperem, petebant: in qua causa patroni omne periculum<sup>x</sup> continebatur. 50. Ego, qui neque illis talibus viris, ac tam amantibus mei, rem possem ullam negare; neque illud crimen tantum ac tam manifestum esse arbitrarer, sicut ne illi<sup>11</sup> quidem ipsi, qui mihi tum illam causam commendabant, arbitrabantur; <sup>12</sup> pollicitus iis sum, me omnia,

<sup>b</sup> *Vocatum esse in iudicium.*

<sup>c</sup> *Consuetudinem.*



6 Pro reum citatum in ψ legitur renuntiatum. Pro illum T habet illis.—7 χ re simul atque istorum præjudicata, condemnatur. In C præjudicate.—8 Pro verum C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. exhibent unum. Dein C illatum.—9 In C deest eos.—10 C et χ cum.—11 C H S T χ ψ, Ven. 1483. Junt. nec illi.—12 C omittit arbitrabantur; et, paulo post, legit poll. his sum.

#### NOTE

<sup>a</sup> *Re semel atque iterum]* Damnato primum Scamandro, et iterum damnato Fabricio, Oppianicus vocatus est in iudicium.

<sup>r</sup> *Integrum consilium]* Tunc totus iudicium cæterus corruptus non erat.

<sup>s</sup> *Simplex causa]* Simplex causa est, quæ unum tantum statum, nec alium sibi adjunctum habet.

<sup>t</sup> *Verum crimen]* Verum illud crimen dicitur, quod negari non potest:

tunc autem simplex causæ status, quia non alia amplectitur.

<sup>u</sup> *De homine]* De Fabricio idem censebant quod alii omnes; nempe, eum Scamandrum impulsisse ut venenum Cluentio daret.

<sup>x</sup> *Patroni omne periculum]* In summum discrimen existimationis bonæ patronum venire oportebat, si Scamandri causam defenderet.

quæ vellent, esse facturum. XVIII. Res agi cœpta est: citatus est Scamander reus. Accusabat P. Canutius,<sup>13</sup> homo in primis ingeniosus, et in dicendo exercitatus: accusabat autem ille quidem<sup>14</sup> Scamandrum verbis tribus, 'venenum esse deprehensum:' omnia tela totius accusationis in Oppianicum conjiciebantur: aperiebatur causa insidiarum:<sup>15</sup> Fabriciorum familiaritas commemorabatur: hominis<sup>16</sup> vita et audacia proferebatur: denique omnis accusatio varie graviterque tractata, ad extremum manifesta veneni deprehensione conclusa est. 51. Hic ego tum<sup>17</sup> ad respondendum surrexi,<sup>18</sup> qua cura! [p. 28.] Dii immortales! qua sollicitudine animi! quo timore! Semper equidem magno cum metu incipio dicere. Quotiescumque dico, toties mihi videor in judicium venire, non ingenii solum, sed etiam virtutis atque officii; ne aut id profiteri videar, quod non possim implere,<sup>16</sup> quod est impudentiæ; aut id non efficere, quod possim, quod est aut perfidiæ, aut negligentia. Tum vero ita sum perturbatus, ut omnia<sup>17</sup> timerem; si nihil dixissem, ne infantissimus; si multa in ejusmodi causa dixissem, ne impudentissimus<sup>18</sup> existimarer. XIX. Collegi me<sup>19</sup> aliquando, et ita constitui, fortiter esse agendum; illi ætati, qua tum eram,<sup>20</sup> solere laudi dari, etiamsi in<sup>18</sup> minus firmis causis hominum periculis non defuissem. Itaque feci: sic pugnavi,<sup>19</sup> sic omni ratione

<sup>14</sup> *Mendacissimus.*<sup>15</sup> *Redi ad me.*

CAP. XVIII. 13 *Canutius C: Canitius HS: Camucius T: Cannicius χ ψ.*—14 *χ non habet autem.* Dein H S T *χ ψ* omittunt *quidem.*—15 *Ern. e conj. cum Beck. Schniz. et Orell. Hic ego tum.* Omnes aliæ edd. *Hic ego cum.*—16 *ψ possum implere.*—17 *Idem Ms. omnis.*

CAP. XIX. 18 *χ* omittit præpositionem ante *minus firmis.* Orell. conjecit legend. *etiam in minus . . . non defuisse.*—19 *In ψ sed sic pugnari.* Mox, in

## NOTE

<sup>1</sup> *Causa insidiarum*] Causa, cur veneno Cluentium Oppianicus interficere voluerit, proferebatur.

<sup>2</sup> *Hominis*] Oppianici vita et fraudes aperiebantur.

<sup>3</sup> *Surrexi*] Stabant dicentes in fo-

ro.

<sup>4</sup> *illi ætati, qua tum eram*] Adolescens Cicero Scamandrum defendit, antequam in Asiam proficisceretur; sed hæc oratio perit.

contendi, sic ad omnia confugi, quantum ego assequi potui, remedia ac perfugia causarum, ut hoc, quod timide dicam, consecutus sim, ne quis illi causæ patronum defuisse arbitraretur. 52. Sed, ut quicquid<sup>20</sup> ego apprehenderam,<sup>c</sup> statim accusator extorquebat e manibus. Si quæsieram,<sup>1</sup> an inimiciæ Scamandro cum Avito; fatebatur,<sup>2</sup> nullas fuisse; sed Oppianicum, cujus ille minister fuisset, huic inimicissimum fuisse atque esse dicebat. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Aviti venturum emolumentum fuisse; concedebat; sed ad uxorem<sup>3</sup> Oppianici, hominis in uxoribus necandis exercitati, omnia bona Aviti ventura esse dicebat. Cum illa defensione usus essem, quæ in libertinorum<sup>d</sup> causis honestissima semper existimata est, Scamandrum<sup>4</sup> patrono<sup>e</sup> esse probatum; fatebatur: sed quærebat, cui probatus esset<sup>5</sup> ipse patronus.<sup>f</sup> 53. Cum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro factas insidias esse per Diogenem,<sup>g</sup> constitutumque<sup>6</sup> inter eos de alia re fuisse, ut medicamentum, non venenum<sup>h</sup> Diogenes afferret: hoc cuivis<sup>7</sup> usu venire posse:<sup>i</sup> quærebat, cur in ejusmodi locum, tam abditum,



eodem Ms. legitur *fug*i.—20 Junt. Crat. *quidquam*, non improb. Ern. Tum Ven. 1480. *ego apprehenderem*.—1  $\chi$  *Sic quæsieram*. Dein *quæ inimiciæ* C H  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1483. Lamb. et Orell. *an quæ inim.* S, Beck. Schutz. Ceteri ut Ern.—2 H S T  $\chi$  *fatebantur*. In  $\chi$  quoque *nulla fuisse*.—3  $\psi$  *sed ut ad ux.*—4  $\chi$  *Scamandro*.—5 Mss. ap. Sylviu[m] *prob. fuisset*.—6 T *constitutum*, sine copula.—7 Pro *cuivis*  $\chi$  habet *cujus*:  $\psi$  *cui*. Tum *usui* Franc. 1. 2. et Ms.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Apprehenderam*] Accusator statim responderat omnibus quæ a Cicero in Scamandri defensionem proferebantur.

<sup>d</sup> *Libertinorum*] Libertini dicuntur, qui justa servitute manumissi sunt.

<sup>e</sup> *Patrono*] Fabricius patronus fuit Scamandri; patronus autem, quasi pater, dictus est.

<sup>f</sup> *Patronus*] Fabricius pessime audiebat.

<sup>g</sup> *Per Diogenem*] Diogenes famulus erat Cleophanti medici.

<sup>h</sup> *Medicamentum, non venenum*] Egit Scamander cum Diogene, ut a Cleophanto medicamenta emeret. Diogenes pro medicamento venenum attulit, quod in Scamandri manibus deprehensum est: quare factas esse Scamandro insidias per Diogenem dicit.

<sup>i</sup> *Cuivis usu venire posse*] Id est, omnibus evenire posse, ut pro medicamento venenum ab improbo medici servo detur.

cur solus, cur cum obsignata<sup>8</sup> pecunia<sup>k</sup> venisset. Denique hoc loco causa testibus, honestissimis hominibus, premebatur. M. Bebrius<sup>9</sup> de suo consilio Diogenem emtum; se præsente Scamandrum cum veneno pecuniaque deprehensum esse dicebat. P. Quintilius Varus,<sup>10</sup> homo summa religione<sup>l</sup> et summa auctoritate præditus, de insidiis, quæ fierent Avito,<sup>11</sup> et de sollicitatione Diogenis, recenti re, secum Cleopphantum locutum esse dicebat. 54. Atque in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere videremur,<sup>12</sup> verbo ille reus erat, re quidem vera,<sup>m</sup> et periculo,<sup>n</sup> et tota accusatione<sup>o</sup> Oppianicus. Neque id obscure ferebat,<sup>f</sup> nec dissimulare ullo modo poterat: aderat frequens,<sup>p</sup> advocabat, omni studio gratiaque pugnabat: <sup>ε</sup><sup>13</sup> postremo, id quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset,<sup>q</sup> sedebat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum, sed in Oppianicum conjiciebantur: timor ejus, perturbatio, suspensus<sup>h</sup> incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa,<sup>r</sup> hæc aperta

*f* Occultabat.

*ε* Litigabat.

*h* Dubius.

Sylvii cum Nang.—8 T ψ cur non obs. Pro venisset Mss. nonnulli habent tenuisset.—9 H S T χ Bebrus. In C H ψ deest præpositio ante suo consilio.—10 Ern. e conj. Lambini cum Beck. Schutz. et Orell. edidit P. Quintilius Varus. Omnes aliæ edd. et Mss. P. Quintius Varus.—11 χ quæ fecerant Avito. Mox pro recenti re in ψ legitur recreati et.—12 χ videmur.—13 In edd. Lamb. deest pugnabat, improb. Grut. et Beck. Tum postr. ad quod maximo malo illi causæ χ. Pro maximo in H legitur maxime.

#### NOTE

<sup>k</sup> *Obsignata pecunia*] Id est, cum loculis obsignatis, in quibus pecunia danda Diogeni esset.

<sup>l</sup> *Summa religione*] Cum esset summa vir religione Quintilius Varus, ab omni fraude et mendacio abhorrebat.

<sup>m</sup> *Re quidem vera*] Non apparebat Scamandri consilio venenum illud datum fuisse, sed Oppianici, qui veneficii illius reus habendus erat.

<sup>n</sup> *Periculo*] Periculum Oppianico, Scamandro condemnato, impendebat, cum veneni dandi ipse auctor

esset.

<sup>o</sup> *Tota accusatione*] Tota in Oppianicum recidebat accusatio, qua reus Scamander factus est.

<sup>p</sup> *Aderat frequens*] Advocabat quamplurimos Oppianicus, ut Scamandro liberando faverent.

<sup>q</sup> *Reus ipse esset*] Reus sedebat, dum in iudicio ab oratore causa agebatur.

<sup>r</sup> *Suspiciosa*] Ex vultu ipso conjiciebatur, quod Oppianicus venenum Scamandro dedisset ad Cluentium enecandum.

ac manifesta faciebant. XX. 55. Cum in consilium iri<sup>i</sup> oporteret, quæsivit ab reo<sup>14</sup> C. Junius, quæsitor<sup>a</sup> ex lege illa Cornelia,<sup>1</sup> quæ tum erat, clam an palam de se sententiam ferri vellet. De Oppianici sententia responsum est, quod is Aviti familiarem<sup>u</sup> Junium esse dicebat, clam velle ferri.<sup>15</sup> Itum est in consilium.<sup>k</sup> Omnibus sententiis, præter unam, quam suam Stalenus esse dicebat, Scamander prima actione<sup>x</sup> condemnatus est. [p. 29.] Quis tum erat omnium, qui, Scamandro condemnato, non iudicium de Oppianico factum esse arbitraretur?<sup>16</sup> quid est illa damnatione iudicatum, nisi venenum id, quod Avito daretur, esse quæsitum?<sup>l</sup> Quæ porro tenuissima suspicio collata in Scamandrum est, aut conferri potuit, ut is sua sponte necare voluisse Avitum putaretur?

56. Atque, hoc tum iudicio facto, et Oppianico, re<sup>j</sup> et existimatione, jam; lege<sup>z</sup> et pronuntiatione, nondum<sup>17</sup> condemnato; tamen Avitus Oppianicum reum statim non fecit. Voluit cognoscere, utrum iudices in eos solos essent<sup>18</sup> severi, quos venenum habuisse ipsos<sup>19</sup> comperissent, an etiam

<sup>i</sup> Ferri sententias.

<sup>k</sup> Sententiæ latæ sunt.

<sup>l</sup> Comparatum.



CAP. XX. 14  $\chi$  ab eo.—15 Idem Ms. velle fieri. Tum  $\psi$  Iterum est in cons.—16  $\chi$  arbitrarentur.—17  $\chi$  omittit nondum.—18 Pro essent in  $\psi$  esse ut.—

#### NOTE

<sup>a</sup> Quæsitor] Quæsitor est, qui actioni præest, sive ille sit prætor, sive a prætore constitutus.

<sup>1</sup> Lege illa Cornelia] Lex a Sulla dictatore lata est A. U. C. 671. qua volebat ut quæsitor petiturus sententias, prius a reo quæreret, palamne an clam vellet de se ferri iudicium. Clam porro sententia ferebatur, cum nota in urnam mittebatur; palam vero, cum ore pronuntiabatur. Sed hæc lex ab eo tempore, quo Cluentius hanc causam egit, aut abrogata est, aut desiit observari.

<sup>u</sup> Aviti familiarem] Hæc familiaritas auxit suspicionem corrupti iudicii

ab Cluentio.

<sup>x</sup> Prima actione] Pluribus actionibus significat hanc causam actam fuisse: quod non raro contingebat in iis causis, quæ erant intricatæ et difficiles.

<sup>j</sup> Re] Damnato Scamandro, damnatus revera est Oppianicus, etiamsi de eo non jam lata esset sententia.

<sup>z</sup> Lege] Cum nulla lex de Oppianico constituta esset, de eo nihil adhuc erat pronuntiatum: potest tamen præiudiciis, re, et communi existimatione, quis, nondum vel lege vel lata sententia, condemnari.



consilia conscientiasque<sup>a</sup> ejusmodi facinorum supplicio dignas judicarent. Itaque C. Fabricium, quem propter familiaritatem Oppianici conscium illi facinori fuisse arbitrabatur, reum statim fecit:<sup>b</sup> utique<sup>20</sup> ei locus<sup>c</sup> primus constitueretur, propter causæ conjunctionem impetravit. Hic tum Fabricius non modo ad me meos vicinos et amicos, Aletrinales, non adduxit, sed ipse iis<sup>1</sup> neque defensoribus uti postea, neque laudatoribus potuit.<sup>d</sup> 57. Rem enim integram<sup>m</sup> hominis non alieni,<sup>e</sup> quamvis suspiciosam, defendere, humanitatis esse putabamus;<sup>2</sup> judicatam labefactare<sup>n</sup> conari, impudentiæ. Itaque tum ille, inopia et necessitate coactus, in causa ejusmodi ad Cepasios<sup>3</sup> fratres<sup>f</sup> confugit, homines industrios, atque eo animo,<sup>4</sup> ut, quæcunque dicendi potestas esset data,<sup>o</sup> in honore atque in beneficio ponerent. XXI. Jam hoc quoque<sup>5</sup> prope iniquissime com-

<sup>a</sup> Nondum judicatam.

<sup>n</sup> Immutare.

<sup>o</sup> Quamcumque haberent facultatem dicendi.

19  $\chi$  ipse.—20 Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. utque. Pro ei C H S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. 1483. Junt. habent ejus.—1 Weiske censebat legend. *ipsis* aut *ipsis iis*. Mox in  $\psi$  *defensionibus*.—2  $\psi$  *putamus*.—3 *Cefasios* C  $\psi$ : *Cefufios*  $\chi$ : *Cepasinos* Ms. Vict. In ed. Oliv. *Cepasios*. Gulielm. scribi voluit *Ceparios*.—4 Pro animo in Mss. nonnullis et ed. Steph. legitur *modo*.

CAP. XXI. 5 C H S T  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. omittunt *quoque*; quod Beck. et

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Consilia conscientiasque*] Id est, eos ipsos qui dederant consilium, et veneni dati conscii fuerant. Talis fuit ille Fabricius, qui veneni consilium dedit.

<sup>b</sup> *Reum fecit*] Cluentius Fabricii nomen detulit ad prætorem; quo delato, postulavit ut in tabulas inter reos nomen ejus reciperetur.

<sup>c</sup> *Utique ei locus*] Cluentius impetravit a iudicibus, ut damnato Scamandro constituta lege, prima omnium Fabricii causa ageretur, dum adhuc recens erat memoria iudicium.

<sup>d</sup> *Laudatoribus potuit*] Moris fuit ut rei præter patronos, laudatores etiam adhiberent. Hi fuere aut cives sum-

ma auctoritate viri, aut municipes, aut homines provinciales, quos singulæ provinciarum civitates ab eo administratæ cum publica laudatione ad sublevandum rei periculum mittebant. Vide Sigonium de Jud. II. 19.

<sup>e</sup> *Non alieni*] Non alienus, propinquus vel popularis est: nullus autem ejusmodi repertus est, qui pro Fabricio deprecaretur; in quo summa fuit illius inopia.

<sup>f</sup> *Cepasios fratres*] C. et L. Cepasii fratres fuerunt; qui multorum opera, licet ignoti homines et repentini, quæstores tamen statim facti sunt: oratores illi oppidano quodam et incondito genere dicendi. De his Cic. in Bruto.

paratum<sup>p</sup> est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus,<sup>q</sup> ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur: in periculis capitis, ut quæque causa difficillima est, ita deterrimus<sup>6</sup> obscurissimusque<sup>5</sup> patronus adhibetur.<sup>7</sup> 58. Citatur reus: agitur causa: paucis verbis accusat,<sup>8</sup> ut de re judicata, Canutius. Incipit, longo<sup>h</sup> et alte petito proœmio, respondere major<sup>9</sup> Cepasius. Primo attente auditur<sup>10</sup> ejus oratio. Erigebat animum, jam demissum<sup>11</sup> et oppressum, Oppianicus; gaudebat ipse Fabricius. Non intelligebat,<sup>i</sup> animos judicium, non illius eloquentia, sed defensionis impudentia commoveri. Posteaquam de re cœpit dicere, ad ea quæ erant in causa, addebat etiam ipse nova quædam vulnera.<sup>k</sup> Hoc quanquam sedulo<sup>l</sup> faciebat, tamen interdum non defendere, sed prævaricari<sup>m</sup> [accusationi<sup>12</sup>] videbatur. Itaque cum callidissime<sup>r</sup> se dicere putaret, et cum illa verba gravissima ex intimo artificio depromsisset: ‘Respicite, iudices, hominum fortunas, respi-

<sup>p</sup> Constitutum.

<sup>q</sup> Periculosissimus.

<sup>r</sup> Artificiosissime.



Orell. uncis incluserunt.—6 *Deterrimus* non est in  $\chi$ .—7 *Post adhibetur* Ms. Vict. edd. Junt. Hervag. Vict. Manut. Cam. Lamb. Grut. Oliv. addunt hæc verba, nisi forte hæc causa (Ms. Vict. hoc causa, unde Lamb. hoc causæ) est, quod medici nihil præter artificium, oratores etiam auctoritatem præstare debent. Vid. Nott. Varr.—8 In  $\chi$  deest *accusat*. Idem pro *judicata* habet *judicat*.—9 C H S  $\chi$   $\psi$  omittunt *major*.—10 *Audiat* C  $\chi$ : *audiebatur* H S.—11 Græv. *dimissum*.—12 *Accusatori* Franc. I. Naug. Lamb. *defensionis* alii, teste Lam-

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Deterrimus obscurissimusque*, &c.] In causis ubi agitur de certo capitis periculo deterrimi sumuntur oratores, quia nocentis rei nemo bonus causam suscipere vult.

[*Artificium*] Artificium seu scientia solum requiritur in medico, ne in curando peccet; quare tantum diligens esse debet, et sedulus circa ægrotum: at in oratore auctoritas etiam requiritur. Cum itaque facilius sit artificium solum, quam artificium simul et auctoritatem, ita difficilium est bonum oratorem, quam bonum medicum invenire.

<sup>h</sup> *Incipit longo*] Cepasium oratorem ineptiam suam statim ab exordio patefecisse Cicero cavillatur.

<sup>i</sup> *Non intelligebat*] Nempe Fabricius, &c.

<sup>k</sup> *Nova quædam vulnera*] Cepasius addebat male suæ causæ multa alia, quæ pejorem eam reddebant.

<sup>l</sup> *Sedulo*] Id agebat bona fide, quia non vulnera causæ suæ, sed remedia putabat esse.

<sup>m</sup> *Prævaricari*] Dicitur is prævaricari, qui prodita causa sua contrariam adjuvat.

cite dubios variosque casus, respicite C. Fabricii senectutem: cum hoc, 'Respicite,' ornandæ orationis causa sæpe dixisset,<sup>13</sup> respexit ipse: at C. Fabricius a subselliis,<sup>n</sup> dimisso capite, discesserat.<sup>14</sup> 59. Hic iudices ridere; stomachari<sup>o</sup> atque acerbe ferre patronus, causam<sup>15</sup> sibi eripi, et se cetera de illo loco, 'Respicite, iudices,'<sup>16</sup> non posse dicere:<sup>p</sup> nec quicquam propius est factum, quam ut illum persequeretur, et collo obtorto<sup>q</sup> ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare. Ita tum<sup>17</sup> Fabricius, primum suo iudicio,<sup>r</sup> quod est gravissimum, deinde legis vi,<sup>s</sup> et sententiis iudicum, est condemnatus.

XXII. Quid est, quod jam de Oppianici causa<sup>18</sup> plura dicamus? Apud eosdem iudices reus<sup>19</sup> est factus, cum is duobus præiudiciis jam damnatus esset: ab iisdem autem iudicibus,<sup>20</sup> qui Fabriciorum damnatione de Oppianico iudicarent, locus ei primus est constitutus:<sup>t</sup> accusatus est

Ab.



bino. Schutz. delevit vocem *accusationi*.—13 In  $\chi$  dixisse. Mox in C ac C. Fabr.—14 *Discesserat* non est in C. Mox in eodem Ms. deest *iudices*.—15 H S  $\chi$   $\psi$  *causas*.—16  $\chi$  *Respicere jud.* Dein T omittit *posse*. Porro in H et S *nequicquam*.—17 Ms. Vict. unus Pariss. ed. Hervag. ed. Argent. 1550. Cam. Ern. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Ita tum*. Omnes aliæ edd. et Mss. *Jam tum*.

CAP. XXII. 18 Ms. Lamb. *de Opp. persona causaque*.—19 In  $\chi$  deest *reus*. Dein *cum iis duobus* C, Lamb. et Orell. *cum his duobus* S T  $\psi$ , Dresd. Franc. 1. 2. edd. 1471. 1472. Ven. 1480. Junt. Græv. Lall. Ceteri ut Ern.—20  $\chi$  *ab*

#### NOTE

<sup>n</sup> *A subselliis*] Cum andisset Fabricius tam inepte pro se dicere e subselliis, ubi reus sedebat, aufugit.

<sup>o</sup> *Stomachari*] Supple, cœpit Cepasius patronus stomachari in clientem, quia sibi vincendi spes et facultas eripiebatur.

<sup>p</sup> *Non posse dicere*] Quia cum desperata causa abiisset Fabricius, hæc verba amplius proferre non potuit, 'respicite, iudices;' a quibus suam orationem incipiebat; nam ita erat ille imperitus, ut aliud quid dicere non posset, quam quod præmeditatus scripserat.

<sup>q</sup> *Collo obtorto*] Id est, invitum et reluctantem reduceret ad subsellia, in quibus oratores, rei, testes, et alii sedebant.

<sup>r</sup> *Suo iudicio*] Ita parum causæ suæ fidebat, ut statim discesserit a subselliis.

<sup>s</sup> *Legis vi*] Corneliam legem de veneficiis significat, quam tulit Cornelius Sulla, ut qui venenum dederit, iudicio publico damnetur.

<sup>t</sup> *Locus ei primus est constitutus*] Tanquam sceleris auctor esset Oppianicus, primus vocatus est in iudicium.

criminibus gravissimis, et<sup>1</sup> iis quæ a me breviter dicta sunt, et præterea multis, quæ ego omnia<sup>2</sup> nunc omitto: accusatus est apud eos, qui et<sup>3</sup> Scamandrum, ministrum Oppianici, et Fabricium, conscium maleficii, condemnarant.<sup>4</sup> 60. Utrum, per Deos immortales! magis est mirandum, quod is condemnatus est, an quod omnino<sup>5</sup> respondere ausus est? [*p.* 30.] Quid enim illi iudices facere potuerunt? qui si innocentes Fabricios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare, et superioribus consentire<sup>6</sup> iudiciis debuerunt. An vero illi<sup>7</sup> sua per se ipsi iudicia rescinderent, cum ceteri soleant, in iudicando, ne ab aliorum iudiciis discrepent, providere? et illi, qui<sup>8</sup> Fabricii libertum,<sup>9</sup> quia minister in maleficio fuerat; patronum, quia conscius,<sup>9</sup> condemnassent; ipsum principem atque architectum<sup>10</sup> sceleris absolverent? et qui ceteros,<sup>8</sup> nullo præiudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent; hunc, quem bis condemnatum<sup>11</sup> jam acceperant, liberarent? 61. Tum vero illa iudicia senatoria,<sup>9</sup> non falsa invidia,<sup>12</sup> sed vera atque insigni turpitudine notata, atque operata dedecore<sup>13</sup> et infamia, defensionem locum nullum reliquissent.<sup>2</sup> Quid enim tandem illi iudices responderent, si



*iis autem iud.*—1 Edd. ante Grut. omittunt copulam ante *iis*. In Franc. 1. legitur, *et huc usque a me breviter expositis*. Pro verbis *iis quæ a me* in T est *usque a me bene*. Dresd. Franc. 2. ed. 1472. Steph. h. l. ita exhibent, *iis, quæ a me bene breviter, ut cum omnia pæne dixere* (Steph. *dixerit*) *multa adhuc sibi reservasse videantur* (Steph. *videatur*).—2 Pro *omnia* C  $\chi$   $\psi$  habent *jam*.—3 C H S  $\chi$   $\psi$  omittunt copulam ante *Scamandrum*. In C H S T  $\chi$   $\psi$  deest copula ante *Fabricium*.—4 T *condemnarent*.—5 C caret *omnino*.—6 *Constare* C H S  $\chi$   $\psi$ : *consistere* T, Dresd. Franc. 1. 2. ed. 1472. Steph.—7 *An vero illa* C H S T, Pal. 3. Grut. Oliv. Lall. *An vero illi ceteri*. In edd. vet. deerat *ipsi*, quod Lamb. e Ms. Vict. et Grut. e Pall. addiderunt.—8 *Et ii qui* C S: *et hi qui* H  $\chi$ .—9  $\chi$  *consciium*.—10 Franc. *principem architectum*, sine copula.—11 C *bis condemnassent*.—12  $\psi$  *falsa iudicia*.—13 T *operata dedecora*: unus Ms. teste Grævio, *operata dedecore*: Mss. nonnulli, teste eodem, *cooperta dedecore*; et sic

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Libertum*] Scamander libertus Fabricii fuit.

<sup>2</sup> *Qui ceteros*] Cum Scamandrum et Fabricium condemnarint iudices, non credibile est ut salvum et incolumem Oppianicum dimiserint, qui bis condemnatus fuit.

<sup>9</sup> *Judicia senatoria*] Senatoria iudicia sunt, quæ a senatoribus fiebant, cum illi soli iudicabant; quæ corruptissima fuerunt. Vide orat. pro Font. § 16. not.

<sup>13</sup> *Defensionem locum nullum reliquissent*] Si senatores pecuniam a Cluena-

quis ab iis<sup>14</sup> quæreret? Condemnastis Scamandrum,<sup>a</sup> quo crimine? nempe quod Avitum, per servum medici, veneno necare voluisset. Quid<sup>15</sup> Aviti morte Scamander consequbatur? nihil: sed administer<sup>16</sup> erat Oppianici. Condemnastis C. Fabricium: quid ita? quia, cum ipse<sup>17</sup> familiarissime Oppianico usus, libertus autem ejus in maleficio deprehensus esset;<sup>18</sup> illum expertem ejus consilii fuisse non probabatur. Si igitur<sup>19</sup> ipsum Oppianicum, bis suis judiciis<sup>20</sup> condemnatum, absolvissent,<sup>1</sup> quis tantam turpitudinem judiciorum, quis tantam inconstantiam rerum judicatarum, quis tantam libidinem judicum ferre potuisset?

62. Quodsi hoc videtis, quod jam hac omni oratione<sup>2</sup> patefactum est, illo judicio reum<sup>3</sup> condemnari, præsertim ab iisdem judicibus, qui duo præjudicia fecissent,<sup>4</sup> necesse fuisse; simul illud videatis necesse est, nullam accusatori<sup>b</sup> causam esse potuisse, cur judicium vellet corrumpere. XXIII. Quæro enim abs te,<sup>5</sup> T. Atti,<sup>c</sup> relictis jam ceteris argumentis omnibus, num Fabricios quoque innocentes condemnatos existimes?<sup>6</sup> num etiam illa judicia pecunia corrupta esse dicas; quibus judiciis alter a Staleno solo

etiam edidit Schütz. Tum C atque infamia.—14 C et H ab his.—15 Gulielm. conjecit, necare voluit: sed quid, &c.—16 Sed minister Steph. at minister Franc. 1. ed. 1471. Ven. 1480. probb. Ern. et Garaton. At quoque legitur in Pall. 1. 3. 4. 5.—17 H tum ipse.—18 C H S χ ψ depr. erat.—19 χ Sic igitur.—20 Pantagathus legit Opp., his præjudiciis.—1 ψ absolvissent.—2 C hac omni ratione: Junt. in hac omni oratione.—3 χ rerum. Mox pro præsertim in χ legitur sed non.—4 χ prævidentia fuissent.

CAP. XXIII. 5 χ ex te. Dein T. Acci quidam: T. Acti alii.—6 C existi-

## NOTE

tio accepissent, nullum locum defensionis Oppianici reliquissent. Si autem reliquerunt, manifestum est ab Oppiano accepisse.

<sup>a</sup> Condemnastis Scamandrum] Jam dialogismo utitur, quo sic concludit: si Scamander Oppianici minister condemnatus est; si Fabricius ejus libertus, cum veneno deprehensus, liberari suspitione veneni non potuit;

si ipse Oppianicus, bis condemnatus, absolutus esset, non evitavissent corruptionis infamiam judices; ergo eam ut effugerent, Oppianicum condemnaverunt.

<sup>b</sup> Accusatori] Cluentius nullam habuit judicii corrupendi causam.

<sup>c</sup> T. Atti] Attius Oppianici erat advocatus.

absolutus est,<sup>d</sup> alter etiam ipse se condemnavit?<sup>e</sup> Age, si nocentes, cujus maleficii? numquid præter venenum<sup>7</sup> quæsitum, quo Avitus necaretur, objectum est? numquid aliud in illis judiciis versatum est,<sup>8</sup> præter hasce insidias Avito ab Oppianico per Fabricios factas? Nihil, nihil<sup>9</sup> inquam, aliud, judices, reperietis. Extat memoria: <sup>10</sup> sunt tabulæ publicæ: <sup>f</sup> redargue me, si mentior: testium dicta recita: doce, in illorum judiciis quid, præter hoc venenum Oppianici, non modo in criminis, sed in maledicti loco<sup>g</sup> sit objectum. 63. Multa dici possunt, quare ita necesse fuerit judicari; sed ego occurram<sup>h</sup> expectationi vestræ, judices. Nam, etsi a vobis<sup>11</sup> sic audior, ut nunquam benignius, neque attentius quenquam auditum putem; tamen vocat me alio jamdudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui<sup>u</sup> videtur.<sup>12</sup> Quid ergo? negasne, illud judicium esse corruptum? non nego: sed ab hoc<sup>13</sup> corruptum non esse confirmo. A quo igitur est corruptum? opinor, primum, si incertum fuisset, quisnam exitus illius judicii futurus esset; verisimilius tamen esset,<sup>14</sup> cum potius corrupisse, qui metuisset, ne ipse condemnaretur, quam illum,<sup>15</sup> qui veritus esset, ne alter absolveretur: deinde, cum esset nemini dubium, quid judicari<sup>16</sup> necesse esset, eum certe potius, qui sibi aliqua ratione<sup>17</sup> diffideret, quam eum, qui omni ratione confideret:

<sup>h</sup> Satisfaciam.<sup>u</sup> Contra me loqui.

mas.—7 C propter venenum.—8 In  $\chi$  natum est.—9 In Mss. quibusdam et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. deest alterum nihil. Pro inquam in Ven. 1483. et Junt. legitur unquam.—10 Mss. nonnulli et ed. Steph. Exstant memoriæ.—11 C H S T  $\chi$   $\psi$  Nam si a vobis.—12  $\chi$  jamd. tanta vestra exp., quæ mihi obsequi vid.—13  $\psi$  ob hoc.—14 Ern. mavult esse.—15  $\chi$  quia illum.—16 Ed. Vict.

## NOTE

<sup>d</sup> A Staleno solo absolutus est] Et ab omnibus aliis iudicibus condemnatus est Oppianicus, et a solo Staleno absolutus.

<sup>e</sup> Se condemnavit] Cum nempe demisso capite e subselliis recessit Fabricius. Vide § 58.

<sup>f</sup> Sunt tabulæ publicæ] In tabulis publicis publicæ causæ scribebantur.

<sup>g</sup> Maledicti loco] Maledicta proprie sunt illa crimina, quæ extra causam erant, et ab accusatore objiciebantur.

postremo, certe potius illum, qui<sup>18</sup> bis apud eos iudices offendisset,<sup>z</sup> quam cum qui bis causam iis<sup>19</sup> probavisset. 64. Unum quidem certe, nemo erit tam iniquus<sup>20</sup> Cluentio, qui mihi non concedat: si constet, corruptum illud esse iudicium, aut ab Avito, aut ab Oppianico esse corruptum: si doceo non ab Avito, vinco ab Oppianico: si ostendo ab Oppianico, purgo Avitum. [p. 31.] Quare, etsi satis<sup>1</sup> docui, rationem nullam huic<sup>b</sup> corrumpendi<sup>2</sup> fuisse; (ex quo intelligitur, ab Oppianico esse corruptum<sup>3</sup>) tamen de illo ipso<sup>1</sup> separatim cognoscite. XXIV. Atque ego illa non<sup>4</sup> argumentabor,<sup>y</sup> quæ sunt gravia<sup>z</sup> vehementer; eum corrupisse, qui in periculo fuerit; eum, qui metuerit; eum, qui spem salutis in alia ratione<sup>5</sup> non habuerit; eum, qui semper singulari fuerit audacia. Multa sunt ejusmodi: verum cum habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. 65. Dico, C. Ælio Staleno, iudici, pecuniam grandem Statium Albi<sup>k</sup> ad corrumpendum iudicium dedisse. Num quis negat? Te appello, Oppianice;<sup>1</sup> te, T. Atti; quorum alter eloquentia<sup>m</sup> damnationem illam, alter tacita pietate deplorat.<sup>6</sup> Audete negare, ab Oppianico Staleno iudici pecuniam datam: negate, negate, inquam, in eo loco.<sup>7</sup> Quid

<sup>z</sup> *Damnatus fuisset ab iis iudicibus.*

<sup>y</sup> *Probabo.*

<sup>z</sup> *Efficacia.*



*quod iud.*—17 C H χ ψ, Dresd. et edd. nonnullæ *alia ratione.*—18 χ *potius illam quam.* Tum Lamb. *apud eosdem iudices.*—19 In T deest *iis.*—20 *Inimicus habent χ, Ms. Vict. et Quintil. lib. v.*—1 H et S *Quare si satis.* Dein χ *rationem ullam.*—2 Al. teste Grævio, post *corrumpendi* addunt *iudicii.*—3 *Verba ex quo intell., ab Oppianico esse corruptum* Ernesto suspecta sunt.

CAP. XXIV. 4 χ non habet negativam particulam ante *argumentabor.*—5 In H S ψ legitur *in hac ratione.* H caret non ante *habuerit.* Pro eum χ habet *cum.* Dein ψ *singularis fuerit audaciæ.*—6 χ *deplora.*—7 Pal. 2. et Ms. Ursini *inquam meo loco.* Lamb. scribi jubet *inquam, in isto loco.* Gulielm. et

## NOTE

<sup>b</sup> *Huic*] Cluentio.

<sup>1</sup> *De illo ipso*] Oppianicus.

<sup>k</sup> *Stadium Albi*] Oppianicus Statius Albius nominabatur.

<sup>1</sup> *Oppianice*] Oppianicus ille filius Delph. et Var. Clas.

est Oppianici, qui corrupisse iudicium arguitur.

<sup>m</sup> *Alter eloquentia*] Attius ille Cluentii accusator insignis interfuit, de quo loquitur in Claris Oratoribus.

Cicero.

reticetis? At negare non potestis, quod repetistis,<sup>8n</sup> quod confessi estis, quod abstulistis.<sup>o</sup> Quo tandem igitur ore<sup>9</sup> mentionem corrupti iudicii facitis, cum ab ista parte<sup>p</sup> iudici<sup>10q</sup> pecuniam ante iudicium datam, post iudicium ereptam esse fateamini? 66. Quonam igitur<sup>11</sup> hæc modo gesta sunt? repetam<sup>12</sup> paulo altius, iudices, et omnia quæ in diuturna obscuritate<sup>a</sup> latuerunt, sic aperiam, ut ea cernere oculis videamini. Vos quæso, ut adhuc me attente audistis, item, quæ reliqua sunt, audiatis: profecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conventu et silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur.

Nam, ut primum Oppianicus, ex eo, quod Scamander reus erat factus, quid sibi impenderet, cœpit suspicari; statim se ad hominis egentis, audacis, in iudiciis corrupendis exercitati,<sup>13</sup> tum autem iudicis, Staleni familiaritatem applicavit.<sup>14</sup> Ac primum Scamandro reo, tantum donis, datis,<sup>15</sup> muneribusque perfecerat, ut eo auctore<sup>16</sup> uteretur cupidior,<sup>b</sup> quam fides iudicis postulabat. 67. Post autem, cum esset Scamander unius Staleni sententia absolutus, patronus autem<sup>r</sup> Scamandri ne sua quidem sententia liberatus; acrioribus<sup>17</sup> salutis suæ remediis subveniendum putavit. Tum a<sup>18</sup> Staleno, sicut ab homine ad excogitandum acutissimo, ad audendum<sup>19</sup> impudentissimo, ad effi-

<sup>a</sup> Quæ diu latuerunt.

<sup>b</sup> Adulatore uteretur magis avaro.

//////////

Orell. conjecerunt illico. In Franc. 1. ita interpungitur et legitur: *inquam. In eo loco qui reticetis.* Pro *reticetis* C H S T  $\chi$   $\psi$ , Dresd. Ven. 1483. Junt. habent *tacetis*, prob. Garaton. In ed. Ven. 1480. *tacitus*.—8 C  $\chi$   $\psi$  *recepistis*: H *reperistis*.—9  $\chi$  non habet *ore*.—10 In eodem Ms. deest *iudici*.—11 Steph. *fatemini*: et  $\psi$  *Quidnam agitur*.—12 *Ereptam*  $\chi$ : in quo Ms. omittitur copula *ante omnia*.—13 *C excitati*.—14 *Ante applicavit* C H S  $\chi$  addunt *se*.—15 Edd. ante Græv. *donis datis* sine commate. Vid. Nott. Varr. Mox Lamb. *profecerat*.—16 *Eo fauctore* Ms. Vict. prob. Lamb.—17 *Aptioribus* Franc. 2. ed. 1472. Ven. 1480. Junt. In Franc. 1. *artioribus salutis remediis*.—18 Propositionem ante *Staleno* omittunt C H S  $\chi$ .—19  $\chi$  *audiendum*.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Quod repetistis*] Damnato Oppianico, recuperata est pecunia, quæ data fuerat Staleno ad corrupendum iudicium.

<sup>o</sup> *Abstulistis*] A Staleno ablata est pecunia quam apud se retulerunt.

<sup>p</sup> *Ab ista parte*] Ab Oppianico.

<sup>q</sup> *Judici*] Staleno iudici data est pecunia, ut Oppianicum liberaret.

<sup>r</sup> *Patronus autem*] Fabricius patronus fuit Scamandri.



ciendum acerrimo, (hæc enim ille et aliqua ex parte habebat, et majore ex parte se habere simulabat) auxilium capiti et fortunis suis petere cœpit. XXV. Jam hoc<sup>20</sup> non ignoratis, judices, ut etiam bestię, fame dominante,<sup>1</sup> plerumque ad eum locum, ubi pastę aliquando sint, revertantur. 68. Stalenus ille biennio<sup>5</sup> ante, cum causam<sup>2</sup> bonorum Safinii Atellę recepisset,<sup>c</sup> sexcentis millibus nummum se judicium corrupturum esse dixerat: quę cum accepisset a pupillo,<sup>t</sup> suppressit;<sup>u</sup> iudicioque facto, nec Safinio,<sup>3</sup> nec bonorum emtoribus<sup>x</sup> reddidit. Quam cum pecuniam<sup>4</sup> profudisset, et sibi nihil, non modo ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem<sup>5</sup> quidem reliquisset; statuit ad easdem<sup>6</sup> sibi prędas ac suppressiones judiciales revertendum. Itaque cum Oppianicum jam perditum, et duobus jugulatum<sup>d</sup> pręjudiciis videret; promissis eum suis excitavit abjectum, et simul saluti desperare vetuit. Oppianicus orare hominem cœpit, ut sibi rationem<sup>e</sup> ostenderet iudicii corrupendi. 69. Ille autem (quemadmodum ex ipso Oppianico postea est auditum) negavit, quenquam esse in civitate, pręter se, qui id efficere posset:<sup>7</sup> sed primo gravari cœpit,<sup>y</sup> quod ædilitatem se petere cum hominibus no-

<sup>c</sup> *Suscepisset.*<sup>d</sup> *Condemnatum.*<sup>e</sup> *Modum.*

CAP. XXV. 20 C H S  $\chi \psi$  *Jam hæc.* Negandi particula abest a Franc. 1. 2. sex Pall. sex Oxonn. Mss. et ed. 1472. probante Grævio, si locus interrogative accipiatur, ut est in Franc. 1.—1 *Dominatione* Pal. 1. *domitę* quidam legi volunt, teste Lambino. Ex Ammiano Marcellino et marg. Ms. Vict. *monitę* dederunt Schutz. et Orell. probb. J. F. Gronovio, Grontero atque Ernesto. *Domitę* conj. Gesner.—2 C T  $\chi \psi$  *quam causam.* Tum *Safni* C H S  $\chi \psi$ : *Satrini* T. Porro *Attellę*  $\psi$ .—3 *Safino* C: *Fasinio*  $\chi$ .—4  $\chi$  *pecunia.*—5 Idem Ms. *necessitates.* Tum H et S *reliquisse.*—6 *Post easdem* H S  $\chi$ , Ven. 1483. Junt. Steph. addunt *esse.* In C et T *prędas et suppr.*—7 C, Manut.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Biennio*] Duobus annis antequam Oppianici causa ageretur.

<sup>t</sup> *A pupillo*] Safinio videlicet.

<sup>u</sup> *Suppressit*] Id est, sibi injuste retinuit pecuniam, quę alteri usui data et destinata fuerat.

<sup>x</sup> *Emtoribus*] Qui bona emerant pupilli Safinii.

<sup>y</sup> *Gravari cœpit*] Stalenus dixit se hoc non libenter facere; astuti enim est hominis fingere se id nolle quod vehementer cupit.

bilissimis, et invidiam atque offensionem timere <sup>2</sup> dicebat. [p. 32.] Post exoratus, initio permagnam pecuniam proposcit; deinde ad id pervenit, quod <sup>3</sup> confici potuit, <sup>a</sup> et sestertium sexcenta quadraginta <sup>b</sup> millia <sup>9</sup> deferri ad se domum jussit. Quæ pecunia simul atque ad eum delata est, homo impurissimus <sup>f</sup> statim cœpit in ejusmodi mente et cogitatione versari; nihil esse suis rationibus utilius, <sup>e</sup> quam Oppianicum condemnari: <sup>10</sup> illo absoluto, pecuniam illam aut iudicibus <sup>11</sup> dispertiendam, aut ipsi esse reddendam; damnato, repetiturum esse <sup>12</sup> neminem. 70. Itaque rem excogitat <sup>13</sup> singularem. Atque hæc, iudices, quæ vere dicuntur a nobis, facilius credetis, <sup>14</sup> si cum animis vestris longo intervallo recordari C. Staleni vitam et naturam volueritis: nam perinde <sup>15</sup> ut opinio est de cujusque moribus, ita, quid ab eo factum et non factum sit, <sup>16</sup> existimari potest. XXVI. Cum esset egens, sumtuosus, audax, callidus, perfidiosus, et cum domi suæ, miserrimis in locis et inanissimis, <sup>17</sup> tantum nummorum positum vide-

<sup>f</sup> Avarissimus.

<sup>e</sup> Commodius sibi.

//////////

Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *posset*. Ceteri *possit*.—8 Pro quod in  $\psi$  legitur *cur*.—9 *Potuit, nummum sexcenta quadraginta millia C: potuit, et sexcenta quadraginta millia H S: potuit, et sextercia sexcenta quadraginta millia  $\chi$ : potuit, et sestertia sexcenta quadraginta, omisso millia, Mss. nonnulli, Ven. 1433. Junt. Crat. Græv. Oliv. Lall. et sic Grut. nisi quod det sestertium. Orell. dedit potuit, et H-S sexcenta quadraginta millia.*—10 C *Oppianicus*; et Steph. *damnari*.—11  $\chi$  *illum aut ipsi jud. Dein al. dispartiendam. Mox  $\psi$  redeundam.*—12 In C *omittitur esse.*—13  $\chi$  *cogitatur.*—14 C H  $\chi$  *creditis.*—15 Lamb. *proinde.*—16 In  $\chi$  *deest sit.*

CAP. XXVI. 17 *Miserrimus in locis et inanissimis C H S  $\chi$   $\psi$ , edd. Rom. Brix. Ven. 1483. miserrimus et inanissimus T, Franc. 1. Mediol. Ald. Crat. Græv. Oliv. Lall. domi suæ miserrimus tantum Junt. Vict. domi miserrimus tantum ed. 1471. Ven. 1480. Ceteri ut Ern. qui coniecit in loculis legend. prob. Weiske. Mavult Schutz. domi suæ miserrimus, in loculis inanissimis, prob. Orell. Dein, pro tantum nummorum in T tantummodo; C  $\psi$  tantum pecuniæ. Mox,  $\chi$  omittit suam, post quam vocem in S et nonnullis edd. vett. additur hæc secum cogitans. Porro pro demne sex Oxonn. Mss. habent de me. Pro iudicibus in T iudices; et pro igitur in  $\psi$  agitur. Ed. Junt. h. l. ita exhibet, versare suam mentem in locis et inanissimis cœpit. Quidni tandem? Mihi*

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Offensionem timere*] Timebat Stalenus, ne videlicet ab ædilitate removeretur, quam petebat.

<sup>3</sup> *Quod confici potuit*] Ad æquam

pecuniæ summam descendit.

<sup>b</sup> *Sestertium sexcenta quadraginta*] Id est, sexcenta et quatuor librarum millia.

ret; ad omnem malitiam et fraudem versare mentem suam cœpit: Demne iudicibus? Mihi igitur ipsi, præter periculum et infamiam, quid quæretur? Nihil excogitem,<sup>18</sup> quamobrem Oppianico damnari necesse sit? qui<sup>k</sup> tandem?<sup>19</sup> nihil enim est, quod fieri non possit. Si quis eum forte casus ex periculo eripuerit, nonne reddendum est?<sup>c</sup> Præcipitantem<sup>i</sup> igitur impellamus, inquit, et perditum prosternamus. 71. Capit hoc consilium, ut pecuniam quibusdam iudicibus<sup>20</sup> levissimis polliceatur; deinde eam postea supprimat; ut, quoniam graves<sup>k</sup> homines sua sponte<sup>l</sup> severe iudicaturos putabat; hos,<sup>l</sup> qui leviores erant, destitutione<sup>d</sup> iratos Oppianico redderet. Itaque, ut erat semper præposterus atque perversus,<sup>m</sup> initium facit a Bulbo; et eum, quod jamdiu nihil quæsierat,<sup>n</sup> tristem atque oscitantem, leviter<sup>o</sup> impellit. Quid tu? inquit; ecquid<sup>2</sup> me adjuvas, Bulbe, ne gratis reipublicæ<sup>e</sup> serviamus? Ille vero, simul atque hoc audivit, 'Ne gratis;' Quo voles, inquit, sequar:<sup>p</sup><sup>3</sup> sed quid affers? Tum ei quadraginta milia, si esset absolutus Oppianicus, pollicetur: et eum, ut ceteros appellet, quibuscum loqui consuisset,<sup>4</sup> rogat: atque etiam ipse, conditor<sup>f</sup> totius negotii, Guttam<sup>5</sup> aspergit<sup>g</sup> huic Bulbo.<sup>h</sup> 72. Itaque minime amarus<sup>6</sup><sup>i</sup> is visus est,

<sup>k</sup> Quomodo.<sup>i</sup> Periclitantem.<sup>k</sup> Integros.<sup>l</sup> Sine pretio.<sup>m</sup> Impurus.<sup>n</sup> Nullum quæstum fecerat.<sup>o</sup> Facile.<sup>p</sup> Faciam quod votes.

igitur ipsi, &c.—18  $\chi$  quæritur? nihil excog.  $\psi$  quæretur mihi excog.—19  $\psi$  quid tandem. Mox  $\chi$  posset.—20 Lamb. consilii. Mox  $\chi$  quibusdam in iudiciis.—1 C H S eos. Tum  $\psi$  qui leves erant.—2 C H S T co quid. Mox  $\chi$  servemus.—3 Dresd. sequor, prob. Grævio. Dein C affer.—4  $\chi$  consuescit.—5 C

## NOTÆ

<sup>c</sup> Nonne reddendum est] Reddenda erat pecunia accepta ab Oppianico, si aliquo casu a periculo liberaretur.

<sup>d</sup> Destitutione] Statuit apud se Stalenus levioribus iudicibus pecuniam promittere, et promissam non dare, ut eos Oppianico iratos redderet.

<sup>e</sup> Ne gratis reipub.] Lege Cincia

vetabatur, ne quis pro causa peroranda aut iudicanda munus acciperet.

<sup>f</sup> Conditor] A condiendo.

<sup>g</sup> Guttam aspergit] Gutta cujuslibet liquoris est.

<sup>h</sup> Huic Bulbo] Bulbus est genus ceparum. Hic autem festive jocatur

qui aliquid<sup>7</sup> ex ejus sermone speculæ degustarat.<sup>k</sup> Unus et alter dies intercesserat, cum res parum certa<sup>q 8</sup> videbatur: sequester<sup>l</sup> et confirmator<sup>m</sup> pecuniæ desiderabatur. Tum appellat hilari vultu hominem<sup>n</sup> Bulbus, ut blandissime potest: Quid tu,<sup>9</sup> inquit, Pæte? (hoc enim sibi Stalenus cognomen ex imaginibus Æliorum<sup>o</sup> delegerat, ne, si se Ligurem fecisset,<sup>p</sup> nationis magis suæ, quam generis uti cognomine videretur) qua de re mecum locutus es, quærunt<sup>q</sup> a me, ubi sit pecunia.<sup>10</sup> Hic ille<sup>11</sup> planus improbissimus, quæstu judiciario<sup>12</sup> pastus,<sup>r</sup> qui illi pecuniæ, quam condiderat,<sup>r</sup> spe jam atque animo incubaret,<sup>r</sup> contra-

<sup>q</sup> Pecunia promissa incerta.

<sup>r</sup> Occultaverat.

<sup>s</sup> Inhiaret.



*Guctam.*—6 Vet. Steph. *Ita minime*; et  $\chi$  *avarus*.—7 T *qui aliud*. Mox *speculæ* C S T  $\psi$ , Franc. 1. Pall. septem, Ven. 1480. 1483. Junt. *spegulæ* H. Vid. Nolt. Varr.—8 C *intercesserant, cum res parum cepta*.—9 T *Quid tum*. Dein *Pacete* C T  $\chi$  et al. *Facete* H S, Ms. Vict. et Pall. *Futere*  $\psi$ : *Pæte* edd. nonnullæ. Porro in  $\chi$  *deest enim*.—10 In T omittuntur verba *ne si se Lig. ... pecunia*. Pro *ne* C H S habent *nec*.—11 Nonnullæ edd. vett. teste Ursino, *Hic ipse*. Pro *planus* C H  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1483. *plane*: Naug. *Plancus*.—12  $\chi$  *judi-*

#### NOTE

Cicero; nam Gutta et Bulbus iudices erant: ait autem hunc Bulbum gutta fuisse aspersum, quia uterque pecunia corruptus est.

<sup>i</sup> *Minime amarus*] Dioscorides lib. II. ait omnes Bulbos acrimoniam habere.

<sup>k</sup> *Aliquid speculæ degustarat*] Id est, acceperat aliquam parvam spem ex responso Guttæ. Specula a spe deducitur.

<sup>l</sup> *Sequester*] Sequester dicitur, apud quem pecunia promissa deponitur.

<sup>m</sup> *Confirmator*] Id est, qui se pecuniam daturum sponderet a Staleno promissam, cum absolutus esset Opianicus.

<sup>n</sup> *Hominem*] Stalenum.

<sup>o</sup> *Ex imaginibus Æliorum*] Æliorum familia nobilissima fuit apud Rom. et antiquissima: in familiis autem majorum imagines in ædium vestibulo

conservabantur, cum nominum inscriptione. Cicero in Claris Oratoribus ait hunc Stalenum ex Æliorum gente non fuisse; sed semetipsum adoptasse, et de Staleno se Ælium fecisse.

<sup>p</sup> *Ligurem fecisset*] Melius Stalenus se Ligurem quam Ælium appellasset, nempe vanum et fallacem, quales vulgo illi populi habebantur; ut ex Virgil. Æneid. XI. patet: 'Vane Ligur, frustra que animis elate superbis,' &c. Sunt autem illi populi in Italia ad Mare Mediterraneum, seu Ligusticum spectantes, quorum Genoa urbs est primaria.

<sup>q</sup> *Quærunt*] Ii nempe iudices, Gutta et Bulbus.

<sup>r</sup> *Quæstu judiciario pastus*] Id est, nutritus lucro, quod corruptis iudiciis sibi fecerat.

hit frontem : ' (recordamini faciem, atque illos<sup>13</sup> ejus fictos simulatosque vultus) queritur se ab Oppianico destitutum : et, qui esset totus ex fraude<sup>14</sup> et mendacio factus, quique ea vitia, quæ a natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ<sup>15</sup> condivisset, pulchre asseverat se ab Oppianico destitutum : atque hoc addit testimonii,<sup>15</sup> sua illum sententia, quam palam<sup>16</sup> omnes laturo essent, condemnatum iri.

XXVII. 73. Manarat sermo in consilio,<sup>7</sup> pecuniæ quandam mentionem inter judices esse versatam. Res neque tam fuerat occulta,<sup>17</sup> quam erat occultanda ; neque tam<sup>18</sup> erat aperta, quam reipublicæ causa aperienda. In ea obscuritate ac dubitatione omnium, Canutio, perito homini, qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset,<sup>9</sup> neque dum rem perfectam arbitraretur, placuit<sup>5</sup> repente pronuntiare judices.<sup>19</sup> Dixerunt, se id velle. [p. 33.] Hic tum Oppianicus non magnopere pertimuit : rem a Staleno perfectam esse arbitratur. 74. In consilium erant ituri judices XXXII : sententiis XVI absolutio confici poterat.<sup>4</sup> H-S quadragesima<sup>11</sup> in singulos<sup>20</sup> judices distributa,

<sup>1</sup> *Simulat trisitium.*

<sup>11</sup> *Calliditatis.*

<sup>7</sup> *Sermo sparsus fuerat in cætu.*

<sup>9</sup> *Olfecisset.*



catio.—13  $\chi$  illius. Idem pro vultus legit multis.—14  $\chi$  et fraude.—15  $\psi$  testimonium.—16 H S  $\chi$   $\psi$  cum palam.

CAP. XXVII. 17 Lamb. *occultata*.—18 Grut. et Græv. *neque tum*.—19 Vocab. *judices* abest a Franc. 2. sex Oxonn. Mss. ed. 1472. et *se id velle* a sex Oxonn. Mss. In Franc. 1. Ms. Vict. Pall. 2. 6. Ven. 1480. 1483. *placuit repente pronuntiari. Dixerunt. Hic, &c.* Manut. Lamb. et Weiske *placuit repente pronuntiari. Dixerunt. Hic, &c.* Manut. Lamb. et Weiske *placuit repente pronuntiari. Dixerunt. Hic, &c.* Crat. Hervag. Cam. *placuit repente pronuntiari. Dixerunt se id velle. Hic, &c.* Orell. *edidit placuit repente pronuntiari. [Judices] dixerunt se id velle. Hic, &c.* Vulg. ut Ern.—20 In C et H est, *poterat. Sexcenta millia nummum in singulos : S  $\chi$  poterat. Quadragesima nummum in sing. T poterat quadragesima millia in sing. cum spatiis.  $\psi$  poterat sexcenta quadraginta millia nummum in sing.* Naug. Crat. Manut. *poterat. H-S quadraginta millia nummum*

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Placuit*] Placuit Canutio et Cluentio, ut quamprimum sententia pronuntiaretur, si judices vellent.

<sup>4</sup> *Absolutio confici poterat*] Majore sententiarum numero rei solvebantur.

tur.

<sup>11</sup> *Quadragesima* [quadragesima millia] Unicuique judicum data sunt quadraginta millia, quatuor nempe librarum millia.

eum numerum<sup>x</sup> sententiarum conficere debebant,<sup>1</sup> ut ad cumulum,<sup>y</sup> spe majorum præmiorum, ipsius Staleni sententia septimadecima accederet.<sup>2</sup> Atque etiam casu tum,<sup>3</sup> quod illud repente erat factum, Stalenus ipse non aderat: causam nescio quam apud judicem<sup>z</sup> defendebat.<sup>4</sup> Facile hoc Avitus patiebatur: <sup>a</sup> facile Canutius: at non Oppianicus,<sup>5</sup> neque patronus ejus L. Quintius; qui cum esset eo tempore <sup>6</sup> tribunus plebis,<sup>b</sup> convicium C. Junio, judici quæstionis,<sup>z</sup> maximum fecit, ut ne sine Staleno<sup>7</sup> in consilium iretur: cumque id ei per viatores<sup>8</sup> <sup>c</sup> consulto negligentius agi videretur, ipse a publico judicio<sup>9</sup> <sup>d</sup> ad privatum<sup>e</sup> Staleni judicium profectus est, et illud pro potestate<sup>f</sup> dimitti jussit: Stalenum ipse ad subsellia<sup>g</sup> adduxit. 75. Consurgitur in consilium,<sup>10</sup> cum sententias Oppianicus

<sup>z</sup> *Causæ.*



*in sing.*, et sic. Lamb. nisi quod notam *H-S* delevit. Ven. 1480. 1483. Junt. et Orell. *poterat.* *Quadragesima millia nummum in sing.* Vulg. ut Ern.—1  $\chi$  *debebat*, et paulo post, *spem malorum præmiorum illius Stal.*—2  $S \chi$  *cederet.*—3 *Tum non est in  $\psi$ .* Pro quod C et  $\psi$  habent quodam.—4 *C ap. judices*, et  $\psi$  *defendebantur.*—5 *Verba at non Oppianicus in T desunt.*—6 *Taur. illo temp.*—7 *Pro Staleno in Taur. legitur illo.* Pro *in consilium iretur T exhibet consultum irent.*—8 *Loco viatores in C H S  $\psi$  lictores; in  $\chi$  victores.* Mox, ante agi C H S addunt *id.*—9 *E publ. jud.* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Ern.

#### NOTE

<sup>x</sup> *Eum numerum]* Decem et sex judices erant.

<sup>y</sup> *Ad cumulum]* Id est, ad numerum decem et sex judicum Staleni sententia debebat accedere, ut a majore parte ferretur sententia, et sic vinceret Oppianicus.

<sup>z</sup> *Apud judicem]* In privato judicio causam aliquam defendebat Stalenus.

<sup>a</sup> *Hoc Avitus patiebatur]* Abesse Stalenum non molestum erat Cluentio et Canutio.

<sup>b</sup> *Eo tempore tribunus plebis]* Quintius A. U. C. 679. L. Licinio Lucullo et M. Aurelio consulibus, tribunus plebis fuit.

<sup>c</sup> *Per viatores]* Viatores dicti sunt qui accersebant homines ad sena-

tum: per illos autem Stalenus a Quintio advocatus est.

<sup>d</sup> *A publico judicio]* Publicum judicium est, quod ejus injuriæ causa susceptum est, quam respub. lege aliqua lata, ad se pertinere statuit, et semper in crimine aliquo cognoscendo versatur.

<sup>e</sup> *Ad privatum]* Privatum judicium est, quod rei privatæ causa institutum est, neque ad respub. directo pertinet; veluti cum de re pecuniaria, aut privati hominis injuria quæritur.

<sup>f</sup> *Pro potestate]* Tribuni plebis dimittere judicium poterant.

<sup>g</sup> *Ad subsellia]* In subselliis sedebant senatores qui judicabant.

(quæ tum erat potestas)<sup>h</sup> palam ferri velle dixisset, ut Stalenus scire posset, quid cuique deberetur. Varia iudicum genera: nummarii<sup>i</sup> pauci; sed omnes irati. Ut qui<sup>11</sup> accipere in campo<sup>k</sup> consuerunt, iis candidatis,<sup>l</sup> quorum numeros suppressos esse putant, inimicissimi solent esse; sic ejusmodi<sup>m</sup> iudices, infesti tum reo<sup>12</sup> venerant: ceteri<sup>n</sup> nocentissimum<sup>13</sup> esse arbitrabantur; sed spectabant<sup>14</sup> sententias eorum, quos corruptos putabant; ut ex iis constituerent, a quo iudicium corruptum videretur. XXVIII. Ecce tibi ejusmodi sortitio,<sup>o</sup> ut in primis Bulbo, et Staleno, et Guttæ<sup>p</sup> esset iudicandum. Summa omnium expectatio, quidnam sententiæ ferrent<sup>15</sup> leves ac nummarii iudices. Atque illi omnes sine ulla dubitatione condemnant.<sup>q</sup> 76. Hic tum injectus<sup>16</sup> est hominibus scrupulus, et quædam dubitatio, quidnam esset actum. Deinde homines sapientes, ex vetere<sup>17</sup> illa<sup>r</sup> disciplina iudiciorum, (qui neque absolvere hominem nocentissimum possent, neque eum, de quo esset orta suspicio, pecunia oppugnatum, re illa incognita, primo condemnare vellent) non liquere<sup>s</sup> dixerunt.

Beck. Weiske, et Schutz. qui habent *a publ. jud.*—10 *H consilio.*—11 *Vict. Junt. Mannt. Lamb. Ut enim qui.*—12 *ψ cum reo.*—13 *Nocentissimi C H S ψ: innocentissimum Lamb.*—14 *C H S χ ψ sed sperabant: Taur. Lamb. 1566. et Orell. expectabant, omisso sed, ut Pantagathus volebat. Mox in Taur. legitur corruptos esse putabant.*

CAP. XXVIII. 15 *χ ferret. Schutz. leves et numm. jud.*—16 *χ injectum.*—

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Quæ tum erat potestas*] Ex lege Cornelia, vel clam vel palam sententiam ferebant. Vide § 55. not.

<sup>i</sup> *Nummarii*] Nummarii dicuntur iudices qui pecunia corrupti sunt: tales erant illi, quibus a Staleno pecunia promissa erat.

<sup>k</sup> *In campo*] In Campo Martio populi suffragiis magistratus creabantur.

<sup>l</sup> *Iis candidatis*] Candidati dicuntur, qui ad magistratus aspirabant.

<sup>m</sup> *Ejusmodi*] Qui pecuniam accipiunt.

<sup>n</sup> *Ceteri*] Integri et just.

<sup>o</sup> *Sortitio*] Sortiebantur iudices ex lege Cornelia de ferendarum sententiarum loco.

<sup>p</sup> *Bulbo, et Staleno, et Guttæ*] Hi tres, qui a ceteris iudicibus corrupti putabantur, primi sententias ex sortitione dixerunt.

<sup>q</sup> *Condemnant*] Condemnatur Cyprianicus a tribus illis iudicibus, quia Stalenus retinere pecuniam volebat, et alii duo irati erant, quia nihil acceperant.

<sup>r</sup> *Ex vetere illa, &c.*] Id est, boni et sancti iudices.

<sup>s</sup> *Non liquere*] Iudices illi corrupti

Nonnulli autem, severi homines, hoc statuerunt,<sup>18</sup> quo quisque animo quid faceret, spectari oportere: et, si alii pecunia accepta verum judicabant,<sup>19</sup> tamen nihilo minus se superioribus<sup>†</sup> suis judiciis constare putabant oportere. Itaque damnarunt. Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum<sup>20</sup> innocentem Oppianicum, sive imprudentia, sive misericordia, sive aliqua suspicione, sive ambitione<sup>‡</sup> adducti,<sup>†</sup> absolverent.

77. Condemnato Oppianico, statim L. Quintius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum et concionum<sup>2</sup> ventos colligere<sup>‡</sup> consuesset, oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia senatoria<sup>×</sup> posset crescere, quod ejus ordinis judicia minus jam probari populo arbitrabatur. Habetur una atque altera concio<sup>3</sup> vehemens et gravis: accepisse pecuniam judices, ut innocentem reum condemnarent,<sup>4</sup> tribunus plebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat; nulla esse judicia;<sup>‡</sup> qui pecuniosum inimicum haberet, incolumem esse neminem posse. Homines totius ignari negotii,<sup>5</sup> qui Oppianicum nunquam vidissent, virum optimum, et hominem pudentissimum,<sup>6</sup> pecunia oppressum arbitrarentur, incensi suspicione, rem in medium vocare cœpe-

<sup>‡</sup> *Jactare se et gloriari in concionibus.*



17 Orell. e Taur. dedit *et ex ret.*—18 Ante hoc statuerunt Orell. auctoritate Taur. addidit *qui.*—19 Ern. conjecit *judicarent vel judicassent* legend. unde Schutz. edidit *judicassent.*—20 Pro *vestrum* in C legitur *verum.*—1 Ms. Vict. *abducti*, prob. Græv. Dein *absolverunt* C T et Taur. prob. Peyron.—2  $\chi$  *contentionum.*—3 Idem Ms. *una alia concio.*—4 C *condemnarentur.* In T desunt verba *tribunus plebis.* Dein Taur. *clamabat.*—5 Pro *negotii* in C *judicii.*—6 Ven. 1483. Junt. Manut. Lamb. *prudentissimum.* Vid. Nott. Varr. Mox

#### NOTÆ

dixerunt causam satis non cognoscere, ideoque ampliandam esse, et iterum agendam.

<sup>†</sup> *Superioribus*] Alii omnes latis de Scamandro et Fabricio judiciis standum esse dixerunt.

<sup>‡</sup> *Sive ambitione*] Id est, desiderio gloriæ; nam volebant videri homines mansueti et misericordes in civibus conservandis.

<sup>×</sup> *Invidia senatoria*] Per invidiam senatoriam intelligit senatorum judicia, qui lege Cornelia judicabant. Credidit autem Quintius sibi apud populum gloriam et nomen facturum, si male judicavisse illos senatores diceret, eosque in invidiam vocaret.

<sup>‡</sup> *Nulla esse judicia*] Quia pecunia corrupti judices erant.



runt, et causam illam totam deposcere.<sup>6</sup> 78. Atque illo ipso tempore in ædes T. Annii,<sup>7</sup> hominis honestissimi, necessarii et amici mei, noctu Stalenus, arcessitus ab Oppianico, venit. [p. 34.] Jam cetera nota sunt omnibus: ut cum illo Oppianicus egerit<sup>8</sup> de pecunia; ut ille se redditurum esse dixerit; ut eorum sermonem omnem audierint viri boni, qui tum consulto propter<sup>9</sup> in occulto stetissent; ut res patefacta, atque in forum<sup>10</sup> prolata, et pecunia omnis a Staleno<sup>11</sup> extorta atque erepta sit. XXIX. Hujus Staleni persona, populo jam nota atque perspecta, ab nulla turpi suspicione abhorrebat: suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasset,<sup>12</sup> qui erant in concione, non intelligebant; neque enim docebantur:<sup>2</sup> versatam esse in iudicio mentionem pecuniæ sentiebant:<sup>13</sup> innocentem reum condemnatum<sup>3</sup> esse<sup>14</sup> audiebant: Staleni sententia condemnatum videbant: non gratis id ab eo factum esse, quod hominem norant, iudicabant. Similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspicio consistebat. 79. Itaque confiteor, (licet enim jam impune, hoc præsertim in loco, confiteri) quod Oppianici non modo vita,<sup>15</sup> sed etiam nomen ante illud tempus populo ignotum fuisset; indignissimum porro videretur, circumventum esse innocentem pecunia; hanc deinde suspensionem auferet Staleni improbitas, et nonnullorum ejus similium iudicum turpitudine; causam autem ageret<sup>16</sup> L. Quintius, homo cum summa potestate præditus, tum ad inflammandos<sup>17</sup> animos<sup>b</sup> multitudinis

<sup>6</sup> Vocare in iudicium.<sup>c</sup> In iudicium.

in  $\chi$  oppr. arbitraretur: Taur. oppr. esse arbitrarentur.—7 Pro Annii C et S habent Antonii.—8 C agens.—9  $\chi$   $\psi$ , Ms. Vict. Pall. 2. 5. Ven. 1480. 1483. Mediol. Junt. Lamb. Grut. Grav. Oliv. Lall. et Weiske prope.—10 H T, Taur. ed. Junt. et in forum.—11 In Taur. deest præpositio ante Staleno.

CAP. XXIX. 12  $\psi$  promisisset, ut volebat Sylvius.—13 Ms. Lambini sciabant.—14 Taur. omittit esse post condemnatum. Mox, in  $\chi$  deest esse post factum.—15 C vitam.—16  $\chi$  iudicium turp.: causam autem auferet.—17 C H S

## NOTÆ

<sup>2</sup> Neque enim docebantur] Celabat in concione Quintius, promissam esse pecuniam.

<sup>a</sup> Reum condemnatum] Oppianicum.  
<sup>b</sup> Ad inflammandos animos] Cicero in Bruto ait Quintium aptissimum

accommodatus; summam illi iudicio<sup>18</sup> invidiam infamiamque esse conflata. Atque in hanc flammam recentem,<sup>19</sup> C. Junium, qui illi quæstioni<sup>d</sup> præfuerat, injectum<sup>20</sup> esse memini; et illum, hominem ædilitium,<sup>c</sup> jam prætorem opinionibus hominum constitutum, non disceptatione<sup>d</sup> dicendi,<sup>1</sup> sed clamore hominum, de foro atque adeo de civitate esse sublatum.

80. Neque me pœnitet<sup>2</sup> hoc potius tempore, quam illo, causam A. Cluentii defendere. Causa enim manet eadem, quæ mutari<sup>3</sup> nullo modo potest: temporis iniquitas atque invidia recessit, ut, quod in tempore mali fuit, nihil obsit; quod in causa boni fuit, prosit. Itaque nunc quemadmodum audiar,<sup>4</sup> sentio, non modo ab iis, quorum iudicium atque potestas est; sed etiam ab illis,<sup>5</sup> quorum tantum est existimatio. At tum<sup>6</sup> si dicerem, non audirer; non quod alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud. Id adeo<sup>7</sup> sic cognoscite. XXX. Quis tum auderet dicere, nocentem<sup>8</sup> condemnatum esse Oppianicum? quis nunc id audet negare? Quis tum posset arguere, ab Oppianico iudicium tentatum esse pecunia? quis id hoc tempore inficiari potest?<sup>9</sup> Cui tum liceret docere, Oppianicum reum factum esse tum denique, cum duobus proximis præjudi-

<sup>d</sup> Causæ.

//////////

*inflammandum.* Dein T *commodatus.*—18 C H S χ ψ, Dresd. Franc. 1. 2. Pall. septem, et edd. pr. omnes omittunt *iudicio.* In C quoque deest *illi.* Ms. ap. Lamb. habet *summam habito illo iudicio, &c.* unde suspicari quem posse ait, *summam Avito, illo iudicio, &c.* Gulielm. e Ms. Vict. ita attulit varietatem, *summam illi iudicio invid.* alias *illi Avito invid.* In Pal. 1. et 4. legitur *summam illam invidiam.*—19 Ante C. Junium C H S, Ven. 1483. Junt. Lamb. addunt *tum;* χ *tunc.*—20 In χ *inventum.*—1 Idem Ms. *discendi.*—2 S *Nec me pœn.*—3 Unus Ms. *juvari,* teste Gravio.—4 χ *audiat.*—5 C *sed et ab illis.*—6 C H S T χ *Ac tum.* Mox C *auderer.*—7 Pro *Id adeo* in ψ *Ideo.* Tum C H S ψ *agnoscite.*

CAP. XXX. 8 Pro *nocentem* χ *exhibet nocte.*—9 *Id hoc temp.* *inficiari au-*

#### NOTE

fuisse turbulentis concionibus.

<sup>c</sup> [Ædilitium] Junius gesserat ædilitatem.

<sup>d</sup> [Non disceptatione] Ille Junius, sine ulla actione causæ, vel causa non attente considerata, in exilium missus

est, et spoliatus jure civitatis, quia nemo apud Romanos duarum civitatum civis esse poterat.

<sup>e</sup> [Sed etiam ab illis] Populum indicat, qui dicentem eum audiebat.

ciis<sup>10</sup> condemnatus esset? Quis est, qui id hoc tempore infirmare conetur? **SI.** Quare, invidia remota,<sup>11</sup> quam dies<sup>e</sup> mitigavit, oratio mea deprecata est, vestra fides atque æquitas a veritatis disceptatione rejecit; quid est præterea, quod in causa relinquatur?

Versatam esse in judicio pecuniam, constat: ea, quæritur, unde profecta sit? ab accusatore,<sup>f</sup> an ab reo.<sup>g</sup> Accusator dicit<sup>h</sup> hæc: Primum,<sup>12</sup> gravissimis criminibus accusabam, ut nihil opus esset pecunia: deinde, condemnatum<sup>i</sup> adducebam,<sup>13</sup> ut ne eripi quidem pecunia posset: postremo, etiamsi absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret. Quid contra reus?<sup>k</sup> Primum, ipsam multitudinem et atrocitatem criminum pertimescebam: deinde, Fabriciis<sup>14</sup> propter conscientiam mei sceleris<sup>f</sup> condemnatis, me esse condemnatum, sentiebam: postremo, in eum casum<sup>15</sup> veneram, ut omnis mearum fortunarum status unius judicii periculo contineretur.

82. Age,<sup>16</sup> quoniam corrumpendi judicii causas ille multas et graves habuit, hic nullam; profectio<sup>17</sup><sup>1</sup> ipsius pecuniæ requiratur. Confecit tabulas<sup>m</sup> diligentissime Cluentius: hæc autem res habet<sup>n</sup> hoc certe, ut nihil possit neque additum, neque detractum de re familiari latere. [p. 35.]

<sup>e</sup> Tempus.

<sup>f</sup> Consciis mei sceleris.



det H: hoc temp. inficiatur. Potest cui, &c. T. Dein χ licere.—10 χ præjudicii. Mox, idem Ms. caret id ante hoc temp.—11 C H S ψ remota est.—12 C Primis.—13 Idem Ms. adducebant.—14 χ Fabricius.—15 Idem Ms. postremum, in eam causam.—16 T Agi vel age.—17 H hinc nullam; et C profecto.—

#### NOTE

<sup>f</sup> Ab accusatore] Cluentio.

<sup>g</sup> Ab reo] Oppianico.

<sup>h</sup> Accusator dicit] Prosopopœia Cluentii accusantis.

<sup>i</sup> Condemnatum] Oppianicus duobus præjudiciis condemnatus erat; de quibus jam sæpe dixit.

<sup>k</sup> Quid contra reus] Oppianicus reus respondet se accusanti.

<sup>1</sup> Profectio] Id est, unde pecunia hæc profecta sit, requiratur, aut quis eam dederit.

<sup>m</sup> Confecit tabulas] Cluentius accepit pecuniam mutuo, ideoque tabulas confecit creditori.

<sup>n</sup> Hæc autem res habet] Confecit tabulis omnia patent, vel quæ in domo sunt, vel quæ auferuntur a domo.

Anni sunt octo, cum ista causa<sup>18</sup> in ista meditatione<sup>8</sup> versatur; cum omnia, quæ nunc ad eam rem pertinent, et ex hujus, et ex aliorum tabulis,<sup>19</sup> agitatis, tractatis, inquiritis; cum interea Cluentianæ pecuniæ vestigium nullum inveniatis. Quid? Albiana pecunia<sup>20</sup> vestigiisne nobis<sup>1</sup> odoranda<sup>2</sup> est, an ad ipsum cubile, vobis ducibus, venire possumus?<sup>2</sup> Tenentur uno in loco H-S IDCXL:<sup>3</sup> tenentur apud hominem audacissimum:<sup>4</sup> tenentur apud judicem. 83. Quid vultis amplius? At enim Stalenus non fuit ab Oppianico, sed a Cluentio ad iudicium corrumpendum constitutus. Cur cum, cum in consilium iretur,<sup>4</sup> Cluentius et Canutius<sup>7</sup> abesse patiebantur? Cur<sup>5</sup> cum in consilium mittebant,<sup>5</sup> Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant?<sup>6</sup> Oppianicus quærebat: Quintius flagitabat: sine Staleno ne in consilium iretur, tribunicia potestate perfectum<sup>7</sup> est. At condemnavit.<sup>8</sup> Hanc enim damnationem<sup>8</sup>

<sup>8</sup> *Inquisitione.*

//////////

18 C H  $\psi$  cum in ista causa.—19  $\chi$  et al. tab. omissa præpositione. Pro agitatis in C H S  $\psi$  agitis.—20 H et  $\chi$  Abbiiana pec.—1 Pro nobis, quod C H S omittunt, edd. ante Lamb. habent vobis. Pro odoranda est in T adornanda.—2 H S  $\chi$  possimus.—3 [H-S IDCXL.] Codices etiam hic variant: C legit DCXL. omiss. voc. H-S. In H et S, DCXL millia: T, TIC vex vel:  $\chi$ , sextertia d c x l:  $\psi$ , sexcenta quadraginta millia. In Pal. 2. etiam abest H-S. Ven. 1480. 1483. DC sestertia, XL millia: Naug. H-S sexcenta quadraginta millia mannum, quæ usque ad Grut. fuit vulg. lectio, in qua Lamb. recte notam H-S delevit. Etiam in ante loco in Ms. quodam deest. Beck.—4 T Cur enim, cum in cons. ir.  $\chi$  Cur enim in cons. ir.—5 Mss. plerique et nonnullæ edd. vett. omittunt cur. Tum in Franc. mittebantur, prob. Græv.—6  $\chi$  requirebantur. Dein querebatur T, Dresd. Franc. 1. 2. unus Paris. Ms. Vict. ed. 1472. Lamb. quærebat  $\chi$ : requirebat Pal. 1. prob. Grævio.—7 Confectum S: effectum H  $\chi$  et Ms. Lamb.—8 Ms. Lamb. condemnationem.

#### NOTE

<sup>1</sup> Albiana pecunia] Id est, Albi Oppianici pecunia.

<sup>2</sup> Odoranda] Allegoria a canibus. Nota quod active etiam 'odoro' dicitur. Sic in orat. post Red. in Sen. 'Hi voluptates omnes investigant, atque odorant.' Sæpius tamen deponens usurpatur.

<sup>4</sup> Audacissimum] Stalenum, qui ju-

dex erat.

<sup>7</sup> Cluentius et Canutius] Accusatores Oppianici ambo erant.

<sup>8</sup> In consilium mittebant] Mittere in consilium iudices, est eos ad sententiam ferendam dimittere.

<sup>8</sup> At condemnavit] Hoc proponit refutandum.

dederat obsidem<sup>h</sup> Bulbo et ceteris, ut destitutus ab Oppianico videretur. Quare si istinc causa corrumpendi iudicii, istinc pecunia, istinc Stalenus, istinc denique omnis fraus et audacia est; hinc pudor, honesta vita, et nulla suspicio pecuniæ, nulla corrumpendi iudicii causa; patimini,<sup>9</sup> veritate patefacta, atque omni errore sublato, eo transire illius turpitudinis infamiam, ubi cetera maleficia consistant;<sup>10</sup> ab eo invidiam discedere aliquando, ad quem nunquam accessisse culpam videatis.<sup>11</sup>

XXXI. 84. At enim pecuniam<sup>12</sup> Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum iudicium, sed ad conciliationem gratiæ.<sup>u</sup> Tene hoc, Atti,<sup>13</sup> dicere,<sup>x</sup> tali prudentia, etiam usu atque exercitatione præditum? Sapientissimum esse dicunt<sup>y</sup> eum, cui, quod opus sit, ipsi veniat in mentem; proxime accedere<sup>14</sup> illum, qui alterius bene inventis obtemperet. In stultitia contra est. Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui, quod stulte alteri venit in mentem, comprobatur. Istam conciliationem gratiæ Stalenus tum recenti re,<sup>z</sup> cum faucibus premeretur,<sup>a</sup> excogitavit, sive ut homines tum loquebantur, a P. Cethego admonitus, istam dedit conciliationis et<sup>15</sup> gratiæ fabulam.

<sup>h</sup> Testem.



—9 Mss. pauci et edd. pleræque ante Lamb. *patiamini*. Tum  $\chi$  *veritate perfecta*. In Franc. deest *omni*.—10 *Consistebant* S T: *consistunt* Junt. Lamb. Schutz. et Orell.—11 Ern. e conj. cum Beck. et Weiske edidit *videatis*. Edd. ante Ern. cum Schutz. et Orell. *videtis*.

CAP. XXXI. 12  $\chi$  *pecunia*.—13 *Actice* C  $\psi$ : *Athice* H: *Attice* S: *Acti* al. Mox Lamb. *tali etiam usu*:  $\chi$  *et usu*.—14 *Dresd. pone accedere*. Mox, pro *inventis* in C *viventis*.—15 Pal. 3. a m. pr. et Lamb. omittunt copulam *et*, ut Maunius volebat. Orell. uncis includit. In Franc. 1. legitur, *conciliationis*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Ad conciliationem gratiæ*] Objectio, quod nempe data sit pecunia Staleno, ad reconciliandum Cluentium cum Oppianico.

<sup>x</sup> *Tene hoc, Atti, dicere*] Oratio indignantis cum interrogatione, cum infinitivo modo, quod familiare Virgilio est. Sic Æn. lib. 1. ‘Mene incepto desistere victam?’ &c.

<sup>y</sup> *Sapientissimum esse dicunt*] Hesi-

odi sententia e libro primo desumpta, qui Ἐργων inscribitur, et quam Livius protulit lib. 11.

<sup>z</sup> *Tum recenti re*] Cum causam ageret non multo post Oppianici damnationem.

<sup>a</sup> *Cum faucibus premeretur*] Id est, cum in summum discrimen salutis ejus venisset.

85. Nam fuisse hunc hominum sermonem, recordari<sup>16</sup> potestis: Cethegum, quod hominem odisset,<sup>17</sup> et quod ejus improbitatem versari in republica nollet, et quod videret, eum, qui se ab reo<sup>b</sup> pecuniam, cum judex esset, clam atque extra ordinem accepisse confessus esset,<sup>c</sup> salvum esse non posse, minus ei fidele<sup>i</sup> <sup>18</sup> consilium dedisse. In hoc si improbus Cethegus fuit, videtur mihi adversarium remove-re voluisse.<sup>d</sup> Sin erat<sup>19</sup> ejusmodi causa, ut Stalenus nummos se accepisse negare non posset, (nihil autem erat periculo-sius, nec turpius,<sup>20</sup> quam, ad quam rem<sup>e</sup> accepisset, con-fiteri) non est consilium Cethegi reprehendendum.<sup>f</sup> 86. Verum alia causa tum Staleni fuit, alia nunc, Atti, tua est. Ille, cum re premeretur,<sup>1</sup> quodcumque diceret, honestius diceret, quam si, quod erat factum, fateretur: te vero illud idem, quod tum explosum et ejectum<sup>2</sup> est, nunc retulisse demiror. Qui enim poterat tum in gratiam<sup>3</sup> redire cum Oppianico Cluentius? qui cum matre<sup>4</sup> habebat simultates: hærebat in tabulis publicis<sup>5</sup> reus et accusator: condemnati erant Fabricii: nec elabi alio accusatore<sup>h</sup> poterat Albius, nec sine ignominia calumniæ relinquere accu-

<sup>i</sup> Bonum.



*fabulam et gratiæ.*—16  $\chi$  recordare.—17  $\psi$  cur hominem; et Vict. occidisset.—18 C fides.—19 Pro Sin erat C H S T habent In erat;  $\chi$  Inerat.—20  $\chi$  peric. ac turp.—1 Cum reprehenderetur C H S  $\psi$  et edd. ante Ald. cum reprimeretur Franc. 1. 2. ed. 1472. et Grut. cum re premeretur ceteri.—2  $\chi$  expl. et electum: Lall. e conj. Grævii edidit expl. atque rejectum. Mox, pro retulisse in H intulisse;  $\chi$  rei tulisse; C S  $\psi$  re intulisse.—3 C et  $\psi$  in gratia:  $\chi$  ingratiæ.—4 'Omittunt habebat simultates Mss. nonnulli, unde Garaton. suspic. qui cum matre? scil. in gratiam redire poterat.' Orell. Vulgo post Cluentius interrogandi nota, post simultates colon ponitur. Pro tabulis publicis reus T exhibet talibus publicis rebus. In Franc. 1. h. l. ita legitur, qui cum hærebat in tabulis, matre habebat simultates; hærebat in tabulis publicis reus et accusator.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Ab reo] Oppianico.

<sup>c</sup> Confessus esset] In ædibus T. Anni, viris probis in occulto audientibus.

<sup>d</sup> Remove-re voluisse] Nempe, a judicum sententiis.

<sup>e</sup> Ad quam rem] Ad corrupendos judices.

<sup>f</sup> Reprehendendum] Tanquam minus

bonum.

<sup>5</sup> Hærebat in tabulis publicis] Id est, ita scriptus erat, ut non posset obliterari reus Oppianicus et accusator Cluentius.

<sup>h</sup> Nec elabi alio accusatore] Si Cluentius accusationem destituisset, alius accusasset Oppianicum.

sationem Cluentius. XXXII. 87. An ut prævaricaretur? <sup>i</sup> Jam id quoque <sup>s</sup> ad corrumpendum iudicium pertinet. Sed quid opus erat ad eam rem iudice sequestre? <sup>6</sup> et omnino, quamobrem tota ista res per Stalenum potius, hominem ab utroque alienissimum, <sup>k</sup> sordidissimum, turpissimum, <sup>k</sup> quam per bonum aliquem virum ageretur, et amicum necessari-umque communem? <sup>1</sup> [p. 36.] Sed quid ego hæc pluribus, quasi de re <sup>7</sup> obscura, disputo; cum ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero ac summa sua <sup>8</sup> non modo, quanta fuerit, <sup>9</sup> sed etiam ad quam rem <sup>m</sup> data fuerit, ostendat? Sexdecim dico iudices, ut Oppianicus absolveretur, corrumpendos fuisse; <sup>n</sup> ad Stalenum sexcenta et quadraginta millia nummum esse delata. Si, ut tu dicis, gratiæ <sup>10</sup> conciliandæ causa, quadraginta istorum accessio <sup>o</sup> millium <sup>11</sup> quid valet? si, ut nos dicimus, ut quadragena millia nummum sedecim iudicibus darentur; non Archimedes <sup>12</sup> <sup>p</sup> melius potuit describere. <sup>m</sup>

<sup>k</sup> *Avarissimum, improbissimum.*

<sup>1</sup> *Quanto numero, et quanta summa.*

<sup>m</sup> *Numerare.*

CAP. XXXII. 5 Pantagathus mavult Nam id quoque.—6 Junt. *sequestri*, ut vocabat Sylvius.—7 *χ de rebus*. Dein *disputem* Franc. 1. 2. Dresd. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. usque ad Vict. cum Beck. Schutz. et Orell.—8 *T summa suo*.—9 *χ qua nata fuerit*. Verba *sed etiam ad quam rem data fuerit* in *χ* desunt. Franc. 1. 2. Dresd. ed. 1472. et Ven. 1480. omittunt *data*. In H S et ed. 1488. legitur *data fuerat*.—10 Dresd. Franc. 1. 2. et ed. 1472. *Si ut auditis, gratiæ &c.* Pro *causa* in C et S *gratia*.—11 Lamb. *millium accessio*. Gruter. *millium* pro glossa habebat. Mox Lamb. et Orell. dederunt *sin ut nos dic.* Tum vulg. ut *DCXL millia*. In H, omisso *ut*, est *DCXL millia*: in T ut *CC* qua-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *An ut prævaricaretur*] Prævaricari quis dicitur, quando cum reo colludit proprias probationes dissimulans, et falsas accusationes admittens.

<sup>k</sup> *Ab utroque alienissimum*] Neque Cluentio neque Oppianico amicus erat Stalenus.

<sup>1</sup> *Communem*] Cluentio et Oppianico amicum.

<sup>m</sup> *Ad quam rem*] Ad corrumpendos iudices data illa pecunia fuit.

<sup>n</sup> *Corrumpendos fuisse*] Ut a majo-

ri parte Oppianicus absolveretur: nam ad eos accessurus erat Stalenus.

<sup>o</sup> *Quadraginta istorum accessio*] Id est, quare addita sunt quadraginta millia? nam sexcenta millia sufficiebant.

<sup>p</sup> *Non Archimedes*] Archimede nemo magis apud veteres in mathematicis disciplinis, ac præsertim arithmetice excelluit.

88. At enim judicia<sup>9</sup> facta permulta sunt, a Cluentio judicium esse corruptum. Immo vero<sup>7</sup> ante hoc tempus omnino ista ipsa res suo nomine<sup>8</sup> in judicium nunquam est vocata. Ita multum agitata, ita diu jactata ista res est, ut hodierno die primum causa illa defensa sit, hodierno die primum veritas vocem contra invidiam, his judicibus freta, miserit.<sup>7</sup> Verumtamen<sup>1</sup> multa ista judicia quæ sunt? Ego enim me ad omnia confirmavi,<sup>13</sup> et sic paravi, ut docerem, quæ facta postea judicia de illo judicio<sup>14</sup><sup>u</sup> dicerentur, partim ruinæ similiora<sup>15</sup><sup>x</sup> aut tempestati, quam judicio et disceptationi fuisse; partim nihil contra Avitum<sup>y</sup> valere; partim etiam pro hoc esse;<sup>2</sup> partim esse ejusmodi, ut neque appellata<sup>a</sup> unquam judicia sint, neque existimata. 89. Hic ego, magis ut consuetudinem servem, quam quod vos non<sup>16</sup> vestra hoc sponte faciatis, petam a vobis, ut me, dum de his singulis<sup>17</sup> disputo judiciis, attente audiatis. XXXIII. **Condemnatus est C. Junius,**<sup>b</sup> qui ei quæstioni præfuerat. Adde etiam illud, si placet: tum est condemnatus, cum

<sup>n</sup> *Locuta sit.*



*dragenæ millia.*—12 *T Archimenes.*—13 *C confirmari.* Lamb. conj. *confirmavi.*—14 *Nonnulli omittunt judicio.*—15 *In χ si meliora.*—16 *In C deest negativa particula non.*—17 *C legit de iis sing.*

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *At enim judicia]* Propositio hæc fiebat ab adversariis Cluentii, quod multi iudices condemnati sunt, quasi a Cluentio pecunia corrupti.

<sup>7</sup> *Immo vero]* Cicero hanc propositionem refutandam jam aggreditur.

<sup>8</sup> *Suo nomine]* Nunquam de ista corruptela lata lex est, cum nemo vocatus sit in judicium, quasi corrumperendi iudicii causa, pecuniam accepisset.

<sup>1</sup> *Verumtamen]* Prima pars confirmationis, in qua ostendit nulla facta esse judicia, ut Attius jactabat: id autem aggreditur quadruplici divisione.

<sup>u</sup> *De illo judicio]* De pecunia accepta in judicio Oppianici.

<sup>x</sup> *Ruinæ similiora]* Judicium illud in quo Junius damnatus est propter seditionem, similis ruinæ fuit, quam judicio.

<sup>y</sup> *Nihil contra Avitum]* Non fuit contra Cluentium illud judicium in quo Bulbus, Popillius, et Gutta nummarii iudices condemnati sunt.

<sup>2</sup> *Pro hoc esse]* Staleni et Falculæ judicium favit Cluentio.

<sup>a</sup> *Ut neque appellata]* Loquitur de Junii judicio; de quo infra.

<sup>b</sup> *Condemnatus est C. Junius]* A populo tumultuario, qui hanc sibi causam depoposcit, Junius condemnatus est; ideoque ejus non est habenda ratio.



esset iudex quæstionis. Non modo causæ,<sup>c</sup> sed ne<sup>18</sup> legi quidem<sup>d</sup> quicquam per tribunum plebis<sup>e</sup> laxamenti<sup>f</sup> datum est. Quo tempore illum a quæstione ad nullum aliud rei publicæ munus abduci<sup>19</sup> licebat, eo tempore ad quæstionem ipse abreptus<sup>20</sup> est. At quam quæstionem? Vultus enim vestri,<sup>h</sup> iudices, me invitant, ut, quæ reticenda putaram,<sup>i</sup> libeat jam libere dicere. 90. Quid? illa tandem quæstio, aut disceptatio,<sup>i</sup> aut iudicium fuit? Putabo<sup>2</sup> fuisse.<sup>k</sup> Dicat, qui vult, hodie de illo populo concitato,<sup>l</sup> cui tum mos gestus est:<sup>o</sup> qua de re Junius<sup>3</sup> causam dixerit.<sup>m</sup> Quemcumque rogaris, hoc respondebit, quod pecuniam acceperit, quod innocentem circumvenerit. Est hæc opinio. At, si ita esset;<sup>4</sup> hac lege accusatum esse<sup>n</sup> oportet.

<sup>o</sup> *Obtemperatum est.*

//////////

CAP. XXXIII. 18  $\chi$  non habet *ne*.—19 In  $\chi$  et  $\psi$  adduci.—20 *Arreptus* C H et edd. nonnullæ: *arrectus* S  $\chi$ : *abjectus* T. Mox Franc. 1. 2. et ed. 1471. *Ad quam quæst.* non improb. Græv.  $\psi$  *Ac quam quæst.* In  $\chi$  deest *At*, etiam interrogandi nota post *quæstionem*.—1 C H S  $\psi$  *putarem*.—2 Vict. Lamb. et Weiske *putato*. Brutus reposuit *reputatote*, teste Grutero. Mox,  $\chi$  *Dicat, quid vult*.—3 *Pro Junius* in  $\chi$  *unius*. Mox idem Ms. *Quæcumque rog., respondebit*.—4  $\chi$  *si ita esse*. Dein *accusatum fuisse* C H S  $\chi$   $\psi$ , et oportet C S. Mox

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Non modo causæ*] Cum sibi aliquod temporis spatium illa causa deposceret, nullum datum est, ut ea examinaretur.

<sup>d</sup> *Sed ne legi quidem*] Lex iudicem quæstionis avocari a suo munere vetabat.

<sup>e</sup> *Per tribunal plebis*] Quintius seditiose omnia perturbabat, ut everteret illud iudicium in quo de illa causa agebatur, ut Oppianico faveret.

<sup>f</sup> *Laxamenti*] Dabantur reis ad suam causam defendendam decem dies, ut Plutarch. scribit in Cic.

<sup>g</sup> *Abreptus*] Id est, vi et nimia quadam celeritate adactus in quæstionem est a prætore ipsi infenso, quasi ab ipso Oppianici iudicium pecunia corruptum esset.

<sup>h</sup> *Vultus vestri*] Conciliat sibi ju-

dices, ut sibi fas sit aperire omnia, quæ fortasse reticeret, nisi eorum voluntatem ex vultuum ingenuitate, qui animi sunt indices, conjiceret.

<sup>i</sup> *Disceptatio*] Disceptatio est consideratio earum rerum omnium quæ fieri debet a iudicibus.

<sup>k</sup> *Putabo fuisse*] Verum non fuit illud de Junio iudicium, in quo hæc omnia non observata sunt, quæ in vero et legitimo iudicio observanda sunt: sed hæc adversariis condonat Cicero.

<sup>l</sup> *Populo concitato*] A Quintio tribuno plebis populus contra Junium concitatus est.

<sup>m</sup> *Qua de re Junius causam dixerit*] Non fuit locus Junio se defendendi propter concitatam in se multitudinem.

<sup>n</sup> *Hac lege accusatum esse*] Ea lege

tuit, qua accusatur Avitus. At ipse<sup>o</sup> ea lege quærebat. Paucos dies<sup>p</sup> expectasset Quintius. At neque privatus<sup>q</sup> accusare, nec, sedata jam invidia, volebat.<sup>5</sup> Videtis igitur, non in causa, sed in tempore ac potestate spem omnem accusatoris fuisse. 91. Muletam<sup>6</sup> petivit.<sup>r</sup> Qua lege? quod in legem non jurasset:<sup>s</sup> quæ res nemini unquam fraudi<sup>p</sup> fuit: et quod C. Verres, prætor urbanus, homo sanctus<sup>t</sup> et diligens, subsortitionem<sup>7</sup><sup>u</sup> ejus in eo codice non haberet, qui tum interlitus<sup>8</sup><sup>x</sup> proferebatur. His de causis C. Junius condemnatus est, iudices, levissimis et infirmissimis; quas omnino in iudicium afferri non oportuit: itaque oppressus est, non causa, sed tempore. XXXIV. 92. Hoc vos Cluentio iudicium putatis obesse<sup>9</sup> oportere? Quam ob causam? Si ex lege subsortitus<sup>10</sup> non erat Junius, aut si in legem aliquando non juraverat; idcirco illius damnatione<sup>11</sup> aliquid de Cluentio iudicabatur? Non, inquit; sed ille idcirco his legibus condemnatus est, quod contra aliam legem commiserat.<sup>r</sup> Qui hoc confitentur,<sup>12</sup> possunt illud

<sup>r</sup> *Pænæ.*

<sup>q</sup> *Adulteratus.*

<sup>r</sup> *Peccaverat.*

\*\*\*\*\*

Ms. Bergeri *Ipse ea die quærebat.*—5 C *nolebat.*—6  $\chi$  *Multa.*—7 Idem Ms. *sortitionem.*—8  $\chi$  *inter litus.*

CAP. XXXIV. 9  $\chi$  *abesse.*—10  $\psi$  *sortitus.* Mox, pro aliquando Pantagathus mavult legi *judicando.*—11  $\chi$  *damnationem.* Dein T et  $\chi$  *judicabitur.*—12  $\chi$  *confitentur.* Tum *possunt idem illud jud. Taur.* unus Pariss. Ven. 1483. Græv. Lall. Beck. et Orell. *Ante fuisse def. Nang. Cam. Lamb. addunt non.*

#### NOTÆ

accusari debuit Junius, qua lege Cluentius reus factus est; nempe, lege Cornelia de sicariis et veneficis.

<sup>o</sup> *At ipse*] Dialogismus, in quo quasi respondentis personam sustinet.

<sup>p</sup> *Paucos dies*] Donec Junius destitisset quærere.

<sup>q</sup> *Privatus*] Qui sine magistratu est, dicitur privatus: tunc autem ille tribunatu defunctus erat.

<sup>r</sup> *Muletam petivit*] Petivit ut aliqua pœna mulctaretur: mulcta autem species est pœnæ pecuniariæ quæ imponitur.

<sup>s</sup> *Quod in legem non jurasset*] In legem jurare iudices, quæstor, et iudex quæstionis, non vero prætor debebat.

<sup>t</sup> *Homo sanctus*] Ironia: nam repetundarum reus exulabat.

<sup>u</sup> *Subsortitionem*] Rejectis iudicibus ab accusatore et reo qui eis minus placebant, prætor alios subsortiebatur, ut justus esset iudicum numerus.

<sup>x</sup> *Interlitus*] Vide act. III. in Verr. ubi de hoc iudicio.

iidem iudicium fuisse defendere? Ergo idcirco, inquit,<sup>13</sup> infestus tum prætor<sup>y</sup> Junio fuit, quod illud iudicium corruptum per eum putabatur. [p. 37.] Num igitur hoc tempore<sup>14</sup> causa mutata est? num alia res, alia ratio illius iudicii, alia natura totius negotii nunc est, ac tum fuit?<sup>15</sup> non opinor, ex iis rebus, quæ gestæ sunt, rem ullam potuisse mutari. 93. Quid ergo est causæ, quod nunc<sup>16</sup> nostra defensio audiatur tanto silentio, tunc<sup>z</sup> Junio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tum in causa nihil erat, præter invidiam, errorem, suspicionem, conciones quotidianas, seditiose ac populariter concitatas. Accusabat tribunus<sup>a</sup> plebis idem in concionibus, idem ad subsellia:<sup>17</sup><sup>b</sup> ad iudicium non modo de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. Gradus illi Aurelii<sup>c</sup> tum novi, quasi pro theatro<sup>d</sup> illi iudicio ædificati videbantur;<sup>18</sup> quos ubi accusator concitatis hominibus complerat, non modo dicendi ab<sup>e</sup> reo, sed ne<sup>19</sup> surgendi quidem potestas erat. 94. Nuper apud C. Orchinium,<sup>20</sup><sup>e</sup> collegam meum, locus<sup>f</sup> ab iudicibus Fausto Sullæ<sup>f</sup> de pecuniis residuis<sup>g</sup> non est constitutus; non quo

<sup>y</sup> Pro.

<sup>z</sup> Tempus.

//////////

Vid. Nott. Varr.—13 *Inquit* non est in T. Dein Taur. inf. tum PR. fuit C. Junio:  $\psi$  inf. tribunus plebis Junio fuit.—14 T Num illud hoc temp.—15 Edd. nonnullæ ac tunc fuit. Tum T quæ dictæ, gestæ sunt.—16 In  $\chi$  deest nunc.—17 C omittit ad subsellia.—18 In C pro th. iudicio illo ædif. vid.—19  $\chi$  se ne.—20 Cohorginium C: C. Archivium  $\chi$ : Corinthium  $\psi$ : C. Orchivium duo Mss. teste Græv. Corchium Taur. unde C. Orchium placet Peyronio. Vid. Ind.

#### NOTÆ

<sup>y</sup> Prætor] Verres infestus fuit Junio, quod ab eo corruptum fuisse iudicium existimaret.

<sup>a</sup> Tunc] Cum Junius causam dicebat, erepta ei fuit defendendi se potestas.

<sup>b</sup> Tribunus] Quintus.

<sup>c</sup> Ad subsellia] Erant in foro subsellia, ubi sedebant iudices.

<sup>d</sup> Gradus illi Aurelii] In foro Aurelio acta fuit causa Junii, ubi erant illi gradus Aurelii, qui ita ab Aurelio quodam dicti sunt, quo sæpe e fæce populi multi conveniebant ho-

mines inertes, ad vim faciendam semper parati.

<sup>e</sup> Pro theatro] Tanta populi multitudo ad illud iudicium Junii convenit, ut illi gradus theatro similes viderentur.

<sup>f</sup> Orchinium] Collega in prætura Ciceronis fuit Orchinius.

<sup>g</sup> Fausto Sullæ] Fanstus Sulla, filius L. Sullæ, Athenis Ciceronis condiscipulus fuit: noluerunt autem iudices, ut in iudicium de pecuniis residuis vocaretur.

<sup>h</sup> Pecuniis residuis] Pecuniæ resi-

illi<sup>a</sup> aut exlegem esse<sup>b</sup> Sullam, aut causam pecuniæ publicæ contemtam atque abjectam putarent; sed quod, accusante tribuno plebis, conditione æqua<sup>i</sup> disceptari<sup>u</sup> posse<sup>2</sup> non putarent. Quid? conferam Sullanne cum Junio? an hunc tribunum plebis<sup>k</sup> cum Quintio? an vero tempus cum tempore? Sulla<sup>3</sup> maximis opibus,<sup>l</sup> cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis;<sup>m</sup> hæc autem apud Junium parva, et infirma, et ipsius labore quæsita atque collecta. Hic tribunus plebis, modestus, pudens,<sup>4</sup> non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius;<sup>5</sup> ille autem acerbus, criminosus,<sup>z</sup> popularis homo ac turbulentus. Tempus hoc tranquillum ac pacatum:<sup>6</sup> illud omnibus invidiæ tempestatibus<sup>7</sup> concitatum. Quæ cum ita essent, in Fausto tamen<sup>8</sup> illi iudices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, cum adversario ejus ad jus accusationis summa

<sup>a</sup> Litigari.<sup>z</sup> Contentiosus.

Hist. in C. Orcininus. Tum  $\chi$  collegam, omisso neum.—1 Taur. Lamb. et Orell. non quod illi, &c. Priscian. l. vi. p. 725. habet, non quod illi aut exl. esse Sull. arbitrarentur (ed. Putsch. arbitrentur, Krehl. arbitrantur); unde Schutz. pro putarent dedit arbitrarentur. Pro exlegem in CS extra legem; in  $\psi$  ex lege.—2 Pro posse S exhibet posse p. †; et CH  $\psi$  posse populum R. In  $\chi$  deest posse. Dein putarent e conj. edidit Ern. quem Beck. sequitur. Schutz. dedit putabant. Ceteri putaverunt. Porro  $\psi$  Quod? conf. Sullum ut cum Jun. Manut. maluit locum sic distingui, Quid conferam? Sullam ne cum Junio, an hunc trib. plebis cum Quintio, an . . . tempore?—3  $\psi$  Sullum.—4  $\chi$   $\psi$ , Franc. 1. edd. pr. pleræque, Vict. Lamb. Grut. prudens. Tum in  $\psi$  legitur, non modo seditiosus.—5  $\chi$  adversariis. Dein pro acerbus in  $\chi$  acervus; in  $\psi$  acerbus, seditiosus; in Franc. 1. et ed. pr. acerrimus.—6 CS, Taur. Ven. 1483. Lamb. tranq. atque pac.—7  $\chi$  temporibus.—8 Pro Fausto tamen in T fasto tum. T, Franc. 1. 2. Dresd. Ms. Vict. sex Pall. ed. 1471. Steph. Græv. omittunt

## NOTE

duæ dictæ sunt illæ, quæ ex publica administratione in privatum usum conversæ sunt. C. Julius legem tulit, qua peculatum, sacrilegium, et residuas pecunias complexus est. Vide Sigonium de Jud. 11. 39.

<sup>b</sup> Exlegem esse] Exlex dicitur, qui, nulla lege constituta, vocatus est in iudicium.

<sup>i</sup> Conditione æqua] Tribunus plebis summa erat potestate præditus; non

autem alter, qui privatus tantum erat.

<sup>k</sup> Hunc tribunum plebis] Tribunum ait, qui Faustum de pecuniis residuis in iudicium vocavit.

<sup>l</sup> Sulla maximis opibus] Plinius lib. xxxiii. refert patrem Sullæ fuisse omnium Romanorum ditissimum.

<sup>m</sup> Clientibus plurimis] Hos pater clientes reliquerat.

vis potestatis <sup>9</sup> accederet. XXXV. 95. Quam quidem rationem <sup>10</sup> vos, iudices, diligenter, pro vestra sapientia et humanitate, cogitare et penitus perspicere debetis, quid mali, quantum periculi unicuique nostrum inferre possit vis tribunicia, conflata præsertim invidia et concionibus seditiose concitatis. Optimis hercle <sup>11</sup> temporibus, tum, cum homines se non <sup>12</sup> jactatione <sup>9</sup> populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur, tamen nec P. Popillius, <sup>13</sup> nec Q. Metellus, <sup>p</sup> clarissimi atque amplissimi viri, vim tribuniciam sustinere potuerunt: nedum <sup>14</sup> his temporibus, his moribus, his magistratibus, sine vestra sapientia, ac sine iudiciorum remediis, <sup>15</sup> salvi esse possimus. 96. Non fuit igitur illud iudicium <sup>16</sup> iudicii simile, iudices, non fuit; in quo non modus est habitus, <sup>17</sup> non mos consuetudoque servata, <sup>r</sup> non causa defensa. Vis illa fuit, et, ut sæpe <sup>18</sup> jam dixi, ruina quædam atque tempestas, et quidvis potius, quam iudicium, aut disceptatio, aut quæstio. Quodsi quis est, qui illud iudicium fuisse arbitretur, <sup>19</sup> et qui his rebus

<sup>9</sup> Concitatione.



verba illi iudices, quæ Orell. uncis includit.—9  $\psi$  potestas.

CAP. XXXV. 10 Ed. 1471. Ven. 1480. 1483. *Ad quam quidem rat. prob.* Ern. Mox, pro sapientia  $\chi$  habet diligentia.—11 Al. hercule. In Franc. 1. deest tum, non improb. Græv.—12 Ante jactatione C addit cum.—13 Caius Pompilius  $\psi$ : C. Popillius  $\chi$  et edd. ante Græv.—14  $\chi$  nedum. Mox C iis moribus.—15 Crat. Grut. Græv. ac jud. rem. sine præpositione. Tum in  $\psi$  possumus.—16 Post iudicium distinguunt Græv. et Schutz. In Franc. 1. ita distinguitur, Non fuit igitur illud jud., non iudicii simile, iudices, fuit.—17 C T, Hervag. Cam. Manut. Lamb. Grut. Oliv. adhibitus.—18 Græv. solus ut et

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Summa vis potestatis] Tribunitia potestas maxima fuit propter populi voluntatem, quæ fere semper tribunis favebat.

<sup>o</sup> Nec P. Popillius] Popillum Græchus tribunus plebis expulit, quod ille prætor amicos Tiberii Græchi in exilium eiecerat. Vide Plut. in vita Græchi.

<sup>p</sup> Q. Metellus] Metellus Numidicus nunquam adduci potuit, ut in

eam legem juraret, quam Agrariam Saturninus trib. pleb. tulerat: quare Rhodum in exilium profectus est. Lege Livium hb. LXIX.

<sup>q</sup> Illud iudicium] De iudicio, quo Junius damnatus est, loquitur.

<sup>r</sup> Non mos consuetudoque servata] Ideo consuetudo servata non fuit, quia tempus datum non est, et quæsitore arreptus est, quem abduci ad aliud reipub. munus non oportebat.

judicatis standum putet; is tamen hanc causam<sup>3</sup> ab illa debet sejungere: ab illo enim, sive quod in legem non jurasset,<sup>20</sup> sive quod ex lege sub sortitus judicem non esset, mulcta petita esse dicitur. Cluentii autem ratio<sup>1</sup> cum illis legibus, quibus a Junio mulcta petita est, nulla potest ex parte esse conjuncta. 97. At etiam<sup>2</sup> Bulbus est condemnatus. Adde, majestatis: <sup>4</sup> ut intelligas, hoc iudicium cum illo<sup>u</sup> non esse conjunctum. At est hoc<sup>3</sup> illi crimen<sup>x</sup> obiectum. Fateor: sed etiam legionem esse ab eo sollicitatam<sup>y</sup> in Illyrico,<sup>z</sup> C. Cosconii<sup>a</sup> literis et multorum testimoniis planum factum est: quod crimen<sup>4</sup> erat proprium illius quæstionis, et quæ res lege majestatis tenebatur.<sup>b</sup> At hoc obfuit ei maxime. Jam ista divinatio est: qua si uti licet; vide, ne mea conjectura multo sit verior. [p. 38.] Ego enim sic arbitror, Bulbum, quod homo nequam, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in iudicium sit adductus, idcirco facilius esse damnatum.<sup>5c</sup> Tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est, eligis, ut id esse secutos iudices dicas. XXXVI. 98. Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet, quam illa, quæ commemorata sunt ab accusatore, duo iudicia, P.

//////////

sæpe.—19 C H S T arbitretur.—20 H S  $\chi$  non jusserrat.—1 Steph. Cluentii tamen ratio. Mox in  $\chi$  deest quibus.—2  $\psi$  Ac etiam.—3 C H S  $\psi$  At etiam hoc.—4  $\psi$  factum est ut quod crimen.—5 Naug. Cam. condemnatum.

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Hanc causam*] Causa Junii ab hac Cluentii separari debuit.

<sup>1</sup> *Adde, majestatis*] Crimen majestatis erat omnium gravissimum, et illud est, quod adversus pop. Rom. amplitudinem ac civitatis dignitatem committitur.

<sup>u</sup> *Cum illo*] Iudicium Bulbi non fuit conjunctum cum crimine, quo Cluentius accusatus est.

<sup>x</sup> *Hoc crimen*] Corrupti iudicii crimen Cluentio obiectum est.

<sup>y</sup> *Sollicitatam*] Ad defectionem sollicitaverat legionem Bulbus, quare gravissimum erat illius crimen.

<sup>z</sup> *In Illyrico*] Illyricum, Illyris, et Illyria regio est in ora Maris Adriatici, Italiæ opposita. Vulgo hodie *Scavonia*.

<sup>a</sup> *Cosconii*] Cosconius Calidianus orator fuit nullo acumine. De hoc loquitur in Claris Oratoribus.

<sup>b</sup> *Lege tenebatur*] Lege tenentur ii, qui contra legem peccaverunt.

<sup>c</sup> *Facilius esse damnatum*] Non propter hæc quidem crimina damnatus est, de iis enim non agebatur: tamen his additi sunt alii iudices, ut eum facilius majestatis condemnarent.

Popillii<sup>d</sup> et T. Guttæ;<sup>6</sup> qui causam de ambitu<sup>e</sup> dixerunt; qui accusati sunt ab iis, qui erant ipsi ambitus condemnati: quos ego non idcirco esse arbitror in integrum restitutos, quod planum fecerint, illos ob rem judicandam pecuniam accepisse; sed quod iudicibus probarint, quod<sup>7</sup> in eodem genere, in quo ipsi offendissent,<sup>8</sup> alios reprehendissent, se ad præmia legis<sup>f</sup> venire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio<sup>9</sup> ambitus nulla ex parte cum causa Cluentii vestroque iudicio conjuncta esse possit. 99. Quid, quod<sup>g</sup> Stalenus<sup>10</sup> est condemnatus? Non dico hoc tempore, iudices, id quod nescio an dici oporteat, illum majestatis esse damnatum: non recito testimonia hominum honestissimorum, quæ in Stalenum sunt dicta ab iis, qui M. Æmilio,<sup>11</sup><sup>h</sup> clarissimo viro, legati, et præfecti,<sup>12</sup> et tribuni militares fuerunt; quorum testimoniis planum factum est, maxime ejus opera, cum quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflata.<sup>13</sup> Ne illa quidem testimonia recito, quæ dicta sunt, de H-S IOC;<sup>13</sup> quæ ille

<sup>z</sup> Factam.

CAP. XXXVI. 6 T et Lamb. L. Guttæ. <sup>4</sup> Garaton. ei mavult Tiberii nomen dari, quia ap. Quintil. v. 10. Tiberium explanate in omnibus Mss. etiam Barber. legitur, et tantum duæ ejus edd. Titum, duæ aliæ T. habent. Beck. Schutz. edidit Ti: Guttæ.—7 Ursini Ms. quom: C H χ ψ, Ven. 1483. Junt. quum.—8 C H χ ψ ipsi defendissent. Tum H alios deprehendissent, ut volebat Garaton. Porro in C et T sed ad præm.—9 ψ dominatio.—10 ψ Quod cur Stal.—11 Manut. Schutz. et Orell. Mam. Æmilio; et sic Pighius ad a. 677. Vid. Nott. Varr.—12 χ profecti.—13 Pro H-S IOC in C nummum DCXL. χ ffxxxvcl: ψ sexcenta quadraginta millia. Lamb. addit millibus.—

#### NOTE

<sup>d</sup> Popillii] Non is est Popillius qui a Graccho ejectus est, sed qui iudex fuit in causa Oppianici.

<sup>e</sup> De ambitu] Ambitus crimen illud appellatum est, quo quis se in ambiendo magistratu obstringit. Ambire vero erat petere, verum studiosius impensiusque quam mores legesque civitatis ferrent.

<sup>f</sup> Ad præmia legis] Legem Aciliam seu Calpurniam intelligit, A. U. C. 697. a M' Acilio Glabrione et Calp. Pisone coss. lata, quæ et pœnas

damnatis constituebat, et præmia accusatoribus proponebat. Vid. Dionem.

<sup>g</sup> Quid, quod] Affert præjudicium, quod favere Cluentio Cicero contendit de damnato Staleno et Falcula.

<sup>h</sup> M. Æmilio] Æmilium consul fuit cum Catulo A. U. C. 675. Putant aliqui Mam. Æmilium Lepidum legendum esse, qui cum D. Bruto consul fuit. Neque enim ita laudaret M. Æmilium, qui a collega Catulo dissidens bellum patriæ intulit.

cum accepisset nomine iudicii Safiniani,<sup>14</sup> sicut in Oppianici iudicio postea, retinuit atque suppressit. 100. Omitto et hæc, et alia permulta, quæ illo iudicio in Stalenum dicta sunt: hoc dico, eandem tum<sup>15</sup> fuisse P. et L.<sup>16</sup> Cominiis,<sup>i</sup> equitibus Romanis, honestissimis hominibus, et disertis, controversiam cum Staleno, quem accusabant, quæ nunc mihi est cum Attio. Cominii dicebant idem,<sup>17</sup> quod ego dico: Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, ut iudicium corrumpere: Stalenus conciliandæ gratiæ<sup>k</sup> causa se accepisse dicebat. 101. Irridebatur hæc illius reconciliatio,<sup>18</sup> et persona viri boni<sup>19</sup> suscepta, sicut in staturis inauratis, quas posuit ad Juturnæ;<sup>1</sup> quibus<sup>20</sup> subscripsit, ‘Reges ab se in gratiam esse reductos.’ Exagitabantur<sup>m</sup> omnes ejus fraudes atque fallaciæ: tota vita in ejusmodi<sup>n</sup> ratione versata aperiebatur: egestas domestica, quæstus forensis in medium<sup>o</sup> proferebatur: nummarius interpretis<sup>n</sup> pacis et concordiæ non probabatur.<sup>o</sup> Itaque tum Stalenus, cum idem defenderet, quod Attius, condemnatus est. 102. Cominii cum hoc agerent, quod nos in tota causa egimus,<sup>2</sup>

<sup>a</sup> Tali modo.



14  $\chi$  jud. Safiani; et mox sustinuit atque suppr. Omitto hæc.—15 Idem Ms. non habet tum.—16 ‘Qui hic Lucius, Asconio in argum. Cornelianæ est Caius.’ Orell. Mox Lamb. honestis hom.—17 Steph. id.—18  $\chi$  recordatio:  $\psi$  conciliatio.—19  $\psi$  bona.—20 Pro ad Juturnæ: quibus, in C H S  $\chi$  legitur ad diuturna e quibus; T ad diuturna equitibus;  $\psi$  a diuturna e quibus.—1 Sex Oxonn. Mss. in medio.—2 ‘In tota causa egimus’ Hæc usque ad verba, c. 38.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> P. et L. Cominiis] P. Cominius Spoletinus eques Rom. fuit, et Ciceronis amicus; quem in Claris Oratoribus ipse laudat.

<sup>k</sup> Conciliandæ gratiæ] Stalenus dicebat se accepisse pecuniam, ut Oppianicum et Cluentium inter se conciliaret.

<sup>1</sup> Ad Juturnæ] Id est, ad ædem Juturnæ, quæ in Campo Martio sita fuit. Juturna autem illa Turni soror fuit, et nympha quæ stagnis et fluminibus præsidet. Vid. Virg. Æn. XII. Ad hanc autem ædem Stalenus sibi statuum posuerat.

<sup>m</sup> Exagitabantur] Fraudes Staleni latentes proferebantur in medium.

<sup>n</sup> Interpres] Interpres hic, seu sequester illius pecuniæ dicitur apud quem pecunia deponitur, de qua est controversia; non autem ad corrumpendum iudicium, sed ad gratiam conciliandam, sibi ab Oppianico datam esse hanc pecuniam Stalenus dicebat.

<sup>o</sup> Non probabatur] Non dicenti Staleno credebatur, cum se ad reconciliatorem illam faciendam accepisse diceret.



probaverunt. Quamobrem si Staleni damnatione,<sup>3</sup> Oppianicum iudicium corrumpere voluisse, Oppianicum iudici ad emendas sententias dedisse pecuniam, iudicatum est; cum ita constitutum sit, uti in illa culpa<sup>4</sup> aut Cluentius sit, aut Oppianicus; Cluentii nummus nullus iudici<sup>5</sup> datus ullo vestigio reperitur; Oppianici pecunia post iudicium factum<sup>p</sup> a iudice ablata est;<sup>6</sup> potest esse dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non sit contra Cluentium, sed maxime nostram causam defensionemque confirmet? XXXVII. 103. Ergo adhuc<sup>7 q</sup> Junii iudicium video esse ejusmodi, ut incursionem<sup>b</sup> potius seditionis, vim multitudinis, impetum tribunicium, quam iudicium appellandum putem. Quodsi quis<sup>8</sup> illud iudicium appellet, tamen hoc confiteatur necesse est, nullo modo illam mulctam, quæ a Junio petita sit, cum Cluentii causa posse conjungi. Illud igitur Junianum per vim factum est: Bulbi, et Popillii, et Guttæ, contra Cluentium non est: Staleni, etiam pro Cluentio est.<sup>9</sup> Videamus eequod aliud iudicium, quod pro Cluentio sit, proferre possimus.

<sup>b</sup> Invasionem.



*L. Caudius Mergus* desiderantur in Dresd. in Franc. 2. et in edd. 1471. 1472. Gruter. inferius observat, ea etiam in omnibus Pall. desiderari; nude Græv. colligit, hos omnes codd. ex uno manasse, in quo folium exciderit. Ex Oxonn. nihil adnotatum; vidi tamen, ex uno, T, nullam varietatem ad eum usque locum esse adlatam, cum ex reliquis afferatur. Beck.—3  $\psi$  *dominatione*.—4 C H S  $\psi$  *in nulla culpa*.—5  $\chi$  *iudicii*. Dein reperietur H, Taur. et Orell. reperietur, ut Sylvius volebat, dederunt Lamb. et Schutz. qui e conj. Grævii edidit *Cluentii nummos ulli datos iudici nullo vest. reperietur*. In Franc. 1. *Cluentii nummos illi datos esse nullo vest. reperitur*.—6 *Oblata est* C  $\chi$ : *ablata sit* e conj. Sylvii dederunt Lamb. et Schutz.

CAP. XXXVII. 7  $\chi$  *Ergo adhuc*: C  $\psi$  *Ergo ad hoc*: H S  $\chi$  *Ergo ad hæc*.—8  $\chi$  *Quod si quid*.—9 *Est*, post *Cluentio*, omittunt C H S  $\chi$  et edd. ante Lamb. Tum C *Vid. etiam quod*:  $\chi$  *Vid. et quod*. Paulo post,  $\psi$  *habet possumus*. In Franc. 1. legitur, *pro Cluentio videmus. Et quid aliud jud., . . . prof. possumus*,

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Post iudicium factum*] Loquitur de iudicio quo damnatus est Oppianicus; quo damnato, pecunia, quam promiserat, a iudice Staleno ablata est.

<sup>q</sup> *Ergo adhuc*] Conclusio, per quam repetit ea præjudicia partim non esse contra Cluentium, partim pro eo esse.

[p. 39.] Dixitne tandem causam C. Fidiculanus<sup>10</sup> Falcula,<sup>r</sup> qui Oppianicum condemnarat, cum præsertim, id quod fuit in illo iudicio invidiosissimum,<sup>11</sup> paucos dies<sup>s</sup> ex subsortitione sedisset?<sup>c</sup> dixit, et bis quidem dixit.<sup>12</sup> In summam enim L. Quintius invidiam concionibus eum<sup>13</sup> quotidianis, seditiosis et turbulentis, adduxerat. Uno iudicio<sup>t</sup> mulcta est ab eo petita, sicut ab Junio, quod non suæ decuriæ<sup>u</sup> munere, neque ex lege sedisset: paulo sedatiore tempore est accusatus, quam Junius, sed eadem fere lege et crimine. Quia nulla in iudicio seditio, neque vis,<sup>14</sup> neque turba versata est, prima actione facillime est absolutus. Non numero hanc absolutionem: nihilominus enim potest, ut illam mulctam non commiserit,<sup>x</sup> accepisse tamen<sup>15</sup>\* ob rem iudicandam, quam Stalenus, qui causam nusquam eadem lege dixit: proprium crimen illud quæstionis ejus non

<sup>c</sup> *Judicasset.*



non improb. Græv. qui pro *et quid legi jussit et quod.*—10 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. cum Grut. Græv. Oliv. *Fidiculanus.*—11  $\psi$  *invidiosissimos.* Dein *post paucos dies* edd. pleræque ante Grut.—12  $\chi$  *et bis dixit:* H S *et bis quem enim dixit.*—13  $\psi$  *eam.*—14 *Pro neque vis,* quæ Maunt. omittit, in  $\psi$  legitur *neque jus.*—15 C H S  $\chi$   $\psi$ , Franc. 1. Ven. 1480. 1483. Mediol. *accep. tandem.* Tum Naug. Cam. Grut. Græv. Oliv. Lall. *ob rem jud. pecuniam, quam captam nusquam Stal. eadem lege dixit;* et sic Orell. qui cum C H S  $\chi$   $\psi$  omittit verba *pecuniam quam.* Pro *captam nusquam* C S  $\chi$  habent *Captam quam;* H *captamque;* et  $\psi$  *Capta nusquam.* In Ms. Viet. scribitur *ob rem jud. captamus quam Stalenus, &c.* In Franc. 1. *ob rem jud. captamus, quam Stal. eadem lege dixit:* Mediol. *accep. tandem ob rem jud.; captam nusquam Stal. eadem lege dixit:* Lamb. 1566. e conj. *dedit, ob rem jud. pecuniam, quam Stal., qui causam nusquam eadem lege dixit;* sic etiam Ern. et Beck. nisi quod omittant *pecuniam.* Schutz. vero, quasi Lambinum serutus, *pecuniam ob rem jud., quam Stal., qui causam nusquam eadem lege dixit:* Weiske quoque, quasi a Lambino, *ob rem jud., qui causam nusquam, quam Stal., eadem lege dixit.* Gulielm. legi voluit, *ob rem jud., capta; nusquam. Stalenus eadem lege dixit:* Sylvius maluit, *ob rem jud. pecuniam accusatus est.* Orell. conj. *ob rem jud., quam Stalenus.*

#### NOTE

<sup>r</sup> *Fidiculanus Falcula*] Asconius Falculam ait ad complendam Oppianici condemnationem fuisse suppositum.

<sup>s</sup> *Paucos dies*] Post paucos dies a subsortitione facta.

<sup>t</sup> *Uno iudicio*] Priori scilicet causa.

<sup>u</sup> *Suæ decuriæ*] Condemnatus est

Falcula, quod non iudicavisset secundum sui ordinis iudices, et legem datam. Nota autem quod sicut populus in centurias, sic senatus in decurias divisus erat.

<sup>x</sup> *Illam mulctam non commiserit*] Id est, culpam ob quam mulctabatur.

fuit.<sup>7</sup> 104. Fidiculanus quid fecisse<sup>16</sup> dicebatur? accepisse a Cluentio H-S cccc.<sup>2</sup> Cujus erat ordinis? Senatorii.<sup>a</sup> Qua<sup>17</sup> lege<sup>b</sup> in eo genere a senatore ratio repeti solet, de pecuniis repetundis, ea<sup>18</sup> lege accusatus, honestissime est absolutus. Acta est enim<sup>19</sup> causa more majorum, sine vi, sine metu, sine periculo: dicta, et<sup>20</sup> exposita, et demonstrata sunt omnia. Addocti<sup>1</sup> iudices sunt,<sup>c</sup> non modo potuisse<sup>2</sup> honeste ab eo reum condemnari, qui non perpetuo sedisset; sed, si aliud<sup>3</sup> is iudex nihil scisset, nisi quæ præjudicia<sup>d</sup> de eo facta esse constarent,<sup>4</sup> audire præterea nihil debuisset. XXXVIII. 105. Tum etiam illi quinque, qui imperitorum hominum<sup>5</sup> rumusculos aucupati,<sup>d</sup> tum illum absolverunt, jam suam clementiam<sup>e</sup> laudari magnopere nolebant:<sup>6</sup> a quibus si qui quæreret, sedissentne iudices in C. Fabricium, sedisse se dicerent: si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus, præterquam veneni ejus, quod quæsitum Avito<sup>e</sup> diceretur, negarent: si deinde essent rogati, quid iudicassent, condemnasse se dicerent:

<sup>d</sup> Captantes gloriam.<sup>e</sup> Paratum Cluentio.

//////////

*Causam Staienus eadem lege dixit. Vid. Nott. Varr.—16 C H S χ ψ fecisset. In iisdem quinque Mss. desunt verba accep. a Cluentio H-S CCCC. Lamb. 1566. H-S XLClO, prob. Garaton.—17 χ Quam.—18 Pro ea C habet esse.—19 Enim non est in H.—20 χ sine motu.—20 Copulam ante expositu omittunt χ, Franc. 1. et Græv.—1 At docti H S: Ac docti ψ: Addocti C, ed. 1472. Ven. 1483. Med. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orcll. Adducti ceteri.—2 ψ potius se.—3 C H χ sed aliud, omisso si. Dein C scisse.—4 Lamb. constaret.*

CAP. XXXVIII. 5 Qui hi peritorum hom. C: qui ii peritorum hom. χ: qu;

## NOTE

<sup>7</sup> Quæstionis ejus non fuit] Non agebatur de pecunia, sed de majestate; de qua quæstio contra Stalenum constituta est, ut supra jam dictum est § 99.

<sup>2</sup> H-S CCCC] Quadraginta librarum millia.

<sup>a</sup> Senatorii] Senatores tum soli iudicabant.

<sup>b</sup> Qua lege] Lege Cincia vetabatur ne quis pro re iudicanda vel oranda pecuniam vel munus sumeret.

<sup>c</sup> Addocti [Adducti] iudices sunt] Iudices adducti sunt, ut crederent potuisse Oppianicum condemnare, etiamsi Falcula totam accusationem et defensionem non audisset, quod ei tanquam probrum objiciebatur.

<sup>d</sup> Quæ præjudicia] Præjudicia, quæ et in Scamandrum et Fabricium facta sunt, intelligit.

<sup>e</sup> Suam clementiam] In Oppianico absolvendo.

nemo enim absolvit.<sup>7</sup> Eodem modo quæsitum si esset de Scamandro, certe idem respondissent: tametsi ille una sententia <sup>f</sup> est absolutus; sed illam unam nemo tum istorum suam dici vellet. 106. Uter igitur <sup>8</sup> facilius suæ sententiæ rationem reddet; isue, qui se et sibi, et rei judicatæ <sup>8</sup> constituisse dicit;<sup>9</sup> an ille, qui se in principem maleficii, lenem; in adjuutores <sup>10</sup> ejus, et conscios, vehementissimum esse respondet? <sup>11</sup> Quorum ego de sententia non debeo disputare: neque enim dubito, quin ii tales viri, suspicione aliqua percussi <sup>12</sup> repentina, de statu suo <sup>f</sup> declinarint.<sup>13</sup> Quare eorum, qui absolverunt, misericordiam non reprehendo: eorum, qui in judicando superiora judicia secuti sunt sua sponte,<sup>8</sup> non Staleni fraude,<sup>14</sup> constantiam comprobo: eorum vero, qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudo; qui absolvere eum, quem nocentissimum cognorant, et quem ipsi bis jam antea <sup>15</sup> condemnarant, nullo modo poterant; condemnare, cum tanta <sup>16</sup> consilii <sup>h</sup> infamia et tam atrocis <sup>b</sup> rei suspicio esset injecta, paulo posterius patefacta re,<sup>i</sup> maluerunt. 107. Ac ne ex facto solum sapientes illos judicetis,<sup>k</sup> sed etiam ex nominibus <sup>17</sup> ipsis,

<sup>f</sup> *Dē constantia animi.*

<sup>8</sup> *Æquo animo.*

<sup>h</sup> *Judicium.*

//////////

peritorum hom. ψ.—6 ψ volebant. Mox C si quis, et χ quærent.—7 In C deest absolvit.—8 χ Utinam igitur. Mox, reddere C H S χ: reddere potest Franc. 1. non improb. Ern. qui e conj. dedit reddet; et sic Beck. Omnes aliæ edd. redderet. Pro is ne qui se in C S χ iis nequisse; H et nonn. edd. vett. his nequisse.—9 Lamb. diceret.—10 C H χ adjutorem.—11 Responderet Lamb. respondit Mss. plerique et edd. ante Græv. qui e Franc. 1. recepit respondet; et sic Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell.—12 Edd. ante Ern. præter Lamb. cum Græv. Oliv. Lall. percussi. Dein Franc. 1. repente.—13 Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Ern. declinarent.—14 ψ fraudem.—15 χ et quem bis is antea.—16 C nullo modo poterant absolvere, cum tanta, &c. In χ deest condemnare. Dein in χ legitur et tanta atrocis rei.—17 Nang. Grnt. Ern. Beck. Weiske,

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Una sententia]* Absolutus est Oppianicus Staleni sententia.

<sup>8</sup> *Rei judicatæ]* Id est, præjudicii de Scamandro et Fabricio factis.

<sup>b</sup> *Tam atrocis]* Quia vir innocens condemnabatur, ideo res atrox censabatur.

<sup>i</sup> *Patefacta re]* An Oppianicus aut Cluentius pro corrumpendis judiciibus pecuniam dedisset.

<sup>k</sup> *Sapientes illos judicetis]* Aut qui rem ampliandam esse voluerunt, aut qui damnaverunt.

quod ii fecerint,<sup>18</sup> rectissime ac sapientissime factum probetis; quis P.<sup>19</sup> Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior, fide, religione, officio diligentior, aut sanctior commemorari potest? Non absolvit.<sup>20</sup> Quis Q. Considio constantior? quis judiciorum, atque ejus dignitatis, quæ in judiciis publicis versari debet,<sup>1</sup> peritior? quis virtute, consilio, auctoritate præstantior? Ne is quidem absolvit. Longum est de singulorum virtute ita dicere: quæ, quia cognita sunt<sup>2</sup> ab omnibus, verborum ornamenta<sup>4</sup> non quærunt. [p. 40.] Qualis vir M. Juventius Peditus<sup>3</sup> fuit ex veteri illa judicum disciplina? qualis L. Caecilius Mergus?<sup>4</sup> M. Basilus? C. Caudinus? qui omnes in judiciis publicis,<sup>5</sup> jam tum florente republica,<sup>1</sup> floruerunt. Ex eodem numero L. Cassius, Cn. Heius,<sup>6</sup> pari et integritate et prudentia; quorum nullius sententia est Oppianicus absolutus. Atque ex his omnibus, natu minimus,<sup>7<sup>m</sup></sup> ingenio, et diligentia, et religione par iis quos antea commemoravi, P. Satorius,<sup>8</sup> in eadem sententia fuit. 108. O innocentiam<sup>n</sup> Oppianici singularem! quo in reo, qui absolvit, ambitiosus; qui distulit, cautus; qui condemnavit, constans existimatur.

XXXIX. Hæc tum agitante<sup>o</sup> Quintio,<sup>9</sup> neque in concio-

<sup>1</sup> Laudes.



Schutz. et Orell. *nominibus*. Ceteri *hominibus*.—18  $\psi$  *fecerunt*.—19 Ex II. Verr. 12. Ern. in Ind. Histor., assentiente Garaton., Lucii prænomen h. l. reponi vult.—20 Franc. 1. *Num absolvit*. Tum C et  $\chi$  *Quisque consilio const.*—1 H S  $\chi$  *debent*.—2  $\chi$  *cogn. sint*.—3  $\psi$  *Pedito*. Dein Lamb. conj. legend. *judiciorum disciplina*, ut § 76. In  $\psi$  *judicium disciplina*.—4 Pro *Caecilius* H habet *Caecilius*, et pro *Mergus*  $\psi$  *Nervus*. Tum C *Qualis vir M. Basilus*; H S  $\chi$   $\psi$  *M. Basilus*.—5  $\psi$  *in consiliis publ.* Dein C *jam tam flor.*—6 *Cn. Heius* edd. vet. paucæ: *Cn. Nævius* Junt. Lamb. Dein  $\chi$  *pari integr.*—7  $\chi$  *minimis*. Verba *et diligentia* in C H S  $\chi$  desunt. In  $\psi$  tantum vocab. *diligentia* omititur.—8 *Satorius*  $\chi$ : *Staturius*  $\psi$ : *Satadius* Pal. 1. *Statarius* Pal. 4. *Saturius* Ms. Vict. et reliqui Pall. *Satureius* Lamb.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Florente repub.*] Mortuo Sulla, floruit, vivo opprimebatur reipub. libertas.

<sup>m</sup> *Natu minimus*] Debeat agere annum ætatis 35. neque enim fas fuit ante hanc ætatem Romanis judicare.

Appellat autem ‘natu minimum,’ quod alii ceteri huic ætate præstarent.

<sup>n</sup> *O innocentiam*] Itouia est cum distributione.

<sup>o</sup> *Agitante*] Quintius populum con-

ne, neque in iudicio demonstrata sunt. Neque enim ipse dici patiebatur, nec per multitudinem concitatam consistere cuiquam in dicendo licebat. Itaque ipse, postquam Junium pervertit, causam totam<sup>10</sup> reliquit: paucis enim diebus illis et ipse privatus est factus,<sup>p</sup> et hominum studia<sup>q</sup> deferbuisse intelligebat.<sup>11</sup> Quodsi, per quos dies Junium accusavit, Fidiculanium accusare voluisset, respondendi Fidiculanio potestas facta<sup>12</sup> non esset. Ac primo<sup>13</sup> quidem, omnibus illis iudiciis, qui Oppianicum condemnarant,<sup>14</sup> minabatur. 109. Jam insolentiam<sup>15</sup> noratis hominis: noratis animos ejus ac spiritus tribunicios. Quod erat odium! Dii immortales! quæ superbia! quanta ignorantio<sup>16</sup> sui! quam gravis atque intolerabilis arrogantia! qui illud etiam ipsum<sup>17</sup> acerbe tulerit, (ex quo illa nata sunt omnia<sup>r</sup>) non sibi ac defensionis suæ<sup>s</sup> condonatum esse<sup>18</sup> Oppianicum: proinde quasi non satis signi<sup>k</sup> esse debuerit, ab omnibus eum fuisse desertum,<sup>19</sup> qui se ad patronum illum contulisset. Erat enim Romæ summa copia patronorum, hominum eloquentissimorum atque amplissimorum, quorum certe aliquis defendisset equitem Romanum,<sup>t</sup> in municipio<sup>u</sup> suo nobilem, si honeste putasset ejus-

<sup>k</sup> *Probationis.*

//////////

CAP. XXXIX. 9  $\psi$  agente Quintio.—10 Lamb. *totam causam.*—11 *Deseruisse intell.* C H S T; *deseruisse intelligebant*  $\psi$ : *deseruisse deferbuisse intelligebat*  $\chi$ . Tum C *Quid si.*—12 In C et  $\chi$  *deest facta.*—13  $\chi$  *At primo.*—14 C H S  $\psi$  *condemnarunt*: T *condempnaverunt.*—15 Schutz. e conj. Gærenzii *Nam insol.*—16 T *ignorantia.* Mox idem Ms. *arrogantia sui.*—17  $\chi$  et Schutz. *omittunt ipsum.*—18 In C et  $\psi$  *at def. suæ*; et sex Oxonn. Ms. *condemnatum esse.*—19  $\chi$  *ab omn. ipsum fuisse des.* Idem Ms. *non agnoscit illum ante contulisset.*

#### NOTE

citabat: quare hæc in iudicio, quod contra Junium factum est, non poterunt demonstrari.

<sup>p</sup> *Privatus est factus*] Quintius tribunus plebis esse desiit: qui enim erant sine munere publico, privati dicebantur.

<sup>q</sup> *Studia*] Invidiam adversus iudices conflata significat.

<sup>r</sup> *Nata sunt omnia*] Id est, quæ dicta sunt vel facta a Quintio, ut popu-

lum concitaret.

<sup>s</sup> *Non sibi ac defensionis suæ*] Molestie tulit Quintius, quod Oppianicus propter se, et propter defensionem suam absolutus non sit; tantum enim sibi arrogabat, ut causa sua Oppianicum absolutum iri putaret.

<sup>t</sup> *Equitem Romanum*] Oppianicum.

<sup>u</sup> *Municipio*] Larino, de quo supra.

modi causam posse defendi. XL. 110. Nam Quintius quidem, quam causam unquam<sup>20</sup> antea dixerat, cum annos ad quinquaginta<sup>1</sup> natus esset? quis eum unquam<sup>1</sup> non modo in patroni, sed in laudatoris,<sup>x</sup> aut<sup>2</sup> advocati<sup>y</sup> loco viderat? qui quod<sup>3</sup> Rostra jamdiu vacua, locumque illum, post adventum L. Sullæ a tribunicia voce desertum,<sup>4</sup> oppresserat, multitudinemque jam desuefactam a concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem<sup>a</sup> revocaverat, idcirco cuidam hominum generi<sup>b</sup> paulisper jucundior fuit. Atque idem quanto in odio postea<sup>5</sup> suis illis ipsis<sup>c</sup> fuit, per quos in altiore locum ascenderat! Neque injuria.<sup>6</sup> 111. Facite enim, ut<sup>7</sup> non solum mores ejus et arrogantiam, sed etiam vultum atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram<sup>d</sup> recordemini. Is, quasi non esset ullo modo ferendum, se ex judicio discessisse<sup>8</sup> victum,<sup>e</sup> rem ab subselliis in rostra<sup>9</sup> detulit. Et jam queri-

<sup>1</sup> *Circiter quinquaginta.*



CAP. XL. 20 *Unquam non est in χ.*—1 *ψ quis enim unq.*—2 C H S χ omittunt aut ante *advocati.*—3 In H et S *quid quod.*—4 *χ a trib. lege des.*—5 *ψ posita.*—6 C *Neque injuriam.*—7 *Ut ante non solum* omittit χ. *Et ante arrogantiam* in C H S T χ deest.—8 *ψ sed ex jud. et C discepsisse.*—9 Lamb. ad

#### NOTE

<sup>x</sup> *Laudatoris]* Mittebantur e municipiis homines, qui reos laudarent.

<sup>y</sup> *Advocati]* Advocatus dicitur, inquit Asconius, quicumque alterum in judicio defendens, aut jus suggerit, aut præsentiam suam amico commodat.

<sup>2</sup> *Tribunicia voce desertum]* Sulla tribunis concionandi potestatem ademit.

<sup>a</sup> *Ad veteris consuetudinis similitudinem]* Id est, ad eas conciones revocarat, quæ habebantur ante potestatem tribuniciam sublatam.

<sup>b</sup> *Hominum generi]* Plebeio.

<sup>c</sup> *Illis ipsis]* Populo Rom. videlicet, cujus suffragiis tribunus creatus est.

<sup>d</sup> *Usque ad talos demissam purpuram]* Non hunc arguit Cicero, quod ad talos usque demissam vestem; (nam Quintiliano teste, lib. XII. 'togam veteres Rom. ad calceos usque demittebant;') sed quod purpuram haberit, qua præter ætatem utebatur: nam genus istud vestis purpureæ tantum a junioribus oratoribus gestabatur.

<sup>e</sup> *Discessisse victum]* Qui causam amiserat, victus dicebatur.

<sup>f</sup> *Rem ab subselliis in rostra]* In subselliis exercentur judicia, in rostris vero conciones habentur ad populum. Causam itaque a iudicibus ad populum detulit.

mur<sup>10</sup> sæpe, hominibus novis<sup>8</sup> non<sup>11</sup> satis magnos in hac civitate esse fructus? Nego usquam<sup>12</sup> unquam fuisse majores: ubi, si quis<sup>13</sup> ignobili loco natus, ita vivat, ut nobilitatis<sup>14</sup> dignitatem<sup>h</sup> virtute tueri posse<sup>15</sup> videatur, usque eo pervenit,<sup>i</sup> quoad eum industria cum innocentia prosecuta<sup>m</sup> est. 112. Si quis<sup>16</sup> autem hoc uno nititur, quod sit ignobilis; procedit sæpe longius, quam si idem ille esset cum iisdem suis vitiis nobilissimus: ut Quintius (nihil enim dicam de ceteris) si fuisset homo nobilis; quis eum cum illa superbia<sup>17</sup> atque intolerantia ferre potuisset? Quod eo loco<sup>k</sup> fuit; ita tulerunt, ut, si quid haberet a natura<sup>18</sup> boni, prodesse ei putarent oportere: superbiam<sup>19</sup> atque arrogantiam ejus deridendam magis<sup>20</sup> arbitrarentur propter humilitatem hominis, quam pertimescendam. XLI. Sed, ut<sup>1</sup> illuc revertar; quo tempore Fidiculanus est absolutus, tu,<sup>l</sup> qui ea judicia<sup>m</sup> facta commemoras, quæro, quid tum esse existimas<sup>2</sup> judicatum? [p. 41.] certe gratis judicasse.<sup>n</sup> 113. At condemnarat:<sup>3</sup> at causam totam non audierat: at in concio-

<sup>m</sup> Comitata.



rostra.—10 T queruntur. Gulielm. legi voluit, *Etiam querimur*.—11 In H deest non.—12 Pro Nego usquam, quæ T omittit, in C legitur *Neque usquam*.—13 HS T si qui. Dein Nang. *nobili loco*.—14 C HS  $\chi$  vivit; et  $\chi$  ut nobilitas.—15 C non habet posse. Pro usque in  $\chi$  iisque. Tum  $\chi$  quod ad eum, et T persecuta est.—16 S Si qui. Mox  $\chi$  quod si ignob.—17  $\chi$  cum sua sup.—18 C H  $\chi$   $\psi$  in nat.—19  $\psi$  caret autem.—20 In  $\chi$  deest magis.

CAP. XLI. 1  $\chi$  Si ut.—2 Ern. conjecit *existimes* legend. prob. Weiske.—

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Hominibus novis*] Homines novi ex iis majoribus nati sunt, qui nullum in repub. munus exercuerunt.

<sup>h</sup> *Ut nobilitatis dignitatem*] Nobilitatis dignitatem tueri is dicitur, qui quam virtute comparavit, virtute tueri potest.

<sup>i</sup> *Usque eo pervenit*] Ad honores scilicet et magistratus pervenit.

<sup>k</sup> *Eo loco*] Quintius erat plebeius et ignobilis; patricii vero tribunatum non gerebant.

<sup>l</sup> *Tu*] Redit ad Attium.

<sup>m</sup> *Ea judicia*] *Judicia commemorat Attius, quæ facta sunt de Junio, Bulbo, Popillio, Guttia, et Staleno; quos volebat accusator ideo damnatos fuisse, quod accepta a Cluentio pecunia, Oppianicum damnassent.*

<sup>n</sup> *Gratis judicasse*] Qui nullam pecuniam accipiunt, gratis judicare dicuntur.

<sup>o</sup> *At condemnarat*] Attii objectio est enim quasi hic dialogus, ubi Cicero et accusatoris et defensoris partes agit.



nibus omnibus a L. Quintio vehementer erat et sæpe vexatus. Illa igitur<sup>p</sup> omnia Quintiana, iniqua, falsa, turbulenta, popularia,<sup>4</sup> seditiosa judicia fuerunt. Esto :<sup>q</sup> potuit esse innocens Falcula. Jam ergo<sup>r</sup> aliquis<sup>s</sup> Oppianicum gratis condemnavit : jam non eos<sup>6</sup> Junius subsortitus est, qui pecunia accepta condemnarent : jam potuit aliquis<sup>7</sup> ab initio non sedisse, et tamen Oppianicum gratis condemnasse. Verum, si innocens Falcula, quæso,<sup>8</sup> quis nocens ? si hic gratis condemnavit, quis accepit ? Nego rem esse ullam in quenquam illorum<sup>s</sup> objectam, quæ Fidiculanio objecta non sit ; neque<sup>9</sup> aliquid fuisse in Fidiculanii causa, quod idem non esset in ceterorum.<sup>t</sup> 114. Aut hoc iudicium reprehendas tu, cujus accusatio rebus iudicatis<sup>u</sup> niti videbatur,<sup>10</sup> necesse est ; aut, si hoc verum esse concedis,<sup>11</sup> Oppianicum gratis condemnatum esse fateare.

Quaquam satis magno argumento esse debet, quod ex tam multis iudicibus, absoluto Falcula, nemo reus factus est. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis, alia lege, certis criminibus, plurimis testibus ? cum primum illi ipsi debuerint potius accusari<sup>12</sup> de pecuniis repetundis, quam ambitus : nam, si in ambitus iudiciis hoc his obfuit, cum alia lege causam dicerent ; certe, si propria lege<sup>u</sup> hujus

<sup>n</sup> *Præiudiciis.*

//////////

3 C *Et cond.* H S *At condemnaret.*—4 In  $\chi$  deest *popularia.*—5  $\chi$  *Jam vero aliq.*—6 *Pro eos* Dresd. *habet omnes,* prob. Grav. et non improb. Ern.—7  $\chi$  *condemnarant ;* et Ms. Lambini *jam potuerunt aliquid.* Edd. Lamb. omittunt *non ante sedisse.*—8 In C H S  $\chi$   $\psi$ , Franc. 1. Pall. 2. 3. 4. 5. et nonn. edd. veti. *quæro.* Tum  $\chi$  *quis nocet ?*—9 *Neque ante aliquid abest* ab sex Oxonn. Mss. et Ven. 1483. non improb. Orell. *nego aliquid ediderunt* Junt. Lamb. 1566. Schutz. et Orell.—10 *Inniti videbantur* Junt. *nitebatur* Lamb.—11  $\chi$

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Illam igitur*] Responsio Ciceronis ad Attium.

<sup>q</sup> *Esto*] Attius Ciceroni concedit Falculam potuisse innocentem esse.

<sup>r</sup> *Jam ergo*] Respondet Cicero, quod si innocens Falcula fuit, Oppianicum gratis condemnavit.

<sup>s</sup> *In quenquam illorum*] Eos dicit,

qui vocati sunt in iudicium, Oppianico damnato.

<sup>t</sup> *In ceterorum*] Iudices indicat, qui, damnato Oppianico, rei facti sunt.

<sup>u</sup> *Propria lege*] Lege de repetundis pecuniis vocati fuissent in iudicium.

peccati adducti essent, multo plus obfuisset. 115. Deinde, si tanta vis fuit<sup>13</sup> istius criminis, ut, qua quisque lege ex illis iudicibus reus<sup>14</sup> factus esset, tamen hac plaga periret;<sup>x</sup> cur, in tanta multitudiue accusatorum, tantis præmiis,<sup>y</sup> ceteri rei facti non sunt? Hic profertur id, quod iudicium appellari non oportet, P. Septimio Scævola<sup>15z</sup> litem eo nomine esse æstimatam.<sup>a</sup> Cujus rei quæ consuetudo sit, quoniam<sup>16</sup> apud homines peritissimos dico, pluribus verbis docere<sup>17</sup> non debeo. Nunquam enim ea diligentia, quæ solet adhiberi in ceteris iudiciis, eadem, reo damnato, adhibita est.<sup>18</sup> 116. In litibus æstimandis fere iudices, aut, quod sibi eum, quem semel condemnarunt, inimicum putant esse, si qua<sup>19</sup> in eum lis capitibus illata est,<sup>p</sup> non admittunt;<sup>b</sup> aut, quod se perfunctos<sup>20</sup> jam esse arbitrantur, cum de reo iudicarunt, negligentius attendunt cetera. Itaque et majestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis, de pecuniis repetundis, lites essent æstimatæ:<sup>c</sup> et hoc quotidie fieri videmus, ut, reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos pervenisse pecunias<sup>d</sup> in litibus æstimandis

<sup>p</sup> Si qua lis capitalis inchoata est in illum.



conceditis.—12  $\chi$  debuerunt potius accusatori.—13 Idem Ms. tanta vis obfuisset.—14  $\chi$  ut quisque lege ex criminibus reus, &c. Weiske censuit legend. ut quacumque lege.—15 In C legitur L. Septimio Scævola: al. P. Septimio Scævula. Dein  $\chi$  litem meo nom. esse existimatam.—16  $\chi$  quando.—17 H S  $\chi$   $\psi$  dicere. In  $\psi$  deest negativa particula.—18  $\psi$  reo condemnando; et C S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1483. Junt. adhibendu est; nisi quod  $\chi$  est omittat.—19 C H S T  $\chi$  et edd. pleræque

#### NOTÆ

<sup>x</sup> Tamen hac plaga periret] Id est, licet diversis legibus Junius, Bulbus, Stalenus, Popillius, et Gutta damnati sint, tamen hoc corrupti iudicii crimine damnaretur Oppianicus.

<sup>y</sup> Tantis præmiis] Accusatoribus, qui vicissent, constituta lege præmium decernebatur, ut testatur Ascinius in Orat. pro Mil. Dabatur autem quarta pars bonorum.

<sup>z</sup> Septimio Scævola] Scævola ex iis iudicibus fuit, qui Oppianicum damnaverunt.

<sup>a</sup> Litem eo nomine esse æstimatam]

Litem æstimare, est pecuniam, de qua lis fuit, et propter quam reus est condemnatus, in summam redigere, ut de bonis ejus ei reddatur, cui adempta fuerat.

<sup>b</sup> Non admittunt] Iudices non litem æstimant, ne, si cum iterum damnaverint, inimicum damnasse videantur.

<sup>c</sup> Lites essent æstimatæ] In causis repetundarum, damnato reo, fiebat litis æstimatio, ut tantum solveret quantum abstulerat.

<sup>d</sup> Ad quos pervenisse pecunias] Si reus

dis statutum sit, eos illi iudices absolvant :<sup>1</sup> quod cum fit, non iudicia rescinduntur, sed hoc statuitur, æstimationem<sup>2</sup> litium non esse iudicium.<sup>e</sup> Scævola condemnatus est aliis criminibus, frequentissimis Apuliæ testibus. Omni contentione<sup>3</sup> pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimaretur : quæ res si rei iudicatæ pondus habuisset, ille postea vel iisdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipsa factus esset.<sup>4</sup>

XLII. 117. Sequitur id, quod<sup>5</sup> illi<sup>f</sup> iudicium appellant, majores autem nostri nunquam neque iudicium nominarunt, neque perinde,<sup>6</sup> ut rem iudicatam,<sup>g</sup> observaverunt, animadversio atque auctoritas censoria.<sup>7</sup> Qua de re antequam incipio, perpauca mihi de meo officio verba faciunda sunt; ut a me cum<sup>8</sup> hujusce periculi,<sup>h</sup> tum ceterorum quoque officiorum et amicitiarum ratio conservata esse videatur. Nam mihi cum viris fortibus,<sup>i</sup> qui censores proxime<sup>9</sup> fuerunt, ambobus est amicitia : cum altero vero (sicut<sup>10</sup> et plerique vestrum sciunt) magnus usus et summa utriusque



ante Lamb. si quæ.—20  $\chi$  profunctos.—1 Idem Mss. in lit. existimandis stat. sit, eo illi jud. absolvunt. Dein C H S  $\chi$   $\psi$  fiat.—2  $\chi$  existimationem.—3  $\psi$  Omni concione.—4  $\chi$  factus, omisso esset.

CAP. XLII. 5 T et Lamb. Sequitur illud quod.—6 C H S T  $\chi$  et Lamb. proinde.—7 Animadversionem atque auctoritatem censoriam  $\chi$   $\psi$ , Pariss. Pall. septem, Junt. Crat. Hervag. Cam. Steph. Græv. Oliv. Lall. Beck. et Orell. Ceteri ut Ern. Mox ante incipio Mss. multi et edd. vett. pleræque cum Oliv. Lall. Beck. et Orell. inserunt dicere; quod Gruter. auctoritate Pal. 2. delevit, et quem Græv. Ern. Weiske et Schutz. secuti sunt. In Dresd. Franc. 2. et ed. 1742. Qua de re initio perpauca, &c. in T Qua de re incipio ab initio perpauca, &c. Steph. et Lamb. Qua de re priusquam dicere incipio, perpauca, &c.—8 Tum edidit Schutz. e conjectura Gærenzii ad Acadd. l. 11. p. 122.—9 Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. proxima.—10 Edd. pleræque cum

#### NOTÆ

solvendo par non esset, agebatur in eos ad quos pecunia pervenisset.

<sup>e</sup> Non esse iudicium] Si iudicium esset, non absolveretur.

<sup>f</sup> Quod illi] Accensatores.

<sup>g</sup> Rem iudicatam] Res iudicata tantam certissima semper habita est a majoribus; non autem animadversio censoria, quam nunquam illi rem ju-

dicatam appellarunt.

<sup>h</sup> Hujusce periculi] In quo Cluentius versatur.

<sup>i</sup> Viris fortibus] Fuerunt illi Cn. Lentulus et L. Gellius, qui censuram exercuerunt A. U. C. 683. et qui eos præcesserunt, qui tum hoc munere fungebantur, cum Cluentii causa acta est.

officiis<sup>11</sup> constituta necessitudo est. 118. Quare, quicquid de subscriptionibus<sup>k</sup> eorum<sup>12</sup> mihi dicendum erit, eo dicam animo, [p. 42.] ut omnem orationem meam non de illorum facto, sed de ratione censoria habitam existimari velim: a Lentulo autem, familiari meo, (qui a me, pro eximia sua virtute summisque honoribus, quos a populo Romano adeptus est, honoris causa nominatur) facile hoc,<sup>13</sup> judices, impetrabo, ut, quam ipse adhibere consuevit in amicorum periculis fidem<sup>14</sup> et diligentiam, tum vim animi libertatemque dicendi; in hac mihi concedat, ut tantum mihi sumam, quantum sine hujus periculo<sup>15</sup> præterire non possum. A me tamen, ut æquum est, omnia caute pedetentimque dicentur, ut neque fides hujus defensionis<sup>16</sup> relicta, neque cujusquam aut dignitas læsa, aut amicitia violata esse videatur.

119. Video igitur, judices, animadvertisse censores in judices quosdam illius consilii Juniani, cum istam ipsam causam subscriberent. Hic primum illud commune proponam, nunquam animadversionibus censoriis hanc civitatem ita contentam, ut rebus judicatis, fuisse. Neque in re nota consumam tempus exemplis: ponam illud unum: C. Getam,<sup>17</sup> cum a L. Metello et Cn. Domitio, censoribus,<sup>m</sup> ex senatu ejectus esset,<sup>18</sup> censorem ipsum postea esse factum:



Grut. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *sicuti*.—11 *Officio* H S T χ ψ: *officii* Ven. 1483. Junt. Tum pro *necessitudo* Mss. ap. Lamb. habent *consuetudo*. In Pal. 6. legitur, *constituta consuetudo vel necessitudo est*.—12 ψ *quidquid descriptionibus eorum*. Mox *eo dico animo* χ; et *omnem rationem* Cχψ. In ψ deest *meam*.—13 C *facile hæc*. Dein χ *quem ipse adhibere*.—14 Orell. ex edd. Junt. Lamb. ante *fidem* inseruit vocem *quam*, existimans edd. seqq. eam omisisse errore librariorum. Mox *animi* non est in Mss. ap. Lamb. In Franc. 2. Dresd. et ed. 1472. legitur *tum vim tum libertatenaque dicendi*. Porro in *hoc mihi conc.* Pall. 1. 4. 5. 7. ed. 1471. et Orell. probb. Lambino, Pantagatho et Gærenzio. Ern. opinatur locum esse vitiosum.—15 Pantagathus maluit *sine ejus periculo*.—16 χ *offensionis*.—17 Pro C. *Getam* Pal. 3. habet *Gretani*; Pal. 7. *Gutam*; al. *Guttam*. Tum præpositio ante L. *Metello* non est in C.—

#### NOTÆ

<sup>k</sup> De *subscriptionibus*] Cum aliquis a censoribus notabatur, causas, cur damnaretur, subscribebant.

memoratur a Val. Max. lib. II.

<sup>m</sup> L. *Metello et Cn. Domitio, censoribus*] A. U. C. 638. censores fuere Metellus et Domitius.

<sup>1</sup> C. *Getam*] De hoc exemplo com-

et, cujus mores a censoribus erant reprehensi, hunc postea et populi Romani, et eorum, qui in ipsum<sup>19</sup> animadvertent, moribus præfuisse. Quodsi illud iudicium putaretur; ut ceteri, turpi iudicio<sup>2</sup> damnati, in perpetuum omni honore ac dignitate privantur; sic hominibus ignominia notatis,<sup>20</sup> neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. 120. Nunc, si quem<sup>o</sup> Cn. Lentuli, aut L. Gellii<sup>r</sup> libertus furti condemnarit; is, omnibus ornamentis amissis, nunquam ullam<sup>2</sup> honestatis suæ partem recuperabit: quos autem ipse L. Gellius et Cn. Lentulus, duo censores, clarissimi viri, sapientissimique homines,<sup>3</sup> furti et captarum<sup>4</sup> pecuniarum<sup>p</sup> nomine, notaverunt; ii<sup>5</sup> non modo in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum<sup>6q</sup> iudiciis absoluti sunt. XLIII. Neminem voluerunt majores nostri non modo de existimatione<sup>7</sup> cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter adversarios convenisset.<sup>r</sup> Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum est,<sup>s</sup> de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc



18 C *ejectum esse*.—19  $\psi$  *qui in id ipsum*.—20  $\psi$  *privarentur*; et  $\chi$  *si omnibus ignom. not.*—1 H S  $\chi$  *Gelli*.—2 Edd. nonnullæ *illam*, errore typographico. Tum  $\chi$  *omittit suæ*.—3  $\chi$  *sapientissimi hom. sine copula*.—4 Post *captarum*  $\psi$  *addit ipsarum*, et  $\psi$  *rerum et ipsarum*.—5 *Li non est in C H S T  $\chi$* . Dein C *in senatu*.—6 Pro *rerum* C S *exhibent pecuniarum*;  $\chi$   $\psi$  et ed. Junt. *pecuniarum nomine*. Porro,  $\chi$  *iudicii absoluti sunt*:  $\psi$  *iudiciis absoluta sunt*.

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Turpi iudicio*] *Furtum, cædes, &c. inter turpia iudicia habita sunt.*

<sup>o</sup> *Nunc si quem*] Ostendit discrimen quod notam censoriam inter et iudicium reperitur. Si quis enim ab inferiore aliquo, v. g. liberto, turpi iudicio damnatus sit, omnia dignitatis ornamenta amittit: si quis a censoribus clarissimis notatus sit, hæc ornamenta non amittit.

<sup>p</sup> *Captarum pecuniarum*] *Pecuniam intelligit, quæ iudicandi causa accepta fuit.*

<sup>q</sup> *Ipsarum rerum*] *Id est, quæ de captis pecuniis essent.*

<sup>r</sup> *Inter adversarios convenisset*] *Sortitione iudices constituebantur; fas tamen erat reo et accusatori rejicere quos volebant: quare subsortitio fiebat, et alii in rectorum locum substituebantur. Id autem non fiebat in censorum animadversionibus, quare iudicia non illæ sunt appellandæ.*

<sup>s</sup> *In omnibus legibus, quibus exceptum est*] *Nonnullæ causæ sunt, in quibus non licet aut accusare, aut iudicem esse, aut gerere magistratum, ut habetur in iure civili: in illis causis censoriam animadversionem non valere Cicero contendit.*

ignominia causa prætermissa est. Timoris enim causam,<sup>4</sup> non vitæ pœnam in illa potestate esse voluerunt. 121. Itaque non solum, judices, illud<sup>8</sup> ostendam, quod jam videtis, populi Romani suffragiis<sup>u</sup> sæpenumero censorias subscriptiones<sup>9</sup> esse deletas, verum etiam iudicii eorum, qui jurati<sup>x</sup> statuere majore cum religione et diligentia debuerunt. Primum judices, senatores equitesque Romani, in compluribus jam reis, quos contra leges pecunias accepisse<sup>10</sup> subscriptum est, suæ potius religioni, quam censorum opinioni, paruerunt. Deinde<sup>11</sup> prætores urbani, qui jurati debent optimum quemque in selectos<sup>12</sup> judices referre, nunquam sibi ad eam rem<sup>v</sup> censoriam ignominiam impedimento<sup>13</sup> esse oportere duxerunt. 122. Censores denique ipsi<sup>14</sup> sæpenumero superiorum censorum iudicii (si ista iudicia appellari<sup>15</sup> vultis) non steterunt.<sup>7</sup> Atque etiam ipsi inter se censores sua iudicia tanti esse arbitrantur,<sup>16</sup> ut alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam rescindat; ut alter de senatu moveri<sup>r</sup><sup>17</sup> velit, alter retineat, et ordine amplissimo<sup>s</sup> dignum existimet; ut alter

<sup>7</sup> Non servaverunt iudicia.

<sup>r</sup> Ejici.

<sup>s</sup> Senatu.



CAP. XLIII. 7  $\chi$  de estimatione.—8 T non habet iudices illud. In C H S  $\chi$ , Ven. 1483. Junt. tantum illud deest.—9 Dresd. præscriptiones. Paulo post,  $\psi$  delatas: duo Mss. Lambini sublata. Pro verum in C legitur eorum.—10 Franc. Dresd. sex Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Crat. Lamb. Beck. Schutz. et Orell. cepisse. Ceteri accepisse.—11 Deinde abest a Dresd.—12 S T se lectos. In  $\chi$  deest iudices.—13 C H S  $\chi$  impedimentum. Pro esse in T inesse. Dein C S  $\chi$  oport. dixerunt.—14 C  $\chi$   $\psi$  omittunt ipsi.—15 In  $\chi$  appellare.—16 Idem Ms. arbitrabantur.—17 Movere Mss. omnes et edd. ante Grut. qui tacite dedit moveri, et quem Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et

#### NOTÆ

<sup>4</sup> Timoris causam] Volnerunt majores, ut nota censoria tantum timorem ignominia, non iudicium afferret, aut pœnam.

<sup>u</sup> Populi Rom. suffragiis] Nam Geta, qui fuerat a censoribus notatus, populo suffragante, censor ipse creatus est.

<sup>x</sup> Qui jurati] Ut quisque iudex se-

lectus fuerat, ad jurandum accedebat, se ex lege iudicaturum: jurabant autem in comitio ad aram, quæ Puteal Libonis dicebatur. De formula scribit Cicero in Lucullo.

<sup>v</sup> Ad eam rem] Quin a prætoribus optimus quisque seligeretur iudex, nunquam nota censoria prohibuit.

in ærarios<sup>18 z</sup> referri, aut tribu moveri<sup>a</sup> jubeat, alter vetet. [p. 43.] Quare qui vobis<sup>19</sup> in mentem venit, hæc appellare judicia, quæ a populo Romano rescindi, ab juratis judici- bus repudiari, a magistratibus negligi, ab iis, qui eandem potestatem adepti sunt, commutari, inter collegas discre- pare, videatis?<sup>20</sup>

XLIV. 123. Quæ cum ita sint; videamus,<sup>1</sup> quid tandem censores de illo judicio corrupto judicasse dicantur. Ac primum illud statuamus; utrum, quia censores<sup>2</sup> subscrip- serint, ita sit; an, quia ita fuerit, illi subscripserint. Si ideo, quia subscripserint;<sup>3</sup> videte, quid agatis, ne in unum- quemque nostrum censoribus in posterum potestatem re- giam permittatis; ne subscriptio censoria<sup>4</sup> non minus ca- lamitatis civibus, quam illa acerbissima proscriptio<sup>b</sup> possit afferre; ne censorium stylum,<sup>c</sup> cujus mucronem multis re- mediis majores nostri retuderunt, æque posthac atque il- lum<sup>5</sup> dictatorium gladium<sup>d</sup> pertimescamus. 124. Sin au- tem, quod subscriptum est, quia verum est, idcirco grave debet esse;<sup>e</sup> hoc quæramus, verum sit,<sup>6</sup> an falsum: remo-

<sup>1</sup> Debet valere.



Orell. secuti sunt.—18 C in ærario.—19 χ Quare quid vobis.—20 Lamb. discrepare; et T videtis.

CAP. XLIV. 1 T videmus.—2 Post censores C H S χ ψ addunt de illo judi- cio corrupto.—3 Ern. censet quia subscripserunt legend. Tum in ed. Lamb. 1566. videte, quid agatis, videte ne, &c. ut Ern. volebat. Pro agatis in χ et ψ agitis.—4 χ censoris.—5 In eodem Ms. deest illum.—6 χ verum, omisso sit.

#### NOTÆ

<sup>z</sup> In ærarios] Referri tum quis inter ærarios dicebatur, auctore Pediano, cum nullum aliud jus civitatis in cen- turia, atque adeo in tribu, ei censor re- linqueret, quam ut pro capite suo tri- buti nomine æra penderet: quare qui ærarius factus erat, is non solum suffragio urbano, sed etiam stipendiis militaribus spoliabatur. Vide Sigon. de Jure Civ. 11. 17.

<sup>a</sup> Tribu moveri] Cives ex honestiore tribu in minus honestam, ignominia causa, aliquando transferebantur.

<sup>b</sup> Acerbissima proscriptio] Hæc pro- scriptio a Sulla facta est, ut sæpe jam dictum est.

<sup>c</sup> Censorium stylum] Stylo subscri- bebant censores, et in ceratis tabulis notabant: sed metaphorice eorum potentiam quasi periculosam repre- hendit, quam sæpe majores represse- runt.

<sup>d</sup> Dictatorium gladium] Sullam in- vidiose pungit, qui tantam civium carnificinam fecerat.

veantur auctoritates censoriæ: tollatur id ex causa, quod in causa non est: doce, quam pecuniam Cluentius dederit, quemadmodum dederit: unum denique aliquod a Cluentio profectæ pecuniæ vestigium ostende. Vince<sup>7</sup> deinde, virum bonum fuisse Oppianicum, hominem integrum; nihil de illo unquam secus<sup>x</sup> esse existimatum; nihil denique præjudicatum: tum auctoritatem censorum<sup>s</sup> amplexato; tum illorum iudicium cum re<sup>y</sup> conjunctum esse defendito. 125. Dum vero<sup>10</sup> eum fuisse Oppianicum<sup>e</sup> constabit, qui tabulas publicas municipii<sup>f</sup> sui<sup>11</sup> corrupisse iudicatus sit; qui testamentum interleverit;<sup>12</sup> qui, supposita persona, falsum testamentum<sup>g</sup> obsignandum curarit; qui eum, cujus nomine id obsignatum est, interfecerit; qui avunculum<sup>h</sup> filii sui in servitute ac vinculis necarit; qui municipes suos proscribendos<sup>i</sup> occidendosque curarit; qui ejus uxorem,<sup>k</sup> quem occiderat, in matrimonium duxerit;<sup>13</sup> qui pecuniam pro potione<sup>14</sup> dederit; qui socrum, qui uxorem,<sup>15</sup> qui uno tempore fratris uxorem, speratosque libe-

<sup>7</sup> *Obtine.*

<sup>x</sup> *Male.*

<sup>y</sup> *Facto.*



—7 Henr. Arntzen. Spec. Observv. p. 33. legi jussit *Evince*.—8 C H S  $\chi$   $\psi$  *auctoritatem censoriam*. Tum *amplexator* Mss. nonnulli et edd. Junt. Lamb. Grut. Oliv. Lall.—9  $\psi$  *tum te*.—10 C H S T  $\chi$  *Cum vero*.—11 C *municipiis suis*;  $\chi$  *municipii tui*.—12  $\chi$  *interleverit*.—13  $\chi$  *quam occiderat, in matr. duxit*.—14 *Loco potione* Ms. Vict. Franc. 1. Hervag. Cam. Lamb. 1566. Grut. Græv. Oliv. Lall. habent *abortione*. In  $\psi$  *proportione*, ommissa præpositione.—15 Ms. Vict. *uxores*, prob. Sylvio. *Dein qui hoc tempore* C H S  $\chi$   $\psi$ . Porro T *sepe-*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Eum fuisse Oppianicum*] Nequitiam Oppianici ostendit ab enumeratione scelerum quæ ab eo commissa sunt.

<sup>f</sup> *Tabulas publicas municipii*] Tabulas censorias Larini oppidi sui corrupit.

<sup>g</sup> *Testamentum*] Dineæ socrus suæ testamentum delevit Oppianicus, et supposuit quendam Avilium, qui falso se Asinium mentichatur, quem interfici curavit, ne fraus ejus pate-

ret.

<sup>h</sup> *Avunculum*] M. Aurium, fratrem uxoris suæ Magiæ, ex qua filium suscepserat, in ergastulo, apud Q. Sergium senatorem, in agro Gallico, quo eum detruaserat, interfecit.

<sup>i</sup> *Proscribendos*] Victore Sulla, cuius a partibus stabat, quatuor suos municipes occidendos curavit.

<sup>k</sup> *Ejus uxorem*] Sassiam, matrem Cluentii, Melini uxorem, duxit.



ros,<sup>1</sup> fratremque ipsum,<sup>m</sup> qui denique suos liberos interfecerit; qui, cum venenum privigno<sup>a</sup> suo quæreret, manifesto sit deprehensus; cujus ministris consciisque<sup>o</sup> damnatis, ipse adductus in iudicium<sup>16</sup> pecuniam iudici<sup>p</sup> dederit ad sententias iudicum corrupendas: dum hæc, inquam, de Oppianico constabunt, nec ullo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur; quid est, quod<sup>17</sup> te ista censoria sive voluntas sive opinio<sup>18</sup> adjuvare, aut hunc innocentem opprimere posse videatur? XLV. 126. Quid igitur censores secuti sunt? ne ipsi quidem, ut gravissime<sup>z</sup> dicam,<sup>19</sup> quicquam aliud dicent, præter sermonem atque famam: nihil se testibus, nihil tabulis, nihil gravi aliquo argumento comperisse,<sup>20</sup> nihil denique, causa cognita, statuissent dicent. Quodsi ita fecissent; tamen id non ita fixum esse deberet, ut convelli non liceret. Non utar exemplorum copia, quæ summa est; non rem veterem, non hominem potentem aliquem, aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem,<sup>a</sup> scribam ædilicium,<sup>q</sup> D. Matrinium,<sup>1</sup> cum defendissem apud M. Junium,<sup>2</sup> Q. Publicium, prætores, et M. Plætorium, C. Flaminium, ædiles curules;<sup>r</sup> persuasi, ut scribam jurati legerent eum, quem iidem isti<sup>3</sup> censores ærarium reliquis-

<sup>z</sup> Verissime.<sup>a</sup> Pauperem.

ratos liberos.—16 χ non habet in iudicium.—17 Pro quod in ψ cur. Tum T ista censura.—18 C χ ψ opinatio. Ern. e conj. cum Schütz. delevit fail.

CAP. XLV. 19 C H S χ ψ, Ven. 1480. 1483. Beck. Schütz. et Orell. dicant. Ceteri dicam.—20 Iidem Mss. omittunt comperisse.—1 Macrinium C H et Frauc. I. Matrimonium S: marinum T.—2 Al. Julium.—3 ψ quem quidem ipsi.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Speratosque liberos*] Cum gravida esset, sperabantur liberi, qui hæredes honorum essent.

<sup>m</sup> *Fratremque ipsum*] C. Oppianicum cum duobus filiis interfecit, quorum ex Papia alterum, alterum ex Novia susceperat.

<sup>n</sup> *Privigno*] Cluentio.

<sup>o</sup> *Consciisque*] Scamander et Fabri-

cus damnati sunt, ut dictum est.

<sup>p</sup> *Judici*] Stalennum, numm ex iudicibus, corrupit pecunia.

<sup>q</sup> *Scribam ædilicium*] Ædiles curules scribas habebant.

<sup>r</sup> *Ædiles curules*] Duo fuerunt ædilium ordines apud Rom. plebeius unus, alter patricius, qui a sella, cui insidebat, curulis dictus est.

sent.<sup>5</sup> Cum enim in homine<sup>t</sup> nulla culpa reperiretur;<sup>4</sup> quid ille meruisset, non quid de eo statutum esset, quærendum esse duxerunt.<sup>5</sup> 127. Nam<sup>b</sup> hæc quidem, quæ de iudicio corrupto subscripserint,<sup>6</sup> quis est, qui ab illis satis cognita et diligenter iudicata arbitretur? In M' Aquillium et in T. Guttam<sup>7</sup> video esse subscriptum. Quid est hoc? duos esse corruptos solos<sup>8</sup> pecunia? Quid ceteri? videlicet gratis condemnarunt? [p. 44.] Non est igitur circumventus, non est<sup>9</sup> oppressus pecunia: non, ut illæ Quintianæ<sup>10</sup> condiciones habebant,<sup>u</sup> omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt ac suspicione ponendi.<sup>x</sup> Duos solos video auctoritate censorum affines<sup>c</sup> ei turpitudini iudicari. Aut illud afferant, aliquid esse, quod de iis duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse.<sup>11</sup> XLVI. 128. Nam illud quidem minime probandum est, ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine militari translulisse.<sup>12</sup> Statuerunt enim ita majores nostri, ut, si a multis

<sup>b</sup> Præterea.<sup>c</sup> Conseios.

Dein C H  $\chi$   $\psi$  ærarium reliquisse subscripserunt.—4 C H S  $\chi$   $\psi$  inveniretur. Tum C H quod ille mer. Franc. 1. et ed. 1472. quam ille mer.—5  $\psi$  dixerunt.—6 Franc. 1. Junt. Græv. Beck. Weiske et Orell. subscripserunt. Ceteri subscripserunt.—7 Schutz. Ti. Guttam, ut supra cap. 36.—8  $\chi$  solum. In C H  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. 1483. pecunia? dicant ceteri, videl. sed pro videlicet C et  $\chi$  habent ut. in edd. pr. pecunia dicant? ceteri videl. Porro  $\chi$  gratis condemnarint.—9 Lamb. est omisit.—10 C H S  $\psi$  illa Quintiana. In Franc. 1. ut illa Quintiana concione habebatur: unde Græv. legi jussit ut in illa Quintiana concione habebatur. Pro vulg. habebantur, e conj. habebant dedit Ern. quem Beck. Weiske, et Schütz. sequuntur.—11 Junt. Naug. Manut. Steph. Lamb. Nam ut illud afferant, nihil est quod de iis duobus hab. comp. de ceteris comperisse: Schutz. e conj. edidit, Ut illud afferant, quod de iis duobus hab. comp., de ceteris non comp. Ceteri ut Ern. nisi quod Beck. et Orell. e conj. Græv. inseruerunt non ante comperisse, prob. Ern. In omnibus Mss. Pall., Dresd., Franc. 2. et ed. pr. auctore Grævio, deficit integrum folium. Sylvius ultima scribi jussit, nihil de cel. comperisse. Le Clerc. conj. h. l. ita legend. Aut illud afferant, aliquid sese, quod de iis duobus hab. comp., de cel. comp. In Ms. C est ferant pro afferant: et in marg. ed. Cratandri legitur haud illu afferant.

CAP. XLVI. 12 In Franc. 1. annotationes auctoritatemque censorium illos ex cons. mil. traxisse. C H S  $\chi$   $\psi$  omittunt præpositionem ante consuetudine.

## NOTÆ

<sup>a</sup> [Ærarium reliquissent] Id est, in ærarios retulissent. Vide supra § 122. not.

<sup>t</sup> [In homine] Matrinio.<sup>u</sup> [Habebant] Quo tempore Quin-

tius concionabatur.

<sup>x</sup> [Ac suspicione ponendi] Venerunt illi in suspicionem pecuniam posuisse in iudicio.

esset flagitium rei militaris<sup>7</sup> admissum, sortitione in quosdam<sup>2</sup> animadverteretur; ut metus videlicet<sup>13</sup> ad omnes, pœna ad paucos perveniret.<sup>14</sup> Quod idem facere censores in delectu dignitatis,<sup>a</sup> et in iudicio civium, et in animadversione vitiorum, qui convenit?<sup>15</sup> nam miles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum vimque pertimuit, potest idem postea et miles esse melior, et vir bonus, et civis utilis. Quare, ne in bello, propter hostium metum, delinqueret,<sup>16</sup> amplior ei mortis et supplicii metus est a majoribus constitutus: ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. 129. Hoc tu idem facies, censor, in senatu legendo? Si erunt plures, qui ob innocentem condemnandum pecuniam acceperint, ut non animadvertas in omnes, sed carpas, ut velis, et paucos ex multis ad ignominiam sortiari?<sup>17</sup> Habebit igitur, te sciente et vidente, curia senatorem, populus Romanus iudicem, respublica<sup>18</sup> civem sine ignominia quenquam, qui ad perniciem innocentis, fidem suam et religionem<sup>b</sup> pecunia commutarit?<sup>19</sup> et, qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocenti, is censoriæ severitatis nota non inuretur? Tu es præfectus moribus, magister<sup>20</sup> veteris<sup>d</sup> disciplinæ et severitatis,<sup>1</sup> si aut retines quenquam sciens

<sup>d</sup> Bonæ.



Schutz. conj. *ad notationem legend.*—13 In C et  $\chi$  deest *videlicet.*—14  $\chi$  *pervenisset.* Mox, pro *facere* idem Ms. habet *agere.*—15  $\chi$  *et in adversione qui conv.*—16 C *deliquerit.* Tum  $\psi$  *amplior et mortis.*—17 *Accep., ut non animadvertas . . . carpes . . . velis . . . sortiari* quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *accep., non animadvertes . . . carpes . . . velis . . . sortiari* Lamb. et Schutz. sic etiam Orell. qui ante *non animadvertes* addidit *ut.* Vulg. ut Ern. Dein pro *igitur te*  $\chi$  exhibet *grate.*—18  $\psi$  *reipublicæ.*—19 C *commutarint.*—20 Ante *magister* Taur. et edd. ante Lamb. cum Orell. addunt *tu,* quod edd. aliæ omiserunt errore typographico, teste Orell.—1 Taur.

#### NOTÆ

<sup>7</sup> *Flagitium rei militaris]* Fugitivorum militum hæc pœna fuit, ut in decurias dividerentur, ex quibus sortitione singuli deligerentur, in quos ultimo supplicio animadverteretur in oculis exercitus.

<sup>2</sup> *In quosdam]* In decimum quemque animadvertebatur.

<sup>a</sup> *In delectu dignitatis]* Ad censores pertinebat senatum legere, ejicere e senatu, et principem senatus constituere.

<sup>b</sup> *Et religionem]* Jurisjurandi religionem intelligit, quæ violatur a iudice, cum accipit pecuniam.

in senatu, scelere tanto contaminatum, aut statuis, qui in eadem culpa sit,<sup>2</sup> non eadem pœna affici convenire? et quam conditionem supplicii majores in bello timiditati militis propositam esse voluerunt, eandem tu in pace constitues<sup>3</sup> improbitati senatoris? Quodsi hoc<sup>4</sup> exemplum<sup>e</sup> ex re militari ad animadversionem censoriam transferendum fuit; sortitione<sup>5</sup> id ipsum factum esse oportuit. Sin autem sortiri ad pœnam,<sup>6</sup> atque hominum delictum fortunæ iudicio<sup>e</sup> committere, minime censorium est; certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam et turpitudinem,<sup>7</sup> non oportet. XLVII. 130. Verum omnes intelligimus,<sup>d</sup> in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum. Jactata res erat in concione<sup>8</sup> a tribuno<sup>e</sup> seditioso: incognita<sup>f</sup> causa, probatum illud erat; multitudinem illicitum est contra dicere:<sup>9</sup> nemo denique, ut defenderet con-

<sup>e</sup> *Sortitioni.*

<sup>f</sup> *Non ea defensa.*

//////////

*discipl. ac sev.*—2 C H S *quis in eandem culpam sit.*—3 Ven. 1480. 1483. *oportere convenire: ut quam . . . constitues:* Naug. Cam. Manut. *oportere convenire: et quam . . . constitues:* Græv. e Franc. I. et ed. Med. *dedit affici oportere? convenire ut quam . . . constituas,* ut est in duobus Mss. Paris. Oliv. et Lall. *dederunt affici oportere, et, quam . . . constitues,* prob. Garaton. E conj. Ernesti edidit Schütz. *affici convenire? et quam . . . constituis.* Ceteri ut Ern. Pro *affici convenire* in C H S est *affici oportere;* in  $\chi \psi$  *oportere convenire.* Pro et C H S  $\chi \psi$  habent *ut;* Orell. e Taur. *dedit aut.* Porro in  $\chi$  legitur *præpositam* et *in pacem.*—4 Lamb. et Grut. *omittunt hoc.* Tum *ex jure militari* Franc. I.—5  $\chi$  *sortitione.*—6 H *sortiri pœnam,* omissa præpositione. Pro *atque* Taur. habet *et;* C H S  $\chi$  Franc. I. Ven. 1480. 1483. *ad.* Paulo post, edd. *nonnullæ delectum.*—7 In Taur. *deest et turpitudinem.*

CAP. XLVII. 8 Pro *erat in concione*  $\chi$  habet *est in iudicio.* Verba a tribuno seditioso non sunt in Taur.—9 Franc. 2. *multitudini, illicitum est contra ire:* ed. Junt. *multitudinem multitudini illicitum erat contra dicere:* Græv. e conj.

#### NOTE

<sup>e</sup> *Quodsi exemplum]* Sensus est, si hoc exemplum ex re militari ad censoriam animadversionem transferendum fuit, id sortitione a censoribus factum oportuit; sed censorum non est, ad civium improborum pœnam sortiri: hujus igitur animadversionis rationem ad censores transferri non oportuit. Est autem argumentum a contrariis.

<sup>d</sup> *Verum omnes intelligimus]* Quod

duo iudices a censoribus notati sint, non id factum est ad imitationem consuetudinis militaris, sed ad favorem colligendum et jactantiam. Cum enim videret populus iudices accepisse pecuniam, Aquillium et Guttam notaverunt, quos ceteris nequiores existimabant.

<sup>e</sup> *A tribuno]* Quintio, de quo sæpe jam actum est.

trariam partem, laborabat. In invidiam<sup>10</sup> porro magnam illa judicia<sup>f</sup> venerant: etenim paucis postea mensibus alia vehemens erat in judiciis ex notatione tabularum<sup>11g</sup> invidia versata. Prætermitti a censoribus, et negligi macula judiciorum posse non videbatur. Homines,<sup>h</sup> quos ceteris vitiis atque omni<sup>12</sup> dedecore infames videbant, eos<sup>hac</sup> quoque subscriptione notare voluerunt, et eo magis, quod illo ipso tempore, illis censoribus,<sup>13i</sup> erant judicia cum equestri ordine communicata; <sup>14</sup> ut viderentur per hominum idoneorum<sup>k</sup> ignominiam sua auctoritate illa judicia<sup>l</sup> cum equestri ordine<sup>15m</sup> reprehendisse. 131. Quodsi hanc apud eos ipsos censores<sup>16</sup> mihi aut alii causam agere licuisset; [*p.* 45.] hominibus tali prudentia<sup>17</sup> certe probavissem (res enim indicat) nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti: <sup>18</sup> ex tota

//////////

cum Oliv. et Lall. *multitudini illicitum est contra dicere*, ut est in quatuor Oxon. Mss. Ant. Augustinus emendavit *multitudini: nemini licitum erat contra dicere*: Golielm. conj. *multitudini: nulli licitum est contra dicere*: Orell. e Taur. edidit, *multitudini: nemini licitum est contra dicere*. Ceteri ut Ern. Grævius deleri maluit *est*, (quod in  $\chi$  deest) et subintelligi *erat*. Pantagathus maluit *esse*.—10 C S, Ven. 1480. 1483. *In invidia:  $\chi$  Invidia sine præpositione*. Pro *magnam illa* C S  $\chi$  habent *magna milia*; H *magnam vilia*. In Ven. 1480. et 1483. *magna in mulcta illa judicia*.—11 Orell. e Taur. edidit *tabellarum*, ut Garaton. volebat—12 In  $\chi$  deest *omni*. Pro *infames* in C S  $\chi$  *infami*.—13 Ern. scribi jubet, aut *illis ipsis cens*. aut *iisdem cens*.—14  $\psi$  *commutata*.—15 Orellius auctoritate Taur. delevit verba *cum equestri ordine*, ut volebat Ern. Dein  $\chi$  *reprehendisset*.—16 C *apud ipsos cens*. Taur. et Orell. *apud eosdem ipsos cens*. Mox, pro *alii*, quod in  $\chi$  deest, C habet *illi*.—17 Post *prudentia* Orellius auctoritate Taur. addidit *præditis*.—18 C *cognitum, nihil compertim*. Tum *de tota ipsa subscr.* edd. ante Ern. qui e conj. edidit *de tota ista subscr.* et sic Beck.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Illia judicia*] Facta in causa Opianici judicia intelligit.

<sup>g</sup> *Ex notatione tabularum*] Ceris discolibus tabulæ notatæ sunt Horatensii oratoris improbitate, ut ei Cicero objicit in Divinatione: quando videlicet C. Junii causa acta est.

<sup>h</sup> *Homines*] Aquilium et Guttam.

<sup>i</sup> *Illis censoribus*] M. Crasso et Cn. Pompeio coss. A. U. C. 683. intermissum censoris munus relatam est, et censores Gellius et Lentulus creati sunt. Eodem anno L. Aurelius Cotta prætor legem tulit, ut senatores,

equites, et tribuni ærarii simul judicarent.

<sup>k</sup> *Hominum idoneorum*] Id est, qui digni essent censoria nota. Sumitur hic vox ista in malam partem, ut in Andria Terentii, ‘Adeon’ videmur vobis idonei, in quibus illudatis?’

<sup>l</sup> *Illia judicia*] Judicia senatorum dicit, qui ex Sullæ lege soli judicabant.

<sup>m</sup> *Cum equestri ordine*] Equites reprehendebant turpissima senatorum judicia.

ista subscriptione rumore quendam et plausum popularem esse quæsitum. Nam in P. Popillium,<sup>19</sup> qui Oppianicum condemnarat, subscripsit<sup>n</sup> L. Gellius, quod is pecuniam accepisset,<sup>20</sup> quo innocentem condemnaret. Jam id ipsum quantæ divinationis est,<sup>1</sup> scire innocentem fuisse reum, quem fortasse nunquam viderat, cum homines sapientissimi, iudices, ut nihil dicam de iis, qui condemnarunt, causa cognita,<sup>2</sup> sibi dixerint non liquere?

132. Verum esto. Condemnat Popillium<sup>3</sup> Gellius: iudicat, accepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus: nam Popillium, quod erat<sup>4</sup> libertini<sup>o</sup> filius, in senatum non legit: locum quidem senatorium ludis<sup>p</sup> et cetera ornamenta<sup>q</sup> relinquit,<sup>5</sup> et eum omni ignominia liberat: quod cum facit, iudicat, ejus<sup>r</sup> sententia<sup>6</sup> gratis esse Oppianicum condemnatum. Et eundem Popillium postea Lentulus in ambitu iudicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare, si neque L. Gellii iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione<sup>7</sup><sup>s</sup> contentus fuit Gellius; et, si uterque censor censoris opinione standum non putavit;<sup>8</sup> quid est, quamobrem quisquam nostrum censorias subscriptiones



Weiske, Schutz. et Orell.—19 *L. Popillium* edd. ante Ern. qui e conj. Ursini cum Beck. Weiske, Schutz. et Orell. edidit *P. Popillium*, ut est in Ms. Bergeri. Supra, in Mss. modo *C.* modo *P. Pop.* dicitur.—20  $\chi$  *cepisset*.—1 Idem Ms. *quantæ damnationis est*.—2  $\chi$  *causam cognitam*. Tum *dixerunt* C H S  $\chi$ .—3 Pro *Popillium*  $\psi$  habet *Publius*.—4 Idem Ms. *cur erat*.—5 Lamb. 1566. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *relinquit*. Ceteri *reliquit*. Dein pro *eum* in  $\psi$  legitur *cur*.—6 C H S  $\chi$   $\psi$  *sententiæ*. Tum  $\chi$  *gratis*.—7 *Existi-*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Subscripsit*] Ut in aliquem animadvertere, sic et subscribere in aliquem dicitur.

<sup>o</sup> *Libertini*] Qui ex justa servitute manumissi erant, libertini dicebantur.

<sup>p</sup> *Ludis*] Spectabant senatores in cavea, qui locus ad theatri radices scenæ proximus erat; inde proximi quatuordecim theatri gradus, ut comodiore, sic honestiores habebantur: in iis autem, et in ceteris altio-

ribus, plebs cum equitibus spectare solita erat.

<sup>q</sup> *Ornamenta*] Ornamenta dignitatis sunt latus clavus, lunatus calceus, toga prætexta, sella curulis, &c.

<sup>r</sup> *Ejus*] Dum liberat Popillium ab omni infamia Lentulus censor, indicat Oppianicum a Popillio, non accepta pecunia, condemnatum esse.

<sup>s</sup> *Lentuli existimatione*] Nam gratis eum condemnasse Lentulus existimabat.

omnes fixas et<sup>9</sup> in perpetuum ratas putet esse oportere?

XLVIII. 133. At in ipsum<sup>10</sup> Avitum<sup>1</sup> animadverterunt. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ, non dicam vitium, sed erratum: neque enim hoc homine sanctor, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam potest: neque illi aliter dicunt: sed eandem illam famam iudicii corrupti secuti sunt. Neque ipsi secus existimant, quam nos existimari<sup>11</sup> volumus, de hujus pudore,<sup>12</sup> integritate, virtute: sed putarunt prætermitti accusatorem non potuisse, cum animadversum esset in iudices. Qua de re tota si unum factum ex omni anti-quitate protulero, plura non dicam. 134. Non enim mihi exemplum summi et clarissimi viri, P. Africani, prætereundum videtur; qui cum esset censor,<sup>13</sup> et in equitum censu<sup>x</sup> C. Licinius Sacerdos<sup>13</sup> prodiisset; clara voce, ut omnis concio audire posset,<sup>14</sup> dixit, se scire, illum verbis conceptis pejerasse; si quis<sup>15</sup> contra dicere vellet, usurum esse eum suo testimonio. Deinde cum contra nemo diceret, jussit equum traducere.<sup>y</sup> Itaque is, cujus arbitrio



mationi C H χ: æstimationi ψ.—8 H χ ψ standum ne put.—9 Omnes non est in χ, nec copulæ et in ψ.

CAP. XLVIII. 10 χ Au in ipsum.—11 Sex Oxonn. Mss. existimare.—12 χ de hujus pondere.—13 Idem Ms. C. Lucinius Sacerdos. Tum ψ prodiret.—14 C possit. In C H χ deest dixit.—15 Ven. 1480. Junt. et Orell. si qui.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> At in ipsum Avitum] Occupatio quam diluit, rejecta consequentia.

<sup>13</sup> Esset censor] A. U. C. 611. Africanus censor fuit.

<sup>x</sup> Censu] Censum primus apud Romanos Servius Tullius rex intulit. Postea autem tum per consules, tum per dictatores, tum denique per censores, qui A. U. C. 310. ad id creati sunt a populo, factus est. Itaque apud censores nomina sua, uxorum, liberorum, libertorum, servorumque suorum, jurejurando dato, profitebantur. Præterea ætatem omnium,

regionem quam habitarent, et fortunarum suarum æstimationem deferebant.

<sup>y</sup> Equum traducere] Jussit Sacerdoti Scipio equum ulterius traducere, quia contra eum nemo dicebat. Lege Val. Max. lib. iv. tit. de Animi Moderatione, ubi sic de illa animadversione ait: 'Cum C. Licinium Sacerdotem accusare nullus vellet, tum Scipio, Traduc equum, inquit, Sacerdos; et lucri fac censoriam notam, ne ego in tua persona, et accusatoris, et testis, et censoris, et iudicis

et populus Romanus et exteræ gentes contentæ esse consueverant,<sup>16</sup> ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. Quodsi hoc Avito facere licuisset,<sup>2</sup> facile, illis ipsis iudicibus, et falsæ suspicioni, et invidiæ populariter excitatæ<sup>a</sup> restitisset.

135. Unum etiam est,<sup>b</sup> quod me maxime conturbat, cui loco respondere posse vix videor, quod elogium<sup>17 c</sup> recitasti de testamento Cn. Egnatii, patris, hominis honestissimi,<sup>d</sup> videlicet, et sapientissimi: idcirco se exhæredasse filium, quod is ob Oppianici damnationem<sup>18</sup> pecuniam accepisset. De cuius hominis levitate et inconstantia<sup>19</sup> plura non dicam. Hoc testamentum ipsum, quod recitas, ejusmodi est, ut ille, cum eum filium<sup>20</sup> exhæredaret, quem oderat, ei filio cohæredes homines alienissimos<sup>e</sup> conjungeret,<sup>1</sup> quem diligebat. Sed tu,<sup>2</sup> Atti, consideres, censo, diligenter, utrum censorum iudicium grave velis esse an Egnatii. Si Egnatii;<sup>3</sup> leve est, quod censores de ceteris subscripserunt; ipsum enim Cn. Egnatium, quem tu gravem esse vis, ex senatu<sup>4</sup> eiecerunt.<sup>f</sup> Sin autem censorum; hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione



16 *Consueverant* Junt. et Orell. *consueverant* Oliv. Ern. Beck. Schutz. *consueverunt* ceteri, etiam Weiske. Dein *scientia* Mss. plerique, Ven. 1480. 1483. Junt. Ern. Beck. Schutz. *conscientia* ceteri, etiam Weiske et Orell.—17 Lamb. legi jussit *elegium* vel *eclogium*. Mox in T *de testimonio*.—18 Sex Oxonn. Mss. Ven. 1480. et 1483. *ad Opp. damn.*—19 T *lev. et instantia*. Mox idem Ms. *Hoc testimonium*.—20  $\chi$  *ejus filium*.—1 Mss. Lambini *adjungeret*.—2  $\chi$  *Sed ut*.—3 C et  $\chi$  *Egnatii*. *Si Egnatii*.—4 Quintil. v. 3. hunc locum lau-

#### NOTÆ

partes egisse videar.<sup>7</sup> Hinc autem probat Cicero censorum notis standum non esse, cum ne suo quidem iudicio P. Scipio censor steterit.

<sup>2</sup> *Hoc Avito facere licuisset*] Id est, si licuisset Scipioni erga Avitum facere, quod erga Sacerdotem fecit, facile malæ de se conceptæ opiuiioni restitisset.

<sup>a</sup> *Excitatæ*] Quintii concionibus hæc invidia concitata fuerat.

<sup>b</sup> *Unum etiam est*] Refutat quod

secundum videlicet objiciebatur ab Attio.

<sup>c</sup> *Elogium*] Elogium testificatio est honorifica, qualis vulgo in monumentis aut statuis inscribatur.

<sup>d</sup> *Hominis honestissimi*] Ironice.

<sup>e</sup> *Alienissimos*] Alienissimus est, qui nullo consanguinitatis aut affinitatis nomine conjunctus est.

<sup>f</sup> *Ex senatu eiecerunt*] Immerito itaque eiecerunt.



exhæredavit,<sup>5</sup> censores in senatu, cum patrem ejicerent,<sup>6</sup> retinuerunt.<sup>8</sup>

XLIX. 136. At enim senatus<sup>h</sup> universus judicavit, illud corruptum esse judicium. Quomodo? suscepit causam. [p. 46.] An potuit rem delatam ejusmodi repudiare? cum tribunus plebis,<sup>7</sup> populo concitato, rem pæne ad manus revocasset; cum vir optimus, et homo innocentissimus, pecunia circumventus esse diceretur; cum invidia flagraret<sup>i</sup> ordo senatorius; potuit nihil decerni? potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo reipublicæ repudiari? At quid est decretum?<sup>8</sup> quam juste! quam sapienter! quam diligenter! ‘Si qui sint,<sup>9</sup><sup>k</sup> quorum opera factum sit, ut judicium publicum corrumpetur.’ Utrum videtur<sup>10</sup> senatus id factum judicare; an, si factum sit, moleste graviterque ferre? Si ipse A. Cluentius sententiam<sup>11</sup> de judiciis rogaretur, aliam non diceret, atque ii dixerunt, quorum sententiis Cluentium condemnatum esse dicitis. 137. Sed quæro a vobis, num istam legem ex isto senatus consulto L. Lucullus consul,<sup>12</sup><sup>1</sup> homo sapientissimus, tulerit? num anno post<sup>m</sup> M. Lucullus et C. Cassius, in

‡ *Ad concertationem.*

//////////

dans, scribit *de sen.*, ut est in Ms. Barb. Mox omnes Mss. Quintiliani l. 1. habent *Sin autem censorium*, et sic Naug. Hervag. Cam. Lamb.—5 C H χ ψ *exheredat*.—6 *Ejicerent* Quintil. Spaldingii. Aliæ edd. et Mss. *ejecissent*.

CAP. XLIX. 7 ψ *tribuno plebi*; et H χ *populo concito*.—8 H S T *Aut quid est decr.* In edd. Grut. Oliv. Lall. omittuntur verba *quam juste*, errore typographico, ut ait Orell.—9 Pro vulg. *sunt*, Ern. c conj. edidit *sint*, quem Beck. et Schutz. secuti sunt. Dein T *quorum operam*.—10 χ *corrumpetur*. *Utrum videretur*.—11 H *sententia*.—12 In χ *deest consul*. Post *tulerit* Beck. c Mss. nonnullis, Ven. 1483. Hervag. non colon, sed interrogandi notam

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Retinuerunt*] Qui tamen ejiciendus erat.

<sup>h</sup> *At enim senatus*] Diluit quod ab Attio dictum fuerat, senatum, populo deferente, causam suscepisse, ac fecisse senatusconsultum.

<sup>i</sup> *Invidia flagraret*] Judiciorum in-

famia senatus laborabat, nondum Aurelia lege lata.

<sup>k</sup> *Si qui sint*] Verba sunt senatusconsulti.

<sup>1</sup> *L. Lucullus consul*] Lucullus A. U. C. 679. consul fuit.

<sup>m</sup> *Anno post*] Nempe 680.

quos, tum consules <sup>13</sup> <sup>n</sup> designatos, idem illud senatus <sup>14</sup> decreverit? Non tulerunt: et quod tu Aviti pecunia<sup>o</sup> factum esse arguis, neque id ulla vel <sup>15</sup> tenuissima suspitione confirmas, factum est primo illorum æquitate et sapientia consulum,<sup>16</sup> ut id, quod senatus decreverat, ad illud invidiæ præsens incendium restinguendum, id postea referendum <sup>17</sup> ad populum non arbitrarentur. Ipse deinde populus Romanus, qui L. Quintii tribuni plebis fictis querimoniis antea concitatus,<sup>18</sup> rem illam et rogationem <sup>1</sup> flagitarat, idem C. Junii filii, pueri parvuli, lacrymis commotus, maximo clamore <sup>19</sup> et concursu totam illam legem et quæstionem <sup>i</sup> repudiavit. 138. Ex quo intelligi potuit id, quod sæpe dictum est; ut mare,<sup>p</sup> quod sua natura tranquillum sit,<sup>20</sup> ventorum vi agitari atque turbari; sic et <sup>1</sup> populum Romanum sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, ut violentissimis tempestatibus,<sup>2</sup> concitari.

L. Est etiam reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter pæne<sup>q</sup> præterii: mea enim esse dicitur. Recitavit

<sup>h</sup> *Senatusconsultum et legem.*

<sup>i</sup> *Causum.*



posuit. Mox *M.* ante *Lucullus* edd. nonnullæ omittunt.—13 Edd. quædam *cum consules*. Pro verbis in quos, tum consules designatos, Manutius, locum corruptum esse ratus, coniecit, *ii quis tum consulibus designatis*.—14 In  $\chi$  deest *senatus*. Dein edd. nonnullæ ante Ern. ita interpungunt, *decreverit, non tulerunt, sive decreverit. Non tulerunt*.—15 C H S T  $\chi$  et edd. ante Ald. non habent *vel*.—16 H *consilium*.—17 *Perferendum* Franc. 1. 2. Dresd. Pariss. sex Oxonn. Mss. edd. pr. Ven. 1483. Junt. Crat. *proferendum* Steph. *ferendum* placebat Manutio et Beckio. Vid. Nott. Varr.—18 T et Lamb. 1566. *incitatus*:  $\psi$  *concitatis*. Mox, pro *rogationem* in T *rogatus*.—19 C  $\chi$  *max. pro clamore*. Pro *concursu* T habet *cursu*.—20 H *tranq. est*.—1 Idem Ms. *si et*. Tum C *populus R.* Paulo post, C H S  $\psi$ , Franc. 1. Rom. 1480. Ven. 1483. Med. Junt. Ald. *pacatum*:  $\chi$  *paratum*. Marius Victorinus in lib. 1. de Inv. c. 43. locum ita laudat, *sic rempublicum sua sponte placatam hominum, &c.* unde Schutz. delevit esse. Vulg. *placatum*.—2 C T  $\chi$  *et viol. temp.*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Tum consules*] Videtur indicare M. Lucillum et Cassium ex illis iudicibus fuisse, qui Oppianicum condemnarunt.

<sup>o</sup> *Quod tu Aviti pecunia*] Refutat Cicero quod Attius dixerat, nempe

consules accepisse pecuniam a Cluentio, ut ex isto senatusconsulto legem non ferrent.

<sup>p</sup> *Ut mare*] Similitudo, qua et ipse Scipio usus est. Lege Liv. lib. xxxviii.

<sup>q</sup> *Turpiter pæne*] Ironia.

ex oratione, nescio qua,<sup>r</sup> Attius, quam meam esse dicebat, cohortationem quandam iudicum ad honeste<sup>3</sup> iudicandum,<sup>s</sup> et commemorationem tum aliorum<sup>4</sup> iudiciorum, quæ probata non essent,<sup>5</sup> tum illius ipsius iudicii Juniani: perinde quasi ego non ab initio hujus defensionis dixerim, invidiosum<sup>u</sup> illud fuisse iudicium; aut, cum de infamia iudiciorum<sup>6</sup> disputarem, potuerim illud, quod tam popolare esset, in illo tempore præterire. 139. Ego vero, si quid ejusmodi dixi, neque cognitum commemoravi, neque pro testimonio dixi; et illa oratio potius temporis mei, quam iudicii et auctoritatis fuit. Cum enim accusarem, et mihi initio<sup>7</sup> proposuissem, ut animos<sup>8</sup> et populi Romani et iudicum commoverem; cumque omnes offensiones iudiciorum<sup>x</sup> non ex mea opinione, sed ex hominum rumore proferrem; istam rem, quæ tam populariter esset agitata, præterire non potui. Sed errat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates nostras consignatas<sup>k</sup> se habere arbitratur: omnes enim illæ orationes, causarum<sup>y</sup> et temporum sunt, non hominum ipsorum ac patronorum.<sup>9</sup> Nam, si causæ ipsæ pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. Nunc adhibemur, ut ea dica-

<sup>k</sup> *Certas.*

//////////

CAP. L. 3 H et honeste. Mox C commemoratione.—4 Ern. e conj. edidit aliorum; et sic Beck. Schutz. et Orell. Ceteri illorum.—5 Verba quæ probata non essent desunt in χ et ψ. ‘Judicii suspectum est Ernestio. Elegantius abesset.’ Beck. Dein proinde sex Oxonn. Mss. et ed. Lamb.—6 Post iudiciorum Lamb. 1566. Oliv. Lall. inserunt quæ probata non essent.—7 χ et mihi in initio.—8 C animo. In ψ populum Romanum et iudicium.—9 T, Junt. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Ex oratione, nescio qua*] Intelligit per hanc orationem suam primam actionem in Verrem, quem unum accusaverat: fingit autem excidisse ex sua memoria, quid in iudicio dixerit.

<sup>s</sup> *Ad honeste iudicandum*] Hortatus fuerat iudices ne pecunia corrupti a Verre turpiter iudicarent.

<sup>3</sup> *Quæ probata non essent*] Probata

non erant, quia facta fuerant, accepta pecunia.

<sup>u</sup> *Invidiosum*] Ob invidiam quam Quintius excitaverat.

<sup>x</sup> *Offensiones iudiciorum*] Id est, iudicia corrupta, propter quæ populus non mediocriter offensus erat.

<sup>y</sup> *Orationes causarum*] Orationes causis et temporibus debent accommodari.

mus,<sup>15</sup> non quæ nostra auctoritate constituentur, sed quæ<sup>14</sup> ex re ipsa causaque ducantur. 140. Hominem ingeniosum,<sup>2</sup> M. Antonium,<sup>12</sup> aiunt solitum esse dicere, idcirco se nullam unquam<sup>13</sup> orationem scripsisse,<sup>3</sup> ut, si quid aliquando, quod non opus esset, ab se esset dictum,<sup>14</sup> posset se negare dixisse: [p. 47.] perinde<sup>15</sup> quasi, quid a nobis dictum, aut actum sit, id nisi literis mandaverimus, hominum memoria non comprehendatur. LI. Ego vero in isto genere libentius cum multorum, tum hominis<sup>16</sup> eloquentissimi et sapientissimi, L. Crassi,<sup>b</sup> auctoritatem sequor, qui cum L. Plancium<sup>17</sup> defenderet, accusante M. Bruto,<sup>c</sup> homine<sup>18</sup> in dicendo vehementi et calido,<sup>19</sup> cum Brutus, duobus recitatoribus<sup>1</sup> constitutis, ex duabus ejus orationibus capita alterna, inter se contraria, recitanda<sup>m</sup> curasset; quod in dissuasionem rogationis ejus,<sup>20</sup> quæ contra coloniam Narbonensem<sup>d</sup> ferebatur, quantum potest, de auctoritate

<sup>1</sup> Lectoribus.<sup>m</sup> Alternatim recitata.

*ips. aut patr.*—10  $\chi$  Non adhib. et, ut ea dic. In  $\chi$  ea omittitur.—11  $\chi$  si quæ. Mox,  $\chi$ , Ms. ap. Lamb. Ven. 1483. Cam. Hervag. dicantur, prob. Lamb.—12  $\chi$  omittit M. Antonium.—13 Lamb. se nunquam ullam.—14 Mss. plerique, Ven. 1480. 1483. Crat. Hervag. Steph. Lamb. ut si quid aliquando non opus esset ab se esse dictum, prob. Garaton.—15 C H S T  $\chi$   $\psi$ , Lamb. proinde. C H S  $\chi$   $\psi$  omittunt quasi. Tum Lamb. quod a nobis dict. In ed. Ven. 1480. omittuntur verba aut actum.

CAP. LI. 16 C H S  $\chi$   $\psi$  cum mult. hominum, tum hom. &c. Post sapientissimi H addit viri.—17 'L. Plancium] Aut hic Cn. Plancum, aut in l. II. de Orat. L. Plancium scribi voluit Ursinus. Atque Lall. edidit Cn. Plancium. [Sic etiam Schutz.] Id prænomen in nulla ed. h. l. Plancum autem in Ven. 1483. legi testatur Garaton. (Plancum etiam C H S.) Emendavit Lall. ex l. II. de Orat. c. 51. unde Quintil. VI. 3. habet. Apud enim tamen pro Cn. Planci Goth. et Barb. codd. legunt C. Planci, et ed. Jens. Cui Planci; unde Garaton. existimat ex Cn. ortum C. atque ex hoc L.' Beck.—18  $\chi$  homo.—19 Ern. Beck. Weiske, Schutz. e conj. Victorii, Varr. Lect. xxx. 6. dede-

## NOTÆ

<sup>2</sup> Hominem ingeniosum] Vim ejus ingenii incredibilem laudat in lib. I. de Oratore.

<sup>3</sup> Nullam unquam orationem scripsisse] In libro de Claris Oratoribus rationes refert, quare plerique non scripserint.

<sup>b</sup> L. Crassi] L. Crassus ætatis suæ fuit eloquentissimus. De eo in Claris

Orat.

<sup>c</sup> M. Bruto] Brutus accusator fuit vehemens et molestus, qui et, ipso Cicero referente in lib. II. de Off. accusator dictus est.

<sup>d</sup> Coloniam Narbonensem] Cum lex ferretur, ne Martius Narbo colonia fieret, eam legem dissuasit L. Crassus: de quo Cicero sic in lib. de

senatus detrahit; in suasionem legis Serviliæ<sup>e</sup> summis ornat senatum laudibus; et multa<sup>1</sup> in equites Romanos cum ex ea oratione asperius dicta recitasset, quo animi illorum iudicium<sup>2</sup> in Crassum incenderentur; aliquantum esse commotus<sup>3</sup> dicitur. 141. Itaque in respondendo primum exposuit utriusque rationem temporis,<sup>f</sup> ut oratio<sup>4</sup> ex re et causa habita videretur: deinde, ut intelligere posset Brutus, quem hominem, et non solum qua eloquentia, verum etiam quo lepore<sup>5</sup> et quibus facetiis præditum lacesisset; tres et ipse<sup>5</sup> excitavit recitatores cum singulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accusatoris, de jure civili reliquit.<sup>6</sup> Eorum initia cum recitarentur, ea, quæ vobis nota esse arbitrator: 'Forte evenit, ut ruri in Privernate<sup>7h</sup> essemus, ego et Brutus filius:' fundum Privernatem flagitabat.<sup>i</sup> 'In Albano<sup>k</sup> eram ego et Brutus filius:' Albanum posebat. 'In Tiburte<sup>8l</sup> forte cum assedissemus,<sup>9</sup> ego et Brutus fili-

runt calido. Ceteri callido.—20  $\chi$  rog. ipsius.—1 C senatus laud. : et multas.—2  $\chi$  iudicium.—3 Idem Ms. amotus.—4 H  $\chi$  ut ratio. Dein  $\chi$  et ed. Lamb. repetunt ex ante causa. Porro in  $\chi$  deest habita.—5 Verba et ipse non sunt in  $\chi$ .—6  $\chi$  accusatores de jure rel., omisso civili.—7 'Privernati auctoritate Prisciani l. vii. et Quintil. vi. 3. reposui pro vulg. Privernate, atque legitur ita in l. ii. de Orat. c. 54.' Beck. quem Schütz. et Orell. secuti sunt. Ceteri Privernate.—8 'Tiburti] Ita pro vulg. Tiburte, ex Ms. Vict. Franc. 1. C H S  $\chi$ , Ven. 1480. 1483. Naug. Mannt. reposui, atque ita etiam l. ii. de Orat. c. 54. legitur, unde Quintil. vi. 3. habet.' Beck. quem Weiske, Schütz. et Orell. sequuntur.—9  $\psi$  sedissemus. Verba ego et Brutus filius in C H S  $\chi$   $\psi$

## NOTE

Clar. Orat. 'Voluit in colonia Narbonensi causæ popularis aliquid attingere, eamque coloniam, ut fecit, ipse deducere: extat in eam legem lenior, ut ita dicam, quam illa ætas ferebat, oratio.'

<sup>e</sup> *Legis Serviliæ*] Q. Servilius Cæpio, cos. A. U. C. 647. legem tulit qua voluit ut iudicia inter equites et senatum communicarentur: de qua lege multa Cicero habet in Bruto.

<sup>f</sup> *Utriusque temporis*] Tempus significat quo videlicet dissuadebat legem, quæ contra coloniam Narbonensem ferebatur, et quo suadebat legem Serviliam.

<sup>g</sup> *Quo lepore*] In Crasso multum leporem fuisse Cicero scribit in lib. 1. de Off.

<sup>h</sup> *In Privernate*] A Priverne Privernates. Priverne autem urbs est in Latio circa Ufentem fluvium et forum Appii.

<sup>i</sup> *Flagitabat*] Scilicet Crassus; sciebat enim hoc et reliqua prædia Brutum vendidisse, quæ a patre habuerat.

<sup>k</sup> *In Albano*] Albanum, Latii oppidum circa Velitras, ab urbe Roma ad 20. millia passuum Via Appia distans.

<sup>l</sup> *In Tiburte*] Tibur civitas in Sa-

us: Tiburtem fundum requirebat: Brutum autem, hominem sapientem, quod filii nequitiam videret, quæ prædia ei relinqueret, testificari dicebat<sup>m</sup> voluisse.<sup>10</sup> Quodsi potuisset honeste scribere,<sup>n</sup> se in balneis cum id ætatis<sup>n</sup> filio fuisse,<sup>11</sup> non præterisset: eas se tamen ab eo balneas non ex libris patris, sed ex tabulis et ex censu<sup>o</sup> quærere. Crassus tum ita Brutum<sup>12</sup> ultus est, ut illum recitationis suæ poeniteret: moleste enim fortasse tulerat,<sup>13</sup> se in iis orationibus reprehensum, quas de republica habuisset: in quibus forsitan magis requiratur constantia. 142. Ego autem illa recitata esse<sup>14p</sup> non moleste fero: neque enim ab illo tempore, quod tum erat,<sup>q</sup> neque ab ea<sup>15</sup> causa,<sup>r</sup> quæ tum agebatur,<sup>16</sup> aliena fuerunt: neque mihi quicquam oneris suscepi, cum ista dixi,<sup>s</sup> quo minus honeste hanc causam et libere possem defendere. Quodsi velim confiteri, me causam A. Cluentii nunc cognoscere,<sup>17</sup> antea fuisse in illa opinione populari; quis tandem id possit reprehendere? præsertim, iudices, cum a vobis quoque ipsis hoc impetrare<sup>18</sup>

<sup>m</sup> *Ejus ætatis.*

//////////

desunt. In ed. Oliv. isto ordine leguntur, *ego et filius Brutus.*—10 Junt. Lamb. *voluisse dicebat.*—11  $\chi$  *si in baln. cum id æt. filius fuisse:* Franc. I. *se in baln. id æt. cum filio fuisse.* Dein Grævius et alii addunt *eas* verbo *præterisset*, et post *eas* colon ponunt. Porro, Ern. verba *ab eo* cum Franc. I. deleri jubet. Garaton. potius *eas* omitti, quam illa verba jubet.—12  $\chi$  *quæreret.* *Crassum tum ita Brutus.*—13 C *tulerit.*  $\psi$  caret præpositione ante *iis.*—14 Sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. omittunt *esse*, non improb. Orell.—15 *Ea* non est in C.—16 H *agitabatur.*—17 C H S  $\chi$ , Lamb. et Orell. *cognosse:* et  $\psi$  *ante fuisse.*—18 Sex Oxonn. Mss. et edd. ante Lamb.

#### NOTÆ

binis, decimosexto ab urbe lapide, crebris fontibus irrigua. Oppidum autem illud a Tiburto, Amphiarai filio, conditum est, et ab eo denominatum.

<sup>m</sup> *Dicebat*] Nempe L. Crassus.

<sup>n</sup> *Honeste scribere*] Apud Romanos, ut scribit Cicero lib. i. de Off. cum parentibus filii puberes, cum soceris generi non lavabantur.

<sup>o</sup> *Ex tabulis et ex censu*] Censores cum civium bona censebant, quæ

eiusque bona essent, in tabulas referrebant.

<sup>p</sup> *Recitata esse*] Ab Attio.

<sup>q</sup> *Quod tum erat*] Cum Verrem accusavit: magna enim erat tum iudiciorum infamia.

<sup>r</sup> *Neque ab ea causa*] Causam Verri intelligit; qui Verres sperabat corrupto iudicio se absolvendum fore, cum ipsi designatus consul Hortensius faveret.

<sup>s</sup> *Ista dixi*] Contra Verrem.

sit æquissimum, quod ego et ab initio<sup>19</sup> petivi, et nunc peto, ut, si quam huc graviorem de illo iudicio opinionem attulistis, hanc, causa perspecta,<sup>20</sup> atque omni veritate cognita, deponatis.

LII. 143. Nunc, quoniam ad omnia, quæ abs te dicta sunt, T. Atti, de Oppianici damnatione respondi; confiteare necesse est, te opinionem multum fefellisse, quod existimaris, me causam A. Cluentii non fact<sup>o</sup> ejus, sed lege defensurum. Nam hoc persæpe dixisti,<sup>1</sup> tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. Itane est?<sup>2</sup> ab amicis videlicet<sup>2</sup> imprudentes prodimur? et est nescio quis<sup>3</sup> de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra consilia ad adversarios deferat? Quisnam tibi hoc renuntiavit? quis tam improbus fuit? Cui ego autem narravi? Nemo, ut opinor, in culpa est: sed<sup>4</sup> nimirum tibi istuc lex ipsa<sup>5</sup> renuntiavit. Sed num tibi<sup>5</sup> ita defendisse videor, ut tota in causa mentionem ullam fecerim legis? [p. 48.] num secus hanc causam defendissem, hac si lege Avitus teneretur? certe, ut hominem<sup>x</sup> confirmare oportet,<sup>6</sup> nullus est locus a me purgandi<sup>7</sup> istius invidiosi criminis prætermisus. 144. Quid ergo est? quæret fortasse quispiam, displiceatne mihi, legum præsidio<sup>8</sup> a

<sup>o</sup> Innocentia.

cum Orell. impetrari.—19 T quod ab initio, omissis ego et.—20 C perfecta.

CAP. LII. 1 Apud Quintilianum, v. 13. Burman. est dixi, ubi Ms. Goth. dixit, et Barber. dixi.—2 Pro videlicet in χ legitur usque.—3 Val-la in Ms. Barber. Quintil. loco laudato emendavit nescio qui. In χ est quid.—4 Omnes Mss. Quintiliani omittunt sed. In C legitur si. Mox C et T istunc. Porro χ lex ista.—5 T sed unum tibi. Paulo post, C H S χ ψ, Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. mentionem nullam. Memmius et Lamb. coniecerunt ita legend. Sed non tibi . . . mentionem nullam, prob. Ern. Dein 'χ non secus hanc causam: Lamb. legi vult, nec secus hanc causam def., aut potius, non secus hanc causam defendissem, si lege, &c. Nimirum in nonn. edd. est defendisse, at Lamb. se in suis Mss. reperisse docet defendissem: atque id etiam in al. libb. et edd. pr. legitur. Franc. I. non secus hanc causam defendissem, hac si lege teneretur?' Beck. Orell. edidit defendisse. Denique æ si lege Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Grut. et Orell. Coniecit Gulielm. etsi lege.—6 Verba ut hom. conf. oportet Grævio et Weiskio suspecta sunt.—7 χ repugandi.—8 Pro præsidio in H est periculo. Tum capitis periculum Ms.

#### NOTE

<sup>1</sup> Itane est] Festive Attium irridet.

<sup>5</sup> Lex ipsa] Id est, lex ipsa te cer-

torem fecit, quasi pro seipsa loqueretur.

<sup>x</sup> Hominem] Cluentium.

capite periculum propulsare. Mihi vero, iudices, non displicet: sed utor instituto meo. In hominis honesti pudentisque<sup>9</sup> iudicio,<sup>y</sup> non solum meo consilio uti consuevi, sed multum etiam ejus, quem defendo, et consilio et voluntati obtempero. Nam, ut hæc ad me<sup>10</sup> causa delata est, qui leges eas, ad quas adhibemur, et in quibus versamur, nosse deberem; dixi Avito statim, de eo, 'qui<sup>11</sup> coisset, quo quis condemnaretur,'<sup>z</sup> illum esse liberum;<sup>p</sup> teneri autem nostrum ordinem. Atque ille me orare et obsecrare<sup>12</sup> cœpit, ut ne sese lege defenderem. Cum ego, quæ mihi viderentur, dicerem; traduxit<sup>7</sup> me ad suam sententiam: affirmabat enim lacrymans, non se cupidiorum esse<sup>13</sup> civitatis retinendæ,<sup>a</sup> quam existimationis. 145. Morem homini gessi:<sup>14</sup> et tamen idcirco feci, (neque enim id semper facere debemus) quod videbam, per se ipsam causam copiosissime sine lege<sup>15</sup> posse defendi. Videbam, in hac defensione, qua jam sum usus, plus dignitatis; in illa, qua me hic uti noluit,<sup>16</sup> minus laboris futurum. Quodsi nihil aliud esset actum, nisi ut hanc causam obtinerem;<sup>17</sup> lege recitata, perorassem.

LIII. Neque me illa oratio commovet,<sup>18</sup> quod ait Attius, indignum esse facinus, si senator iudicio quenquam<sup>19</sup> circumvenerit,<sup>b</sup> legibus cum teneri;<sup>20</sup> si eques Romanus hoc

<sup>p</sup> Non teneri lege.

<sup>7</sup> Traxit.



Lamb.—9 Edd. vett. cum Beck. Schutz. et Orell. *prudentisque*, prob. Ern.—10  $\psi$  a me.—11 Lamb. *statim capite eo, qui*. In T deest *qui*.—12 Steph. *orare atque obs*.—13 *Esse non est* in  $\chi$ .—14 In Franc. 1. *Morem homini vel gratia vel vi gessi*, prob. Grævio. Dein  $\chi$  et tandem *idcirco*.—15 *Sine lege copiosissime* Taur. Junt. et Orell.—16  $\chi$  et  $\psi$  *voluit*.—17 Taur. *obtinere*mus.

CAP. LIII. 18 Ern. e conj. cum Beck. Schutz. et Orell. *commovet*, ut est in Taur. *Ceteri commoveret*. Tum  $\chi$  *quod ut Attius*. Porro, auctore Lambino, quibusdam verbum *facinus* e glossemate additum esse videtur. Alii legi maluerunt *iniquum esse, si, &c.*—19 Orell. e Taur. *edidit quempiam*.—

#### NOTÆ

<sup>y</sup> *Hominis honesti pudentisque iudicio*] Loquitur de causa Cluentii.

<sup>z</sup> *Qui coisset, quo quis condemnaretur*] Citat caput legis, quæ agit contra eos qui inter se convenerunt de aliquo cive condemnando.

<sup>a</sup> *Civitatis retinendæ*] In exilium mittebantur beneficii damnati, quo si damnatus Cluentius fuisset, eo multatus fuisset.

<sup>b</sup> *Judicio quenquam circumvenerit*] *Judicio circumvenit non solum ju-*



idem fecerit,<sup>1</sup> non teneri. 146. Ut tibi concedam, hoc indignum esse, (quod cujusmodi<sup>2</sup> sit, jam videro) tu mihi concedas necesse est, multo<sup>3</sup> esse indignius, in ea civitate, quæ legibus teneatur,<sup>4</sup> discedi a legibus. Hoc enim vinculum<sup>5</sup> est hujus dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis. Mens, et animus, et consilium, et sententia civitatis, posita est in legibus. Ut corpora nostra sine mente; sic civitas sine lege, suis partibus, ut nervis,<sup>6</sup> ac sanguine, et membris, uti non potest. Legum ministri, magistratus; legum interpretes, iudices; legum denique idcirco omnes servi sumus,<sup>7</sup> ut liberi esse possimus. 147. Quid est, Q. Naso,<sup>c</sup> cur tu in isto loco<sup>8</sup> sedeas? quæ vis est, qua abs te hi iudices,<sup>9</sup> tali dignitate præditi, coëreantur? Vos autem, iudices, quamobrem ex tam magna multitudine<sup>10</sup> civium tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis? quo jure Attius, quæ voluit, dixit? cur mihi tamdiu<sup>d</sup> potestas dicendi<sup>11</sup> datur? quid sibi autem illi scribæ, quid lictores,<sup>e</sup> quid ceteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt? opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc iudicium (ut antea dixi<sup>12</sup>) quasi mente quadam regi legis,<sup>13</sup> et administrari. Quid ergo est? <sup>14</sup> hæc quæstio sola ita gu-

<sup>r</sup> Regatur.

<sup>s</sup> Tibi pareant.

20 Dresd. Franc. ed. pr. *legibus contineri*.—1  $\chi$  *fecerint*.—2  $\psi$  *ejusmodi*.—3 *Multo* non est in CS  $\chi$   $\psi$ .—4 Taur. Hervag. Cam. Grut. Græv. Oliv. Lall. Orell. *contineatur*. Ceteri *teneatur*.—5  $\chi$  *Hoc erat vinc.*—6 CHS  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1483. Junt. *et nervis*. Dein *et sanguine* Taur. Junt. Lamb.—7 Taur. *omnes servimus*.—8 *In hoc loco*  $\chi$   $\psi$ , Junt. Steph. *in hoc sexto loco*, vel *in hoc loco sexto*, CHS, Dresd. Franc. 1. 2. Ms. Viet. Pariss. Pall. septem, Ven. 1480. Grut. Græv. Oliv. et Lall. qui legi maluit *in hoc loco selecto*. Ceteri ut Ern.—9 C et  $\chi$  *ii jud.*—10 CHS  $\chi$   $\psi$ , Taur. Ven. 1483. Junt. et Orell. *ex tanta mult.* Crat. *ex tanta magna mult.*—11 Junt. et Lamb. *dicendi potestas*.—12  $\chi$ , Taur. et Orell. *ut ante dixi*.—13 Lamb. 1566. e conj. *lege regi*. Hinc Schütz. edidit *regi lege*, ut Ern. censebat legend. In edd. nonnullis deest *legis*.—

#### NOTE

dex corruptus, qui condemnat innocentem; sed et qui iudices corrumpit.

<sup>c</sup> Q. Naso] Naso prætor huic causæ præfuit.

<sup>d</sup> Tamdiu] Horæ duæ accusatori, et patrono tres datæ sunt, auctore Asconio in Miloniana.

<sup>e</sup> Quid lictores] Sex prætori dabantur lictores.

bernatur? quid M. Plætorii<sup>f</sup> et C. Flamini<sup>15g</sup> inter sicarios? quid C. Orchinii<sup>16</sup> peculatus?<sup>h</sup> quid mea de pecuniis<sup>i</sup> repetundis? quid C. Aquillii,<sup>k</sup> apud quem nunc de ambitu causa<sup>17</sup> dicitur? quid reliquæ quæstiones?<sup>1</sup> Circumspicite omnes reipublicæ partes: omnia legum imperio et præscripto<sup>18</sup> fieri videbitis. 148. Si quis<sup>19</sup> apud me te, T. Atti, reum<sup>m</sup> velit facere; <sup>20</sup> clames, te lege pecuniarum<sup>n</sup> repetundarum non teneri: neque hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ; sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio.<sup>1</sup> LIV. Nunc, quid agatur, et quid abs te juris constituatur, vide. Jubet lex ea, qua lege<sup>2</sup> hæc quæstio constituta est,<sup>o</sup> judicem quæstionis,<sup>p</sup> hoc est, Q. Vconium,<sup>3</sup> cum iis iudicibus, qui ei obvenerint,<sup>q</sup> (vos appel-

//////////

14 Taur. *Quid ergo, omisso est.*—15 H et S M. *Plætori et C. Flamini.*—16 Vid. Varr. Lectt. ad cap. 34.—17 Lamb. Grut. Grav. Verburg. *de ambitus causa*, errore typographico, ut aiunt Beck. et Orell.—18 *Proscripto* χ: *præsidio* C H S ψ et edd. nonnullæ.—19 C H S et Orell. *Si qui*: χ *Si quid.*—20 In χ *deest facere.* Tum *clamas* H et S. Porro χ *de lege.*—1 χ *sed peculii*; et ψ *non ligatum decl.*

CAP. LIV. 2 C ψ *in qua lege.* In Franc. 1. *deest lege.* Dein C *confutata est.*—3 C H S ψ *omittunt voces judicem quæst., hoc est.* Verba *hoc est, Q. Vconium* Schutzio suspecta sunt. In edd. 1471. Ven. 1480. Junt. legitur *com-*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Plætorii*] Plætorius Fonteium repetundarum accusavit.

<sup>g</sup> *Flamini*] Duo illi prætores constituti sunt, qui legi de sicariis præessent, propter eorum multitudinem; nam unus non sufficiebat.

<sup>h</sup> *Orchinii peculatus*] Loquitur de residuis pecuniis. Porro residuæ pecuniæ dicebantur, quæ apud eum, qui publicam pecuniam administrat, supererant; cum vel in usum publicum erogari, vel in ærarium referri deberent.

<sup>i</sup> *Quid mea de pecuniis*] Cicero prætor de repetundis damnavit C. Licinium Macrum, Calvi oratoris patrem.

<sup>k</sup> *Aquillii*] Aquilius jurisconsultus fuit celeberrimus, de quo dictum est in Orat. pro Quintio.

<sup>1</sup> *Reliquæ quæstiones*] De majestate, de falso, &c. prætores quærebant.

<sup>m</sup> *Atti, reum*] Repetundarum quæstionibus tunc Cicero prætor præsidebat.

<sup>n</sup> *Te lege pecuniarum*] Hic ridet Attium, quod neque magistratum gesserit, neque iudex, neque præfectus publicæ pecuniæ fuerit.

<sup>o</sup> *Qua lege hæc quæstio constituta est*] Cluentii causa non de corrupto iudicio, sed de veneno constituta est.

<sup>p</sup> *Judicem quæstionis*] Quandoque prætor iudex quæstionis dicebatur: immo sæpissime ille iudex quæstionis non erat, ut in causa Verris patuit.

<sup>q</sup> *Qui ei obvenerint*] Sorte iudices constituebantur.

lat, judices,) quærere de veneno. [p. 49.] In quem quærere? infinitum est. 'Quicumque fecerit,<sup>r</sup> vendiderit, emerit, habuerit, dederit.' Quid eadem lex statim adjungit? Recita. 'Deque<sup>4</sup> ejus capite quærito.'<sup>r</sup> Cujus? qui coierit?<sup>s</sup> convenerit? non ita est.<sup>t</sup> Quid ergo est? dic. 'Qui tribunus<sup>5</sup> militum legionibus quatuor primis,<sup>u</sup> quive quæstor<sup>6</sup> tribunus plebis.' Deinceps omnes magistratus nominavit.<sup>7</sup><sup>x</sup> 'Quive in senatu sententiam dixit, dixerit.' Quid tum?<sup>8</sup> 'Qui eorum coiit,<sup>y</sup> coierit,<sup>9</sup> convenit, convenerit, quo quis judicio<sup>10</sup> publico condemnaretur.' Qui eorum: quorum? videlicet, qui supra scripti sunt.<sup>z</sup> Quid interest, utro modo<sup>a</sup> scriptum sit?<sup>11</sup> Etsi est apertum, tamen ipsa lex docet. Ubi enim omnes mortales alligat, ita loquitur: 'qui venenum malum fecit,<sup>12</sup> fecerit.' Omnes viri, mulieres, liberi, servi in iudicium vocantur.<sup>13</sup> Si item de coitio-

<sup>r</sup> *Quære contra eum.*

pellat.—4 H S ψ et Ven. 1483. *De*, omisso *que*. Tum *capite Q. quærito* C S ψ et Ven. 1480. *capite Quinte quærito* H: *capite Qu. quærito* Ven. 1483. *capite quoque quærito* Junt. Præterea *ejus qui coierit* Crat. Hervag. Naug. Cam.—5 H *tribunis*.—6 C H S T ψ, Dresd. Franc. 1. 2. Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. *quive quæstores: χ quive quæstoris*. Tum ed. Vict. *tribuni plebis*.—7 *Nominatur* H S ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. *nominatur* C: *nominantur* e conj. dedit Orell.—8 H S χ *Qui tum*.—9 *Pro coierit* in χ *conjecit*.—10 C H χ *quo quisque jud.* Verba *quo quis jud. publ. cond.* suspecta erant Manutio.—11 ψ *vero modo*; et χ *scripti sint*. Dein H S χ ψ *compertum*.—12 *Fecit non est* in χ.—13 H

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Quicumque fecerit*] Verba sunt legis Sempronix, qua hæc quæstio constituta est.

<sup>s</sup> *Qui coierit*] Verba sunt Cicero- nis interpellantis recitantem præconem.

<sup>t</sup> *Non ita est*] Nam si ita esset, omnes homines alligaret, atque ita Cluentius comprehenderetur; sed eum hæc lege non teneri ipsa legis verba demonstrant.

<sup>u</sup> *Legionibus quatuor primis*] Legiones illæ ordinariæ dicebantur: duas enim legiones consules singuli habebant.

<sup>x</sup> *Deinceps omnes magistratus nomi-*

*navit*] Hoc dieit Cicero, ne longus nimis videatur, si præco omnes magistratus nomet.

<sup>y</sup> *Qui eorum coiit*] His verbis ostendit Cicero Cluentium hæc lege non teneri, cum neque esset magistratus, vel senator. Coire autem ii dicuntur, qui conscii sunt, et pecunia vel consilio impellunt, aut adjuvant judices, ut reum condemnent.

<sup>z</sup> *Qui supra scripti sunt*] Magistratus videlicet et senatores.

<sup>a</sup> *Utro modo*] Sive sint tribuni militum, sive tribuni plebis, quæstores, aliive magistratus.

ne voluisset, adjunxisset, 'quive<sup>14</sup> coierit.' Nunc ita est, 'Deque ejus capite quærito, qui magistratum habuerit, quive in senatu sententiam dixerit; qui eorum coiiit, coierit.' 149. Num is est Cluentius?<sup>15</sup> certe non est. Quis ergo est Cluentius? qui tamen defendi causam suam lege nolit.<sup>16</sup> Itaque abjicio<sup>17</sup> legem: morem Cluentio gero: tibi tamen, Atti, pauca, quæ ab hujus causa sejuncta sunt, respondebo. Est enim quiddam in hac causa, quod Cluentius ad se; est<sup>18</sup> aliquid, quod ego ad me putem pertinere. Hic sua putat<sup>19</sup> interesse, se re ipsa, et gesto negotio,<sup>b</sup> non lege defendi: ego autem mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab Attio videri esse superatum. Non enim mihi hæc causa<sup>20</sup> sola dicenda est.<sup>1</sup> Omnibus hic labor meus<sup>c</sup> propositus est, quicumque hac facultate defensionis contenti esse possunt.<sup>2</sup> Nolo quenquam eorum, qui adsunt, existimare, me, quæ de lege<sup>3</sup> ab Attio dicta sunt, si reticuerim, comprobare. Quamobrem, Cluenti, de te tibi obsequor:<sup>d</sup> neque ego legem recito, neque hoc loco pro te dico; sed ea, quæ a me desiderari arbitror, non relinquam.

Lv. 150. Iniquum<sup>e</sup> tibi videtur, Atti, esse, non iisdem legibus omnes teneri. Primum (ut id iniquissimum esse confitear) hujusmodi est, ut commutatis eis opus sit legi-



vocentur. Tum  $\chi$  Si ita de concione.—14 Qui ne  $\chi$ : nive Ven. 1480. 1483. inre C H T.—15 C H S T et Oliv. Num is Cluent.—16 Lamb. 1566. noluit.—17 Abjicio C: obiicio H: ab initio  $\psi$ .—18 C H  $\psi$  omittunt est. Mox in  $\chi$  deest putem.—19 Junt. Steph. Hic putat sua.—20 Causa non est in  $\chi$ .—1 'Dicenda est] In T desunt omnia ab his verbis usque ad verba c. 56. 'alligarentur, laborabant:' in  $\chi$  usque ad verba 'Avitus accusatur,' ibid. in ed. 1471. usque ad verba: 'accusarentur, qua nunc,' ibid. Atque eam lacunam in Mss. quibusdam esse Ern. ostendit.' Beck.—2 C possint.—3 H qua de lege.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Et gesto negotio] Id est, vult Cluentius defendi eo modo quo tota hæc res gesta est, quod scilicet iudices non corruperit.

<sup>c</sup> Labor meus] Defendendis omnibus, non soli Cluentio, se offert.

<sup>d</sup> De te tibi obsequor] Cum facto, non lege defendi, velit Cluentius, ob-

sequi se Cicero profitetur.

<sup>e</sup> Iniquum, &c.] Sensus est, iniquum esse dicis non iisdem legibus omnes teneri: quod tu dicis, iniquissimum esse confiteor, nempe leges commutare, et a legibus discedere. Utrumque accidet, si hac lege equester ordo teneatur.

bus, non ut iis, quæ sunt, non pareamus.<sup>4</sup> Deinde quis unquam hoc senator accusavit,<sup>5</sup> ut, cum altiore gradum dignitatis,<sup>u</sup> beneficio populi Romani esset consecutus, eo se putaret durioribus<sup>f</sup> legum conditionibus uti non<sup>6</sup> oportere? Quam multa sunt commoda, quibus caremus!<sup>8</sup> quam multa molesta ac difficilia, quæ subimus! atque hæc omnia tantum<sup>7</sup> honoris et amplitudinis commodis<sup>8</sup> compensantur. Convertite nunc<sup>9</sup> ad equestrem ordinem, atque in ceteros<sup>z</sup> ordines; easdem vitæ conditiones non perferent. Putant enim, minus multos sibi laqueos<sup>y</sup> legum, et conditionum, ac judiciorum propositos esse oportere, qui in<sup>10</sup> summum locum civitatis aut non potuerint<sup>h</sup> ascendere, aut non petiverint.<sup>11</sup> 151. Atque, ut omittam leges alias omnes, quibus nos tenemur, ceteri autem<sup>12</sup> sunt

<sup>u</sup> Magistratum.

<sup>z</sup> Plebeios.

<sup>y</sup> Pericula.

CAP. LV. 4 Sylvius corrigit, *Primum ut . . . confiteor, hujusm. est, ut comm. iis opus sit leg., ut iis, quæ sunt, non pareamus.* Pro eis in C legitur ejus. 'Vel eis vel legibus delendum est: prius videri potest ortum ex geminatione præcedentis syllabæ *tis*, alterum e gloss. Malim autem prius deleri, quod mirum mihi accidit etiam propter sequens *iis*, pro quo tamen lego *his*.' Orell. qui notavit locum ut corruptum. Vid. Nott. Varr.—5 Vulg. *hoc senator accusavit.* Lamb. 1566. *hoc sen. recusavit, quin quum, &c.* Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. *hoc sen. accusavit? ut quum, &c.* Lamb. conj. *hoc sen. recusavit, ut quo, &c.* Scheller. legi jubet *sibi arrogavit, vel sumsit, vel simile quid: hinc Schutz. edidit hoc sen. sibi arrogavit, ut quum, &c.* Beck. arbitratur Ciceronem scripsisse *excusavit.*—6 H S χ, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. Hervag. omittunt *non.*—7 'Lamb. edidit *tamen.* Quid si *tacite aut tandem?*' Grnt.—8 C H ψ *commodo.*—9 Grævius e Franc. 1. edidit, *Convertite nunc te; atque eum secuti sunt Oliv. et Lall. Conjecit Mich. Brutus Confer te nunc; Gruter. Convertere nunc.* Maluit Ern. *Convertite te nunc, ut legi jussisset Sigonde Jure Civ. 11. 3. probante etiam Garaton. Mox, Lamb. 1566. Beck. Schutz. et Orell. sic distinxere, in ceteros ordines easdem vitæ cond.*—10 C H S omittunt præpositionem ante *summum locum.*—11 Pro vulg. *potuerunt . . . petiverunt,* Ern. e conj. cum Beck. et Schutz. edidit *potuerint . . . petiverint.* Weiske dedit *potuerunt . . . pctiverint.*—12 *Autem Orellio suspectum est.*

## NOTE

<sup>f</sup> *Se putaret durioribus]* Durioribus legibus magistratus quam privati homines tenebantur.

<sup>8</sup> *Quibus caremus]* Se, eosque significat, qui beneficio populi magistratus gerunt.

<sup>h</sup> *Non potuerint]* Cum multi sæpe

repulsam paterentur, non poterant adipisci magistratus.

<sup>11</sup> *Aut non pctiverint]* Aliqui contenti mediocri sua fortuna, et majorum suorum ordine, non petebant magistratus.

ordines liberati; hanc ipsam legem,<sup>k</sup> ‘ne quis iudicio circumveniretur,’ C. Gracchus<sup>l</sup> tulit: eam legem pro plebe, non in plebem tulit. Postea L. Sulla, homo a populi causa remotissimus,<sup>m</sup> tamen, cum ejus rei quæstionem<sup>n</sup> hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Romanum, quem ab hoc genere liberum<sup>o</sup> acceperat, alligare<sup>a</sup> novo quæstionis genere ausus non est. [p. 50.] Quod si fieri posse existimasset; pro illo odio, quod habuit in equestrem ordinem,<sup>o</sup> nihil fecisset<sup>13</sup> libentius, quam omnem illam acerbiteriam proscriptionis suæ, quæstus in veteres iudices,<sup>14p</sup> in hanc unam quæstionem contulisset.<sup>15</sup> 152. Nec nunc quicquam<sup>16</sup> agitur, (mihi credite, iudices, et prospicite id quod providendum est) nisi ut equester ordo<sup>17</sup> in hujusce legis periculum includatur. Neque hoc agitur ab omnibus,<sup>q</sup> sed a paucis: nam ii senatores, qui se facile tuentur integritate<sup>18</sup> et innocentia, quales (ut vere dicam) vos estis, et ceteri, qui sine cupiditate<sup>r</sup> vixerunt,

<sup>z</sup> Non teneri hac lege.

<sup>a</sup> Obstringere.



13 Ern. censebat fecisset delend.—14 *Questus in vet. jud.* Hervag. Cam. Grut. Oliv. Lall. *quæstus in vet. jud.* Ven. 1483. Crat. Græv. *suæ, in equestres iudices in hanc Junt. suæ, qua est usus in vet. jud. e conj.* Manutii, dederunt Beck. Weiske, Schutz, et Orell. Delevit Lamb. 1566. *quæstus in vet. jud.* ‘Codd. non magnopere juvant: nam in omnibus Pall. est lacuna integri folii. Eadem in Dresd. Franc. 2. et ed. 1471. In Franc. 1. est ut vulg. Nonnulli legerunt *in equestres iudices*, auctore Sylvio.’ Beck. Vid. Nott. Varr.—15 *Obtulisset* C H S  $\psi$ , Ven. 1480. Med. Junt. *attulisset* Ald.—16 Sylv. *aliud quicquam*.—17 *Pro equester ordo* Beck. e  $\psi$  et Franc. edidit *eques Romanus*, prob. Grævio. Mss. Lambini *equites Rom.* In C H S *eques* tantum legitur. Mox *concludatur* Ms. Lamb.—18 H *in integritate*. Dein C *ut vero dicam*.—

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Hanc ipsam legem*] Legem indicat qua hæc quæstio constituta est.

<sup>l</sup> *C. Gracchus*] Tribunus plebis.

<sup>m</sup> *A pop. causa remotissimus*] Sulla contra plebem nobilibus favebat; ideoque a populi causa remotissimus erat.

<sup>n</sup> *Ejus rei quæstionem*] Equites lege Sempronia, quam Gracchus tulerat, iudicaverunt; sed iis iratus, Sulla, hac ipsa lege constituit, ut de iis, qui iudicaverant, quæreretur.

<sup>o</sup> *In equestrem ordinem*] Equester ordo favit Cinnæ contra Sullam, ut refert Asconius.

<sup>p</sup> *In veteres iudices*] Equites videlicet, qui per annos fere quinquaginta iudicaverunt, quos Sulla et hac iudicandi potestate privavit, et crudelissime proscripsit.

<sup>q</sup> *Agitur ab omnibus*] Senatoribus.

<sup>r</sup> *Sine cupiditate*] Laudat illos qui nullam, ob rem iudicandam, pecuniam acceperunt.

equites ordini senatorio dignitate proximos, concordia conjunctissimos esse cupiunt: sed ii,<sup>19</sup> qui se volunt posse omnia, neque præterea quicquam esse, aut in homine ullo, aut in ordine; hoc uno metu se putant equites Romanos in potestatem suam<sup>20</sup> redacturos, si constitutum esset, ut de iis, qui rem judicarent,<sup>b</sup> hujusmodi judicia fieri possent.<sup>1</sup> Vident<sup>2</sup> enim auctoritatem hujus ordinis<sup>3</sup> confirmari: vident judicia<sup>t</sup> comprobari: hoc metu proposito, evellere se aculeum<sup>u</sup> severitatis vestræ posse confidunt. 153. Quis enim de homine audeat, paulo majoribus<sup>3</sup> opibus prædito, vere et fortiter judicare; cum videat, sibi de eo, quod coierit aut consenserit, causam esse dicendam? LVI. O viros fortes, equites Romanos! qui homini clarissimo ac potentissimo, M. Druso, tribuno plebis, restiterunt,<sup>x</sup> cum ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, quæ tum erat, nobilitate,<sup>y</sup> nisi uti, qui res judicassent,<sup>4</sup> hujusmodi quæstionibus<sup>z</sup>

<sup>b</sup> *Essent causæ judices.*

//////////

19 C sed hi.—20 C S  $\psi$  in potestate sua.—1 Vulg. si const. est, ut . . . possint. Lamb. si const. sit, ut . . . res judicarent: hinc dedit Orell. si sit const., ut . . . rem judicarent, possint. Græv. conjecit si const. esset legend. unde ediderunt Ern. Beck. Schutz. si const. esset . . . possent. Weiske si const. esset . . . rem judicent . . . possent. In C legitur ejusmodi judicia; in H et S hujusmodi judicia.—2  $\psi$  hic et paulo post videant.—3 C majoris.

CAP. LVI. 4 Verba cum illa cuncta . . . nobilitate Grævio spuria videntur. In utraque Ven. est, quem cum illa, quæ tum erant nobilitatis, nisi utique rem judic. Hæc Naug. paululum immutavit, deditque, quam ut illa cuncta, quæ tum erant nobilitatis, utique rem judic. Quam cum legitur etiam in C H  $\psi$ . In H S  $\psi$ , Franc. 1. erant pro erat; in iisdem nobilitatis. Tum C H S utique, pro uti qui; et C H S  $\psi$  rem. Pantagath. ap. Ursin. lectionem libri Ms. nisi utique rem, ita emendavit, ut si inique rem, vel ii si inique rem, &c. Tutius edi rem judic. existimat Garaton. At sermo est de pluribus judiciis.<sup>7</sup> Beck. In Hervag. et Camerar. legitur, cum illa cuncta, quæ tum erant, nobilitate, nisi uti quicunque rem judicassent: in Junt. Crat. quam ut illa cuncta quæ tum erant no-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Hujus ordinis*] Ordinem senatorium dicit, qui, societate cum equitibus inita, confirmatur magis, et stabilitur.

<sup>1</sup> *Vident judicia*] Jam per equites et senatores exercebantur iudicia.

<sup>u</sup> *Evellere se aculeum*] Id est, sperant equites non severe iudicatos esse: utitur autem sumta ab apibus translatione, quæ avulso aculeo non

pungunt.

<sup>x</sup> *Tribuno plebis, restiterunt*] Drusus senatus causam contra Gracchum defendit. De eo agitur in Orat. pro Rabirio Postumo.

<sup>y</sup> *Quæ tum erat, nobilitate*] Equites intelligit, qui tum soli judicabant.

<sup>z</sup> *Hujusmodi questionibus*] Id est, hac lege Sempronio.

in iudicium vocarentur. Tunc C. Flavius Pusio, Cn. Tintinnius,<sup>5</sup> C. Mæcenas, illa roborâ populi Romani, ceterique<sup>6</sup> hujuscemodi ordinis, non fecerunt idem, quod nunc Cluentius, ut aliquid culpæ suscipere se putarent, recusando: sed apertissime repugnarunt, cum hæc recusarent,<sup>7</sup> et palam fortissime atque honestissime dicerent,<sup>8</sup> se potuisse iudicio populi Romani in amplissimum locum<sup>a</sup> pervenire, si sua studia<sup>9</sup> ad honores petendos conferre voluissent; sese vidisse, in ea vita<sup>c</sup> qualis splendor inesset, quanta ornamenta, quæ dignitas: quæ se non contempsisse, sed ordine suo, patrumque suorum, contentos<sup>10</sup> fuisse; et vitam illam tranquillam et quietam, remotam a procellis invidiarum, et hujuscemodi iudiciorum anfractu,<sup>11</sup> sequi maluisse. 154. Aut sibi ad honores petendos ætatem integram restitui oportere; aut, quoniam id non posset, eam conditionem vitæ, quam secuti,<sup>12</sup> petitionem reliquissent, manere: iniquum esse, eos, qui honorum<sup>13</sup> ornamenta, propter periculorum multitudinem, prætermisissent, populi beneficiis esse privatos, iudiciorum novorum periculis non carere: senatorem hoc queri non posse, propterea quod ea conditione proposita petere cœpisset; quodque permulta<sup>14</sup> essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiam posset; locus, auctoritas, domi splendor, apud exterâs nationes nomen et gratia, toga prætexta,<sup>15</sup> sella curulis, [insignia,] fascës, exercitus, imperia, provinciæ: quibus in rebus cum

<sup>c</sup> *In gerendo magistratu.*



*bilitatis nisi utique rem jud.* Vulg. ut Ern.—5 *Titinnium* C S: *Tuntinnius* ψ: *Titinius* Junt. Lamb. et Orell.—6 In H et S legitur *ceterisque*. Dein, *‘Hujuscemodi ordinis’* Hoc corruptum. *Ordinis* deleri jussit Gulielm. *Hujus ordinis* Schutz. e conj. Orell.—7 *Mannt.* legi jussit *cum et recus.*—8 *Sylvius* legi mavult *dixerunt.*—9 ψ *si qua studia.*—10 *Idem* Ms. *contentus.*—11 In C H S ψ deest *anfractu.*—12 ψ *secū:* C H *secum.* Vid. Nott. Varr.—13 ‘In ed. Gronovii vitio operarum est *bonorum*, quod male per negligentiam servatum et propagatum est.’ Ern.—14 H *quod perm.*—15 Inter *toga* atque *prætecta* C S ψ inserunt copulam *et.* Tum e suspitione Gulielmii Schntzius delevit vo-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Amplissimum locum*] De consulari repub. longe fuit maxima. tu loquitur, qui locus et dignitas in



summum<sup>16</sup> recte factis majores nostri præmium, tum plura peccatis<sup>b</sup> pericula proposita esse voluerunt. Illi<sup>c</sup> non hoc recusabant, ea ne lege accusarentur, qua nunc<sup>17</sup> Avitus accusatur, quæ tunc erat Sempronia, nunc est Cornelia:<sup>d</sup> intelligebant enim, ea lege equestrem ordinem non teneri: sed ne nova lege alligarentur, laborabant. 155. Avitus ne hoc quidem unquam recusavit, quo minus vel ea lege rationem vitæ suæ redderet, qua non teneretur. Quæ si vobis conditio placet; omnes id agamus, ut hæc quam primum in omnes ordines<sup>e</sup> quæstio perferatur.<sup>18</sup>

LVII. Interea quidem, per Deos immortales! quoniam omnia commoda nostra, jura, libertatem, salutem denique legibus obtinemus, a legibus non recedamus:<sup>f</sup> [p. 51.] simul et illud quam sit indignum,<sup>19</sup> cogitemus, populum Romanum aliud nunc agere; vobis rempublicam et fortunas suas commisisse; ipsum<sup>20</sup> sine cura esse; non metuere, ne lege ea,<sup>1</sup> quam nunquam ipse jusserit, et quæstione, qua se solum liberumque esse arbitretur,<sup>2</sup> per paucos judices astringatur. 156. Agit enim sic causam T. Attius, adolescens bonus<sup>g</sup> et disertus: omnes cives legibus teneri<sup>3</sup> omnibus: vos attenditis<sup>b</sup> et auditis silentio, sicut fa-



cem insignia, quam Ern. Beck. et Orell. uncis incluserunt.—16 *Cum summa* C S, Junt. *consummatum* H: *consumma* ψ. Mox, pro *præmium tum*, in C S, Ven. 1480. 1483. Ald. *permixtum*; H *præmium*, sine particula *tum*; ψ *premixtu*; ed. Junt. et Orell. *præmia tum*, quod Garaton. probaverat. Vulg. ut Ern.—17 C non habet *qua nunc*. Mox, in C H S χ *quæ tum erat*.—18 *Profertur* C: *conferatur* χ.

CAP. LVII. 19 C H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Lamb. *iniquum*.—20 *Ipsum* abest a sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam.—1 In H deest *ea*. Pro *nunquam* in C et χ legitur *nunc*.—2 C S T χ ψ *arbitraretur*.—3 Pro *teneri* χ habet *ceteri*. In T deest *vos*. Porro Lamb. delevit verba *et*

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Plura peccatis*] Majores non recte factis plura pericula proposita esse voluerunt; ut accusationes, exilia, &c.

<sup>c</sup> *Illi*] Pasio, Titinnius, et Mæcenas.

<sup>d</sup> *Nunc est Cornelia*] Cornelia lex dicitur, vel quia eam Sulla iterum tulit, vel quia confirmavit; quia novæ pop. Rom. subjicere noluit.

<sup>e</sup> *In omnes ordines*] Equestrem et plebeum.

<sup>f</sup> *A legibus non recedamus*] Vult Cicero ut leges retineantur, quibus equester ordo non subjacet.

<sup>g</sup> *Attius, adolescens bonus*] Adolescentes sibi gloriam et nomen facturi accensabant, ut sæpius dictum est.

<sup>b</sup> *Attenditis*] Revocat attentionem

cere debetis. A. Cluentius, eques Romanus, causam dicit ea lege, qua lege<sup>4</sup> senatores, et ii, qui magistratum habuerunt, soli tenentur: mihi per eum, recusare, et in arce legis præsidia constituere defensionis meæ, non licet. Si obtinuerit causam Cluentius, (sicuti<sup>5</sup> vestra æquitate nixi<sup>6</sup> confidimus) existimabunt, id quod erit, obtinuisse propter innocentiam, quoniam ita defensus sit; in lege autem, quam attingere noluerit, præsidii<sup>7</sup> nihil fuisse. 157. Hic nunc est quiddam, quod ad me pertineat, de quo ante dixi, quod ego populo Romano præstare debeam, quoniam is meæ vitæ status est,<sup>d</sup> ut omnis mihi cura atque opera posita sit in omnium periculis<sup>8</sup> defendendis. Video, quanta, et quam periculosa, et quam infinita quæstio tentetur ab accusatoribus, cum eam legem, quæ in nostrum ordinem scripta sit,<sup>9</sup> in populum Romanum transferre conentur. Qua in lege est, 'qui coierit';<sup>10</sup> i quod quam late pateat,<sup>k</sup> videtis. 'Convenerit';<sup>1</sup> æque infinitum et incertum est.<sup>11</sup> m 'Consenserit': hoc vero cum incertum et infinitum, tum obscurum<sup>n</sup> et occultum est. 'Falsumve testimonium dixerit.' Quis de plebe Romana testimonium dixit unquam, cui non hoc periculum, T. Attio auctore, paratum esse videatis? nam dicturum quidem certe,<sup>12</sup> si hoc iudicium

<sup>d</sup> Ita institui meam vitam.



auditis. Denique pro sicut in  $\chi$  legitur ut.—4  $\chi$  omittit qua lege.—5 C sicut.—6 Mss. nonnulli nisi. Dein, ante existimabunt C H S T  $\chi$   $\psi$  et edd. ante Lamb. cum Beck. Weiske et Orell. inserunt omnes. Aliæ edd. omittunt.—7 C præsiidiis.—8 Lamb. in hominum peric.—9  $\chi$  scripta sint. Mox C conetur.—10 C quo coierit.—11 Verba incertum est in  $\chi$  desunt. Tum  $\psi$  senserit: hoc modo cum, &c. Præterea, verba incertum et omittunt H S T  $\psi$ , Ven. 1483. Junt. Crat. Steph. In C desunt verba et infinitum.—12 Quidem in C, certe

#### NOTÆ

iudicium, ut audiant quæ ab Attio dicuntur.

<sup>1</sup> Qui coierit] Principium verborum illius legis, de qua sperius dictum est.

<sup>k</sup> Late pateat] Late patet hæc lex, quia omnes ad unum complectitur, sive sint privati, sive in dignitate

constituti.

<sup>1</sup> Convenerit] Verbum legis, de qua sperius.

<sup>m</sup> Incertum est] Quia non patet ad quos proprie pertineat.

<sup>n</sup> Tum obscurum] Obscurus est consentire, quam coire.

plebi Romanæ propositum sit, neminem unquam esse confirmo. 158. Sed hoc polliceor omnibus,<sup>e</sup> si cui forte hac lege negotium facessetur,<sup>13</sup> qui lege non teneatur, si is uti me defensore voluerit, me ejus causam legis præsidio defensurum; et vel his iudicibus, vel eorum similibus,<sup>14</sup> facile probaturum, et omni me defensione usurum esse legis: qua nunc ut utar, ab eo, cujus voluntati mihi obtemperandum est, non conceditur. LVIII. Non enim debeo dubitare, iudices, quin, si qua ad vos causa hujusmodi delata sit ejus, qui lege non teneatur, etiamsi is invidiosus,<sup>15</sup> aut multis offensus esse videatur, etiamsi eum oderitis, etiamsi inviti absoluturi sitis, tamen absolvatis; et religioni potius vestræ, quam odio pareatis. 159. Est enim sapientis iudicis,<sup>16</sup> cogitare, tantum sibi a populo Romano esse<sup>17</sup> permissum, quantum commissum et creditum sit: et non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse meminisse: posse, quem oderit, absolvere; quem non oderit, condemnare: et semper, non quid ipse velit, sed quid lex et religio<sup>f</sup> cogat, cogitare: animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur. Cum hæc<sup>18</sup> sunt videnda, tum vero illud est hominis magni, iudices,<sup>19</sup> atque sapientis, cum illam<sup>20</sup> iudicandi causa tabellam sumserit,<sup>o</sup> non se putare esse solum,<sup>1</sup> neque sibi, quodcumque concupierit, licere; sed habere in consi-

<sup>e</sup> *Reis omnibus.*<sup>f</sup> *Conscientia.*

in  $\psi$  deest.—13  $\chi$  *facesseret*. Ap. Priscian. p. 789. *facessitur*. Mox  $\chi$  *si is ut me defensorem vol.*—14 C H S  $\psi$  *simillimis*. In  $\psi$  quoque *facillime*.

CAP. LVIII. 15  $\chi$  *et si is invid.* Mox C *et si eum od.*—16 T *Est enim patientis iud.* Post iudicis edd. antiquiss. (præter 1471.) Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. addunt *meninisse se hominem*.—17 *Esse non est in  $\chi$* . Dein Junt. Lamb. et Orell. *quantum comm. sit et cred.* Denique  $\chi$  *omittit sibi ante potestatem*.—18 Ern. *legi vult, Et cum hæc.*—19 H *iudicis:  $\psi$  iudicii.*—20 In  $\chi$  *cum illa*. ‘Lambinus malit *deberi causa: sed mihi durius etiam videtur tabella iudicandi: certe glossam sapit iud. causa.*’ Ern.—1 Pal. 2. *non sic pu-*

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Tabellam sumserit*] Prætores iudicibus ceratas tabulas dabant, cum clam iudicandum erat, in quibus describatur suffragium litera A, si

rens absolveretur; C, si condemnaretur: tum in urnam conjiciebantur, ut tabulæ illæ confunderentur, quas quæsitior extrahebat.

lio legem, religionem, æquitatem, fidem : libidinem autem, odium,<sup>2</sup> invidiam, metum, cupiditatesque omnes amovere : maximique<sup>3</sup> æstimare conscientiam mentis suæ, quam ab Diis immortalibus accepimus, quæ a nobis divelli non potest ; [p. 52.] quæ si optimorum consiliorum atque factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu, et summa cum honestate vivemus. 160. Hæc si T. Attius aut cognovisset, aut cogitasset ; profecto ne conatus quidem esset dicere, (id quod multis verbis egit)<sup>4</sup> judicem, quod ei videatur,<sup>p</sup> statuere, et non devinctum legibus esse oportere. Quibus de rebus mihi pro Cluentii<sup>5</sup> voluntate, nimium ; pro reipublicæ dignitate,<sup>6</sup> parum ; pro vestra prudentia, satis dixisse videor. Reliqua perpauca sunt, quæ, quia vestræ quæstionis erant,<sup>7</sup> idcirco illi statuerunt sibi fingenda esse,<sup>q</sup> et proferenda, ne omnium turpissimi reperirentur,<sup>8</sup> si in iudicium nihil, præter invidiam, attulissent. LIX. Atque, ut existimetis, necessario me de his rebus, de quibus jam dixerim, pluribus egisse verbis, attendite reliqua : profecto intelligetis, ea, quæ paucis demonstrari potuerunt,<sup>9</sup> brevissime esse defensa.

161. Cn. Decio<sup>10 r</sup> Samniti, ei, qui<sup>11</sup> proscriptus est, injuriam in calamitate ejus ab hujus familia factam esse dixistis. Ab nullo ille liberalius, quam a Cluentio, tracta-

//////////

*ture esse solum.* Lamb. e conj. dedit, *reputare non se esse solum.*—2  $\chi$  *libid. aut odium.* Mox T et Lamb. *cupiditatemque omnem.*—3 Junt. *maximi*, sine *que* : Mss. plerique, Junt. Grut. Græv. Oliv. Lall. *maximeque.* Pro *æstimare* in H S  $\chi$  *existimare.*—4  $\chi$  *quod multis rebus egit*, omisso *id.* In C *eget.* Mox  $\chi$  et  $\psi$  *videtur.*—5  $\chi$  *pro Cluentio.*—6 C *pro rei dign.*—7 H *erunt.* Mox  $\chi$  *tibi.* Pro *fingenda esse*  $\psi$  et Ven. 1483. habent *fugienda esse* ; Junt. *fugienda non esse.*—8  $\psi$  *reperientur.*

CAP. LIX. 9 Lamb. *potuerint.*—10 *Decido* C H S : *Decidio*  $\psi$ .—11 *Qui* non est in  $\psi$ . Mox H et S *calamitatem.* Dein H *ab ejus fam.* Porro C H S

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Quod ei videatur*] Reprehendit Attium dicentem, judicem posse ad arbitrium suum judicare, etiamsi contra leges judicet.

<sup>q</sup> *Fingenda esse*] Conficta ait fuisse veneficii crimina, quibus accusatur

Cluentius.

<sup>r</sup> *Cn. Decio*] Maledicta profert, quæ ex antea vita Cluentii ab accusatoribus allata sunt, quo verisimilius objectum veneficii crimen reddant.

tus est. Hujus illum opes in rebus ejus incommodis<sup>12</sup> sublevarunt. Atque hoc cum<sup>13</sup> ipse, tum omnes ejus amici necessarii que cognorunt. Ancarii<sup>14</sup> et Paceni pastoribus hujus villicos vim et manus<sup>15</sup> attulisse.<sup>5</sup> Cum quædam in collibus (ut solet) controversia pastorum esset orta; Aviti villici rem domini,<sup>16</sup> et privatam possessionem defenderunt. Cum esset expostulatio facta;<sup>1</sup> causa illis demonstrata, sine judicio controversia que discessum est.<sup>17</sup> 162. P. Ælii testamento propinquus exhæredatus cum esset, hæres hic alienior<sup>8</sup> institutus est. P. Ælius Aviti<sup>18</sup> merito<sup>h</sup> fecit; neque hic in testamento faciendo interfuit: idque testamentum<sup>19</sup> ab hujus inimico Oppianico est obsignatum. Florio<sup>20</sup> legatum ex testamento infitiatum esse. Non est ita; sed cum H-S XXX<sup>u</sup> scripta essent pro H-S<sup>1</sup> CCC,<sup>x</sup> neque ei satis cautum<sup>i</sup> videretur; voluit cum aliquid acceptum referre liberalitati suæ:<sup>2</sup> primo deberi negavit; post sine controversia solvit. Cœlii<sup>3</sup> cujusdam Samnitis uxorem post bellum ab hoc esse repetitam. Mulierem cum emisset de sectoribus;<sup>4y</sup> quo tempore eam primum liberam esse<sup>z</sup> audivit, sine judicio reddidit Cœlio.<sup>5</sup> 163. Ennium

<sup>8</sup> Nullo modo propinquus.

<sup>h</sup> Beneficio.

<sup>i</sup> Provisum.

χ ψ et edd. pleræque ante Lamb. dixisti.—12 C H S ψ *incommodissimis*.—13 χ *Atque hoc tum*.—14 C et ψ *Ancarii*. Pro *hujus*, quod in C deest, T habet *ejus*. Tum Ms. Sylvii, ed. Steph. Lamb. Ern. Beck. Schutz. et Orell. *villicos*. Ceteri *villicum*.—15 T et χ *manum*.—16 Pro *domini* ψ habet *divi*. Mox in eodem legitur *destenderunt*.—17 C H S ψ *sine jud.*, *sine controversia disc. est*.—18 C *Abito*.—19 ψ *atque test.*—20 Ms. Sylv. *Floro*.—1 In utroque loco H-S omittunt H S T ψ. Mox pro *cautum* in ψ *tantum*.—2 H S *liberalitatis*; et χ *tuæ*. Tum *debere neg.* χ, Crat. Grui. Oliv. Lall. *debere se neg.* Lamb.—3 Al. *Cælii*. Pro *Cælii* C H S T ψ, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. habent Cn. χ Gn.—4 T *emissent*; et Lamb. a *sectoribus*.—5 C *Cæio*. Dein

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Attulisse*] Dixerunt accusatores pastoribus Ancarii vim attulisse.

<sup>1</sup> *Cum esset expostulatio facta*] Cum illi pastores apud amicos conquesti essent, quasi violatum esset officium amicitiae, de ea re nihil ab illis iudicatum est.

<sup>u</sup> *H-S XXX*] Triginta millia tertiorum, seu tria librarum millia.

<sup>x</sup> *H-S CCC*] Trecenta millia tertiorum triginta librarum millia efficiunt.

<sup>y</sup> *Sectoribus*] Sectores, ex Aconio, sunt aestimatores, redemptoresque bonorum damnati et proscripti, qui spem lucri sui secuti, bona condemnatorum semel auctionantur.

<sup>z</sup> *Liberam esse*] Ex lege Flavia cri-

esse quendam, cuius bona teneat Avitus. Est hic Ennius egens quidam, calumniator,<sup>a</sup> mercenarius<sup>b</sup> Oppianici, qui permultos annos quievit; deinde aliquando cum servo Aviti furti egit;<sup>6</sup> nuper ab ipso Avito petere cœpit. Hic illo privato iudicio, (mihi credite) nobis<sup>7</sup> iisdem fortasse patronis, calumniam<sup>c</sup> non effugiet. Atque etiam, ut nobis renuntietur, hominem multorum hospitem,<sup>8 d</sup> A. Binnium quendam, coponem,<sup>9 e</sup> de via Latina,<sup>f</sup> subornatis;<sup>g</sup> qui sibi, a Cluentio servisque ejus, in taberna sua manus allatas esse dicat. Quo de homine, nihil etiam nunc dicere nobis est necesse. Si invitaverit,<sup>10</sup> (id quod solet) sic hominem<sup>11</sup> accipiemus, ut moleste ferat, se de via decessisse. 164. Habetis,<sup>k</sup> iudices, quæ in totam vitam de moribus<sup>12</sup> A. Cluentii, quem illi invidiosum<sup>13</sup> reum volunt esse, annos octo<sup>h</sup> meditati accusatores collegerunt: quam levia, genere ipso! quam falsa, re!<sup>14</sup> quam breviam, responsu!<sup>i</sup>

<sup>k</sup> *Audivistis.*



C  $\chi$  *Ennium*, et paulo post *Ennius*. In  $\chi$  deest *hic*.—6  $\psi$  *servo Avito*; et  $\chi$  *fur egit*.—7 C H S  $\chi \psi$  *vobis*.—8 Franc. 1. et Ms. Vict. *hom. mult. hospitem*, probb. Sylvio et Ernesto. Græv. coniecit, *hominum multorum hospitem*. Tum *Bivium* C H S  $\psi$ , Dresd. et edd. vett. *Bivium*  $\chi$  et Pal. 2. *Binium* Pal. 1. 4. 7. *Binum* Pal. 3. 5. *Albinum* T et Pal. 6.—9 Ven. 1480. *cauponem*: alii *cauponem*. Mox,  $\chi$  *subornatus*.—10 C *Si invitaveris*.—11  $\chi$  *si hom.* Paulo post, T *recessisse*.—12 Pro verbis *de moribus*, quæ in C et  $\chi$  desunt, Lamb. habet *et mores*.—13 Loco *invidiosum*  $\chi$  exhibet *in iudicio suum*.—14 T *falsæ res*: H

#### NOTÆ

men erat capitale, si quis sciens hominem liberum emisset.

<sup>a</sup> *Calumniator*] Calumniator dicitur, qui vel falsa crimina intendit, vel qui rem sibi non debitam iudicio petit.

<sup>b</sup> *Mercenarius*] Mercenarius famulus est, qui operam suam mercedis causa alicui locat.

<sup>c</sup> *Calumniam*] Id est, calumniæ damnationem.

<sup>d</sup> *Multorum hospitem*] Hospites aut honestatis aut quæstus causa recipiebat. Hospes autem tam significat eum qui accipit, quam qui accipitur.

<sup>e</sup> *Coponem* [*cauponem*] Caupo dicitur eduliorum et vini venditor; qui que viatores, mercede data, apud se recipit.

<sup>f</sup> *De via Latina*] Binnius tabernam habebat, seu diversorium ad viam Latinam.

<sup>g</sup> *Subornatis*] Accusatorem subornant, ut dicat se vim passum esse a Cluentio.

<sup>h</sup> *Annos octo*] Ab Oppianici iudicio ad hoc usque tempus, quo hæc causa agitur, octo anni intercesserunt.


<sup>i</sup> *Responsu*] ‘Responsu’ in ablativo tantum dicitur, ut ‘jussu,’ ‘horta-

LX. Cognoscite nunc id, quod ad vestrum jusjurandum pertinet, quod vestri iudicii est, quod vobis oneris imposuit ea lex, qua coacti<sup>l</sup> huc convenistis, de criminibus veneni; ut omnes intelligant, quam paucis verbis hæc causa perorari potuerit, et quam multa a me dicta sint, quæ ad hujus voluntatem maxime, ad vestrum iudicium minime pertinerent.<sup>k</sup>

165. Objectum est,<sup>l</sup> C. Vibium Capacem<sup>15</sup> ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum. Opportune adest homo summa fide et omni virtute præditus, L. Plætorius,<sup>16</sup> senator, qui illius Capacis<sup>17</sup> hospes fuit et familiaris. [p. 53.] Apud hunc ille Romæ habitavit, apud hunc ægrotavit, hujus domi est mortuus. At hæres est Cluentius.<sup>18</sup> Intestatum dico<sup>m</sup> esse mortuum, possessionemque ejus bonorum,<sup>19</sup> prætoris edicto, huic,<sup>20</sup> illius sororis filio, adolescenti prudentissimo, et in primis honesto, equiti Romano datam, Numerio Cluentio, quem videtis.

166. Alterum veneficii<sup>1</sup> crimen, Oppianico huic adolescenti, cum ejus in nuptiis, more Larinatium,<sup>2</sup> multitudo hominum pranderet, venenum Aviti consilio paratum: id cum daretur in mulso,<sup>n</sup> Balbutium quendam, ejus familiarem, interceptisse, bibisse, statimque esse mortuum. Hæc

<sup>l</sup> *Congregati.*



*falsa, omisso re. In χ desunt voces quam falsa, re. Mox responsa CHSTψ.*

CAP. LX. 15 Ven. 1480. 1483. C. Vibium Cauponem, et mox Cauponis. Sic etiam Mss. quidam, teste Sylvio.—16 C Prætorius: ψ Pretorius.—17 C Capiti: H S Capaci: χ Capadoci: ψ Capuci hominis.—18 In C H S ψ, Ven. 1483. desunt verba *At hæres est Cluentius.* Pro *At* χ et Ven. 1480. habent *Aut*: edd. ceteræ ante Lamb. Haud.—19 χ possessioneque bon.—20 C H S ψ et Ven. 1483. omittunt huic. Mox in ed. Junt. et Manut. prudentissimo: in χ purissimo.—1 'C beneficii, ex antiqua pronuntiatione.' Beck.—2 χ Lari-

#### NOTÆ

tu,' &c. quibus ablativis præpositio non additur.

<sup>k</sup> *Minime pertinerent*] Quia tantum de criminibus veneni hæc quaestio constituta est, de aliis vero minime: itaque de veneno judicare tantum poterant.

<sup>l</sup> *Objectum est*] Primum crimen ve-

neni.

<sup>m</sup> *Intestatum dico*] Intestatus moritur, qui vel nullum fecit testamentum, vel non jure fecit, aut id quod fecerat, irritum factum est.

<sup>n</sup> *In mulso*] Mulsum potio est, quæ fit ex melle et vino, (Plin. xxii. 24.) qua primam sitim mitigabant.

ego<sup>3</sup> si sic agerem, tanquam mihi crimen esset diluendum,<sup>4</sup> hæc pluribus verbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea. 167. Quid unquam Avitus in se admisit,<sup>m</sup> <sup>5</sup> ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? quid autem magnopere Oppianicum metuebat? cum ille verbum omnino in hac ipsa causa<sup>6</sup> nullum facere potuerit:<sup>o</sup> huic autem accusatores, matre viva, deesse non possent: quod jam intelligetis.<sup>7</sup> An ut de causa ejus periculi nihil decederet, ad causam novum crimen accederet? quod autem<sup>8</sup> tempus veneni dandi illo die? in illa frequentia? per quem porro datum? unde sumtum? quæ deinde interceptio poculi?<sup>p</sup> cur non de integro<sup>n</sup> autem datum? Multa sunt, quæ dici possunt; sed non committam, ut videar non dicendo voluisse dicere; res enim jam<sup>9</sup> se ipsa defendat. 168. Nego, illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis,<sup>10</sup> omnino illo die esse mortuum. Magnum et impudens<sup>11</sup> mendacium. Perspiciate cetera. Dico, illum, cum ad illud prandium crudior venisset,<sup>q</sup> et, ut ætas<sup>12</sup> illa fert, sibi tamen non pepercisset;<sup>o</sup> aliquot dies ægrotasse, et ita esse mortuum. Quis huic rei testis est? idem, qui sui luctus, pater: pater, inquam, illius ado-

<sup>m</sup> Quod unquam admisit seelus.

<sup>n</sup> Iterum.

<sup>o</sup> Temperasset.



*nutum.*—3 Sex Oxonn. Mss. ed. 1471. Steph. Lamb. 1566. Beck. Schutz. et Orell. *Hoc ego*; et sic Quintil. ix. 2. 48.—4  $\psi$  *tamen mihi*; et  $\chi$  *esse diluend.* Ern. *hæc deleri jussit.*—5  $\chi$  *admisit.* Dein C *ut tantum*, omisso *hoc.*—6  $\chi$  *tum ille verbum omn. in hac causa.* Dein Ven. 1480. Junt. Lamb. et Orell. *facere nullum potuerit.*—7 C *possunt*: Lamb. *id quod*: et  $\chi$  *jam intelligitis.*—8 In  $\chi$  *deest autem.*—9 H *caret jam.* Tum *defendit* C H S  $\psi$ : *defendet* Steph. Lamb. et Orell.—10 C *dixisti.*—11 T *impudens.* Dein *Persp. et cet.* C H S  $\chi$   $\psi$ .—12  $\psi$  *crudior ven., et, cum ætas.*  $\chi$  *ipsa fert.* Tum *sibi tamen non pep.* ed. 1471. Ern. Schutz. et Orell. Omnes aliæ edd. *sibi tum non pep.* In  $\chi$

#### NOTE

<sup>o</sup> *Verbum nullum facere potuerit*] Pueri ante annum decimum septimum ætatis accusare quenquam, aut defendere prohibebantur. Ulp. lib. Digest. 3. tit. de Postulando.

<sup>p</sup> *Interceptio poculi*] Id est, si intercepit, antequam iterum infunderetur,

cur non is mortuus est, qui illi præbuit?

<sup>q</sup> *Crudior venisset*] Cum stomachus pridiana cæna non cocta ita repletus esset, ut cibos concoquere non potuisset.



lescentis; quem, propter animi dolorem, pertenuis suspicio<sup>r</sup> potuisset<sup>13</sup> ex illo loco testem in A. Cluentium constituere; is<sup>14</sup> hunc suo testimonio sublevat;<sup>p15</sup> quod recita. Tu autem, nisi molestum est, paulisper exsurge,<sup>s</sup> et<sup>16</sup> perfer hunc dolorem commemorationis necessariæ;<sup>t</sup> in qua ego diutius non morabor, quoniam, quod fuit viri optimi, fecisti, uti ne cui<sup>17</sup> innocenti mœror tuus calamitatem et falsum crimen afferret. (*Testimonium Balbutii patris.*)

LXI. 169. Unum etiam mihi reliquum ejusmodi crimen est, judices, ex quo illud perspicere possitis, quod a me initio orationis meæ dictum est; quicquid mali per hos annos<sup>u</sup> A. Cluentius viderit, quicquid hoc tempore habeat solitudinis ac negotii,<sup>18</sup> id omne a matre esse conflatum. Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane per M. Asellium quendam, familiarem illius;<sup>19</sup> idque Aviti consilio factum esse, dicitis. In quo primum illud quæro, quæ causa Avito<sup>20</sup> fuerit, cur interficere Oppianicum vellet. Inimicitias enim inter ipsos<sup>1</sup> fuisse confiteor: sed homines inimicos suos morte affici volunt, vel quod metuunt, vel quod oderunt.<sup>2</sup> 170. Quo tandem igitur Avitus metu adductus, tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat, quod jam Oppianicum pœna affectum pro

<sup>p</sup> *Liberat.*



deest tamen.—13 *Potuisset* offendit Ernesto. Beckins conj. *posset* legend. Pro loco Sylvius mavult legi *luctu*, prob. Ern.—14  $\psi$  *his*.—15 *Sublevat* non est in C, qui legit *Quod recitat*.—16 C H S  $\chi$  omittunt copulam ante *perfer*.—17 C H S T et edd. ante Steph. *ut ne cui*:  $\chi$  *ut me cui*. Mox *offerret* Lamb. qui primus inseruit verba *Testimonium Balbutii patris*; quæ in omnibus Mss. desunt.

CAP. LXI. 18 *Sol. atque neg.* Junt. *sol. et neg.* Lamb.—19 T, Ven. 1480. Junt. Steph. Lamb. et Orell. *fam. ipsius*.—20  $\chi$  *In primis illud quæro, quæ cum Avito, &c.* Mox, T non habet *vellet*.—1 C et  $\chi$  *inter eos*.—2 Lamb. *vel quod eos met., &c.* Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Steph. *aut quod met., aut*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Pertenuis suspicio*] Si quæ ad Cluentium pervenisset.

<sup>s</sup> *Exsurge*] Stando, testis testimonium dicebat.

<sup>t</sup> *Necessariæ*] Etiam si molesta sit parenti filii mortui recordatio, tamen

Ciceroni ad Cluentii salutem necessaria est; ut facilius ab eo omnis criminis illius suspicio removeatur.

<sup>u</sup> *Per hos annos*] Præteritos vide-

licet.

maleficiis, ejectum e civitate, quisquam timeret? Quid metuebat? ne<sup>3</sup> oppugnaretur a perdito? an ne accusaretur a condemnato?<sup>x</sup> an ne exulis testimonio<sup>y</sup> læderetur? Sin autem, quod oderat Avitus,<sup>4</sup> idcirco illum vita frui noluit; adeone erat stultus, ut illam, quam tum<sup>5</sup> ille vivebat, vitam esse arbitraretur, damnati, exulis,<sup>6</sup> deserti ab omnibus? [p. 54.] quem, propter animi importunitatem, nemo recipere tecto, nemo adire,<sup>7</sup> nemo alloqui, nemo respicere<sup>8</sup> vellet? Hujus igitur vitæ Avitus invidebat?<sup>9</sup> 171. Hunc si acerbe et penitus<sup>r</sup> oderat; non eum quam<sup>10</sup> diutissime vivere velle debebat? Huic mortem matura-  
bat<sup>z</sup> inimicus, quod illi unum in malis perfugium<sup>11</sup> erat calamitatis? Qui si quid animi ac virtutis<sup>t</sup> habuisset, (ut multi sæpe fortes viri in ejusmodi dolore) mortem sibi ipse conscisset;<sup>t</sup> huic quamobrem id vellet inimicus offerre, quod ipse sibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit?<sup>12</sup> nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur,<sup>13</sup> ut existimemus, illum apud inferos impiorum<sup>14</sup> supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos,<sup>a</sup> quam hic reliquisse: a socrus,<sup>15b</sup> ab uxorum,<sup>c</sup> a fratris, a liberum<sup>d</sup> pœnis<sup>16</sup> actum esse præcipitem in sceleratorum se-

<sup>r</sup> *Maxime.*

<sup>t</sup> *Fortitudinis.*

<sup>t</sup> *Attulisset.*



quod od.—3 C H S quid metuebat ne:  $\chi$  quis metuebat ne. Pro ne, T, Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. habent ut.—4 Post Avitus Lamb. inseruit inimicum. Ante idcirco C H S T  $\chi$  addunt et. Dein  $\psi$  voluit.—5 C H S T quam.—6 Pro exulis in  $\psi$  ex aliis. Tum  $\chi$  des. omn. ommissa præpositione.—7 Audire omnes Mss. et edd. præter Crat. Hervag. Cam. Lamb. Ern. Weiske, Schutz. et Orell. qui habent adire.—8 Lamb. nemo aspicere: T respicere, omisso vocab. nemo.—9 C et  $\psi$  invidebatur.—10  $\chi$  non esse quem.—11 C profugium.—12  $\chi$  Nam nunc quod tandem illi mali mores att.—13 H S inept. atque fab. et C T dicimur.—14  $\psi$  improborum.—15 Pro a socrus in C S  $\psi$  an securus; H an socrus.—16 Pœnis, cum litera majuscula, (intell. Furiis) Beck. Schutz. et

#### NOTE

<sup>x</sup> *A condemnato*] Publico judicio quis damnatus, accusare non poterat.

<sup>y</sup> *Ne exulis testimonio*] Cum ad exulem lex nulla pertineret, huic etiam dicere testimonium non licuit. Quintil. l. vii.

<sup>z</sup> *Maturabat*] Dato veneno, accelerabat.

<sup>a</sup> *Inimicos*] Quos interfecit.

<sup>b</sup> *Socrus*] Dinææ.

<sup>c</sup> *Uxorum*] Quas occidit.

<sup>d</sup> *Liberum*] Duos liberos necavit, ut Sassiæ haberet uxorem.

dem<sup>e</sup> atque regionem. Quæ si falsa sunt,<sup>f</sup> id quod omnes intelligunt,<sup>17</sup> quid ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris?<sup>g</sup> LXII. 172. Age vero, venenum per quem datum? per M. Asellium. Quid huic cum Avito? nihil: atque adeo, quod ille Oppianico familiarissime est usus, potius etiam simultas.<sup>18 h</sup> Eine igitur, quem sibi offensio-rem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum et suum<sup>19</sup> scelus et illius periculum committebat? Cur deinde tu, qui pietate ad accusandum excitatus es, hunc Asellium<sup>20</sup> esse inultum tamdiu sinis? Cur non Aviti exemplo<sup>i</sup> usus es, ut per illum, qui attulisset venenum, de hoc præjudicaretur?<sup>1</sup> 173. Jam vero illud quam non probabile, quam inusitatum, judices,<sup>2</sup> quam novum, in pane datum venenum? Faciliusne potuit,<sup>k</sup> quam in poculo? latius potuit, abditum aliqua in parte panis, quam si totum

//////////

Orell.—17  $\chi$  intelligant.

CAP. LXII. 18 Pal. 1. Crat. Hervag. Cam. *potius etiam contra simultas. Pro etiam in C legitur et.*—19  $\chi$  sui.—20 Pro Asellium in  $\chi$  absolutum. Tum C H S  $\chi$  *jamdiu.*—1  $\psi$  *præjudicaret.*—2 Verba *quam inusitatum, judices* non leguntur in C H S  $\psi$  et Ven. 1483. In Lamb. 1566. omittuntur verba *quam inus.* errore typographico, teste Orell. Omissio *Faciliusne*, Gruter. legi maluit, *in pane datum venenum potius, quam in poculo.* Dein pro *latius*, quod Mss. plerique, vel omnes, et edd. plurimæ habent, *latentius* exhibent Nang. Cam. Car. Steph. Vict. Manut. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. Weiske et Orell. In Pall. ed. 1471. Ald. Crat. legitur *latius potuit aditum, vel additum*: Hervag. *de hoc latius potuit additum*: Franc. 1. et ed. 1472. *latius potuit aditum habere*: Ven. 1480. *latius potius abditum habere*: Car. Steph. *latius petivit aditum.* Lambinus, quia in suis libris invenit *latius petivit adicum*, conjecit Ciceronem scripsisse *latius manavit*, aut *manare potuit datum in pane quam, &c.* Schutz. e

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Sceleratorum sedem*] Tartarus sedes impiorum fuit, ubi Virgilius *Æn.* l. vi. ait illos pœnas luere.

<sup>f</sup> *Quæ si falsa sunt*] Ait nullos inferos esse, ubi scelerati torquentur: quam sententiam, licet impiam, lib. i. Tusc. Quæst. confirmat.

<sup>g</sup> *Præter sensum doloris*] Putaverunt aliqui in morte omnem doloris sensum extinguai; quasi animus cum corpore extingueretur. Sed tum impie non videtur Cicero sensisse, cum

et in Lælio, et Catone Majore, et alibi passim immortales nostros animos esse doceat.

<sup>h</sup> *Simultas*] Inimicitia cum Cluentio.

<sup>i</sup> *Aviti exemplo*] Avitus Oppianicum tantum beneficii accusavit, cum de Scamandro et Fabricio præjudicatum est.

<sup>k</sup> *Faciliusne potuit*] Potuit facilius in poculo dari venenum, quam in pane.

colliquefactum in potione esset? celerius potuit<sup>3</sup> comesum quam epotum in venas atque in omnes partes corporis permanere?<sup>4</sup> facilius fallere in pane (si esset animadversum<sup>5</sup>) quam in poculo, cum ita confusum<sup>6</sup> esset, ut seceri nullo modo posset? At repentina morte periit. 174. Quod si esset ita factum;<sup>7</sup> tamen ea res, propter multorum ejusmodi mortem,<sup>1</sup> satis firmam veneni suspicionem non<sup>8</sup> haberet. Si esset suspiciosum,<sup>m</sup> tamen ad alios potius, quam ad Avitum pertineret. Verum in eo ipso<sup>n</sup> homines impudentissime<sup>9</sup> mentiuntur. Id ut intelligatis; et mortem ejus, et, quemadmodum post mortem, in Avitum sit crimen a matre quæsitum, cognoscite.

175. Cum vagus et exul erraret, atque undique exclusus Oppianicus, in Falernum<sup>o</sup> se ad C. Quinctilium<sup>10</sup> contulisset; ibi primum in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotavit. Cum esset una Sassia, et Statio Albio quodam, colono, homine valente,<sup>z</sup> qui simul esse solebat, familiarius uteretur, quam vir dissolutissimus,<sup>p</sup> incolumi fortuna, pati posset;<sup>11</sup> et jus illud matrimonii castum atque legitimum, damnatione viri sublaturum arbitraretur; Nicostratus quidam, fidelis Oppianici servulus, percuriosus<sup>q</sup> et minime<sup>12</sup> mendax, multa dicitur renuntiare domino soli-

<sup>z</sup> *Robusto.*



conj. edidit, *latius diffundi potuit additum aliqua.*—3 Pro *celerius potuit*, Priscian. habet *celerius potius*. Tum *comesum*, vel *comessum*, Mss. plures et edd. ante Grut. Denique C H S, Junt. Lamb. *quam potum.*—4  $\chi$  *permanere.*—5 Ern. conj. *si esset additum*: Weiske mavult *admixtum.*—6  $\chi$  *confisum*. Mox H et S *possit.*—7 Gruter. malebat *factum deleri*, prob. Ern. Pro *tamen* T habet *tum*. Dein  $\chi$  *cas res.*—8 In  $\chi$  deest negativa particula *non.*—9  $\psi$  *impudentissimi.*—10 Al. ad C. *Quinctilium*: Ms. ap. Lamb. ad L. *Quinctium.*—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Propter multorum ejusmodi mortem*] Quot repentina morte occidunt, quibus tamen epotum non est venenum!

<sup>m</sup> *Si esset suspiciosum*] Id est, si possent aliqui suspicari veneno sublaturum esse.

<sup>n</sup> *In eo ipso*] Quod repentina morte perierit.

<sup>o</sup> *In Falernum*] Falernus ager est

in Campania vini generositate, multum celebratus ab Horatio poëta.

<sup>p</sup> *Vir dissolutissimus*] Id est, maritus impudentissimus, qui nullis pudoris et verecundiæ legibus teneretur.

<sup>q</sup> *Percuriosus*] Videtur significare huic Nicostrato adulterium fuisse cognitum.

tus esse. Interea Oppianicus cum jam convalesceret, neque in Falerno improbitatem coloni diutius ferre<sup>13</sup> posset, et huc ad<sup>y</sup> urbem profectus esset, (solebat enim extra portam<sup>r</sup> aliquid habere conducti<sup>a</sup>) cecidisse ex equo dicitur,<sup>14</sup> et homo infirma valetudine latus offendisse<sup>15</sup> vehementer, et, posteaquam<sup>16</sup> ad urbem cum febris venerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio,<sup>17</sup> iudices, ejusmodi est, ut aut nihil habeat suspicionis, aut, si quid habet, id intra parietes in domestico scelere versetur.<sup>18</sup> LXIII. 176. Post mortem ejus Sassia<sup>19</sup> statim moliri, nefaria mulier, cœpit insidias filio:<sup>r</sup> quæstionem habere de viri morte constituit.<sup>20</sup> Emit de A. Rupilio, quo erat usus Oppianicus medico, Stratone<sup>s</sup> quendam, quasi<sup>r</sup> ut idem faceret, quod Avitus in emendo Diogene<sup>t</sup> fecerat. [p. 55.] De hoc Stratone et de assecla quodam<sup>u</sup> servo suo quæsituram esse<sup>z</sup> dixit. Præterea servum illum Nicostratum, quem nimium loquacem fuisse, ac nimium domino fidelem arbitrabatur, ab hoc adolescente Oppianico in quæstionem postulavit.<sup>x</sup> Hic<sup>y</sup> cum esset illo tempore puer, et illa quæstio de patris sui morte constitui diceretur; etsi illum servum, et sibi benevolum esse, et patri fuisse arbitrabatur; nihil tamen est

<sup>y</sup> *Prope.*<sup>z</sup> *In suburbiis.*<sup>a</sup> *Habere domum conductam.*

11 Lamb. *possit.*—12 *Pro minime in H maxime.*—13 H S χ ψ et Ven. 1483. *perferre.* Mox, C *et hic.*—14 χ *ex quo dic.* Lamb. *dic. cecid. ex equo.*—15 χ *offendisset.*—16 T *postquam.* Tum χ *veniret.*—17 χ *oratio.*—18 Lamb. *legi vult id intra par. domesticos in dom. scelere vers., aut omissis verbis in dom. scelere, simpliciter intra parietes domesticos.*

CAP. LXIII. 19 *Sassia Beckio suspectum est.*—20 *Pro constituit in Ven. 1480. et Junt. statuit.* Tum *Emit deinde a Rup. Ven. 1480. Emitque a Rup. C ψ.*—1 *Quendam, quasi*] Hinc rursus lacuna in ed. 1471. ad cap. 65. *incipiunt.* Ern. *Similiter in χ desunt verba post 'Stratonem' omnia usque ad voc. 'sententia' c. 65. init. sine ullo lacunæ indicio, legiturque mendose ita, 'Stratonem morum sententia. In T autem verba quendam, quasi . . . ceterorum honestissimorum c. 65. desunt, ut in Franc. 1. omnia verba quendam . . . ex omnium sent. constitutum est.'* Beck.—2 Lamb. *quæ. se esse.* ψ non habet esse.

## NOTÆ

<sup>r</sup> *Filio*] Cluentio.<sup>s</sup> *Stratonem*] Servum.<sup>t</sup> *In emendo Diogene*] De eo supra.<sup>u</sup> *Asseclu quodam*] Asseclæ servi sunt; ita dicti, quod domini jussis

præsto sint, ait Nonius Marcellus.

<sup>x</sup> *In quæstionem postulavit*] Ut de eo haberetur quæstio.<sup>y</sup> *Hic*] Oppianicus.

ausus recusare. Advocantur amici et hospites Oppianici, et ipsius mulieris multi, homines honesti, atque omnibus rebus ornati: tormentis omnibus vehementissimis quæritur. Cum essent animi servorum et spe et metu<sup>2</sup> tentati, ut aliquid in quæstione dicerent; tamen (ut arbitrator) auctoritate advocatorum<sup>a</sup> et vi tormentorum adducti,<sup>3</sup> in veritate manserunt, neque se quicquam scire dixerunt. 177. Quæstio illo die de<sup>4</sup> amicorum sententia dimissa est. Satis longo intervallo post iterum advocantur. Habetur de integro quæstio: nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur: aversari<sup>5</sup> advocati, et jam vix ferre posse: furere crudelis atque importuna mulier, sibi nequaquam, ut sperasset, ea, quæ cogitasset, procedere. Cum jam tortor,<sup>6</sup> b atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet; quidam ex advocatis, homo et honoribus populi ornatus, et summa virtute præditus, intelligere se dixit, non id agi, ut verum inveniretur, sed ut aliquid falsi dicere cogerentur. Hoc postquam ceteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsitum. 178. Redditur Oppianico Nicostratus: Larinum ipsa proficiscitur cum suis, mœrens, quod<sup>7</sup> jam certe incolumem<sup>b</sup> filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen, sed ne ficta quidem suspicio perveniret; et cui non modo aperta<sup>8</sup> inimicorum oppugnatio, sed ne occultæ quidem matris insidiæ nocere potuissent. Larinum postquam venit;<sup>9</sup> quæ a Stratone illo venenum antea viro suo datum,

<sup>b</sup> Non damnatum.

//////////

—3 Scheller. vult aut *adducti* legi *haud victi*, aut verba *et vi tormentorum* reponi post *metu*; quam ultimam conjecturam recepit Schutz.—4 H et S omitunt præpositionem.—5 *Adversari* C et edd. pr. *adversarii* H S ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam.—6 C *Cum tortor*, omisso *jam*. Ern. conjecit Ciceronem scripsisse *atque torm. essent ipsa def.* (ut edidit Schutz.) aut *cum jam tort. esset atque torm. ipsa defessa.*—7 ψ *mærensque jam*.—8 H *aperte*.—9 *Venit* non est in C.

#### NOTÆ

- <sup>2</sup> *Spe et metu*] Spe promissorum tum quæ a servis dicerentur.  
nempe, et tormentorum metu. <sup>b</sup> *Tortor*] Qui in equuleo servos torquebat, inde tortor dictus est.  
<sup>a</sup> *Advocatorum*] Multi viri graves advocati erant, ut testes essent eo-

sibi persuasum esse simulasset, instructam ei continuo et ornatam Larini, medicinæ exercendæ causa, tabernam dedit. LXIV. Unum, alterum, tertium annum Sassa quiescebat, ut velle atque optare<sup>10</sup> aliquid calamitatis filio potius, quam id struere et moliri videretur. 179. Tum interim Hortensio, Metello<sup>11</sup> consulibus,<sup>c</sup> ut hunc Oppiaicum aliud<sup>12</sup> agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret,<sup>13</sup> invito despondit ei filiam suam, illam quam ex genero<sup>d</sup> susceperat, ut eum nuptiis alligatum simul, et testamenti spe devinctum, posset<sup>14</sup> habere in potestate. Hoc ipso fere tempore Strato ille medicus domi furtum fecit et cædem ejusmodi.<sup>15</sup> Cum esset in ædibus armarium,<sup>e</sup> in quo sciret esse nummorum aliquantum et auri; noctu duos conservos dormientes occidit, in piscinamque<sup>f</sup> dejecit: ipse armarii fundum exsecuit,<sup>e</sup> et H-S<sup>g</sup>\*<sup>16</sup> et auri quinque pondo<sup>h</sup> abstulit, uno ex servis puero non grandi conscio. 180. Furto postridie<sup>17</sup> cognito, omnis suspicio in eos servos, qui non comparebant, com-

<sup>c</sup> Perforavit secundo.

//////////

CAP. LXIV. 10 *Optare* non est in C.—11 C H S  $\psi$  et edd. pleræque ante Lamb. *Hortensio Q. Metello*. Weiske *Hort. et Met.* ut Sylvius legit, prob. Garaton.—12 C S  $\psi$  et edd. nonnullæ *aliquid*. Tum C *at nihil*.—13 Lamb. *attraheret*.—14 *Possit* omnes edd. præter Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. qui habent *posset*.—15  $\psi$  *hujusmodi*.—16 ‘H-S \*’ In C est *sestertiorum*, uti olim etiam in edd. nonnullis fuit; H S H-S sine asterisco;  $\psi$  *sexternorum*. Asteriscum apponi Lamb. jussit, ut pateret numerum deesse. Gronov. legit *sestertium CL.* quam conjecturam Ern. probat. *X millia* legi maluerat Manutius, quia ex verbis ‘aliquantum nummorum’ colligit non multum argenti significari.’ Beck. Vid. Nott. Varr.—17 C *post triduo*.—

#### NOTE

<sup>c</sup> *Hortensio, Metello consulibus*] A. U. C. 684. consules fuerunt.

<sup>d</sup> *Ex genero*] M. Aurius Melinus ejus gener fuit.

<sup>e</sup> *Armarium*] In armario reponuntur arma, vel libri, vel pecuniæ, ut Valla refert.

<sup>f</sup> *In piscinam*] Piscinam antiqui, teste Gell. ii. 20. nominabant lacus, sive stagna continendis piscibus clau-

sa.

<sup>g</sup> *Et H-S*] Non numerat sester-tios: ideo paucos subreptos fuisse credibile est. Vulgo tamen ad parvorum sestertiorum numerum \* milia subaudiuntur.

<sup>h</sup> *Quinque pondo*] Ponderis et pondus, a verbo ‘pendo’ vel ‘pendeo.’ Ita Isidorus XVI. 24. ‘pondus dictum, eo quod in statera libratum pendeat.’

movebatur.<sup>d</sup> Cum exsectio illa fundi in armario animad-  
 verteretur,<sup>18</sup> quærebant homines,<sup>19</sup> quonam modo fieri po-  
 tuisset. Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est, so-  
 nuper in auctione quadam<sup>i</sup> vidisse in rebus minutis<sup>e</sup> adun-  
 cam,<sup>20</sup> ex omni parte dentatam, et tortuosam venire<sup>f</sup> serru-  
 lam,<sup>1k</sup> qua illud<sup>l</sup> potuisse ita circumsecari videretur. Ne  
 multa: perquiritur a coactoribus: <sup>m</sup> invenitur ea serrula ad  
 Stratonem pervenisse. [p. 56.] Hoc initio suspicionis  
 orto, et aperte insimulato Stratone, puer ille conscius per-  
 timuit: rem omnem dominæ indicavit: homines in piscina  
 inventi sunt: Strato in vincula conjectus est: atque etiam  
 in taberna ejus nummi, nequaquam omnes, reperiuntur.  
 181. Constituitur quæstio de furto: nam quid quisquam<sup>2</sup>  
 suspicari aliud potest? An hoc dicitis?<sup>n</sup> armario expila-  
 to,<sup>g</sup> pecunia ablata, non omni recuperata,<sup>3</sup> occisis homini-  
 bus, institutam esse quæstionem de morte Oppianici? Cui  
 probatis? quid est, quod minus verisimile proferre potuis-  
 tis? Deinde, ut omittam cetera, triennio post mortem  
 Oppianici de ejus morte<sup>4</sup> quærebatur? Atque etiam<sup>5</sup>  
 incensa odio pristino, Nicostratum eundem illum tum sine  
 causa in quæstionem postulavit. Oppianicus primo recu-  
 savit. Posteaquam illa, abducturam<sup>6</sup> se filiam, mutaturam  
 esse testamentum, minaretur;<sup>7</sup> mulieri crudelissimæ ser-

<sup>d</sup> Excitabatur.<sup>e</sup> Inter res minutas.<sup>f</sup> Vendi.<sup>g</sup> Exhausto.

18 Idem Ms. *animadverterentur*.—19 *Homines post quærebant* in H, sed in C S  $\psi$  verba *quærebant homines* desunt.—20 Pro *aduncam* in  $\psi$  *advincam*. Pantagathus legi voluit *aduncam exteriori parte*. Dein pro *dentatam* in C S et edd. pr. legitur *dentum*. Omnes aliæ edd. autē Ern. *dentium*.—1 H et S *serrolam*. Mox iidem Mss. *circumsecare*.—2 C H S  $\psi$  *Nam quidem quisq.*—3  $\psi$  *non enim recup.*—4 Idem Ms. *de cujus morte*.—5 In C *deest etiam*.—6 S

## NOTÆ

<sup>i</sup> *In auctione quadam*] In publica quadam bonorum venditione.

<sup>k</sup> *Serrulam*] Serrula, diminutivum a nomine 'serra.'

<sup>l</sup> *Qua illud*] Armamentarium.

<sup>m</sup> *A coactoribus*] Coactores dicuntur qui cogunt, et exigunt pecunias de bonis quæ in auctione venduntur.

<sup>n</sup> *An hoc dicitis*] Convertit orationem ad Sassiæ, ad Oppianicum adolescentem, et ad Attium accusatorem, qui dixerunt Stratone in quæstione confessum aliquid fuisse de veneno Oppianico dato: at Cicero contendit de furto quæstionem, non de Oppianici morte habitam esse.



vum fidelissimum, non in quæstionem tulit,<sup>h</sup> sed plane ad supplicium dedit. LXV. 182. Post triennium igitur agitata denique quæstio de viri morte habebatur; et de quibus<sup>9</sup> servis habebatur? Nova, credo, res objecta, novi quidam homines in suspicionem<sup>10</sup> vocati sunt. De Stratonem, et de Nicostrato. Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? Itane tandem? mulier<sup>11</sup> jam non morbo, sed scelere furiosa, cum quæstionem habuisset<sup>12</sup> Romæ, cum de T. Annii,<sup>13</sup> L. Rutilii, P. Saturii, et ceterorum honestissimorum virorum sententia constitutum esset, satis quæsitum videri; eadem de re triennio post, iisdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam viro (ne<sup>14</sup> colonum<sup>o</sup> forte abfuisse<sup>15</sup> dicatis), sed bono viro; in filii caput quæstionem habere conata est. 183. An hoc dicitis (mihi enim venit in mentem, quid dici posset,<sup>16</sup> tametsi adhuc non esset dictum), cum haberetur de furto quæstio, Stratonem aliquid de veneno esse confessum? Hoc uno modo, iudices, sæpe multorum improbitate depressa<sup>17</sup> veritas emergit, et innocentiae defensio interclusa respirat; quod aut ii, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant;<sup>18</sup> aut illi, quorum eminent audacia, atque projecta<sup>i</sup><sup>19</sup> est, a consiliis malitiæ deseruntur.<sup>p</sup> Quodsi aut confidens<sup>k</sup> astutia,<sup>20</sup> aut callida esset audacia, vix ullo obsisti modo posset. Utrum furtum factum non est? at

<sup>h</sup> Obtulit.<sup>i</sup> Extenta.<sup>k</sup> Audax.

//////////

et  $\psi$  adducturam.—7 Ern. legi jussit *minabatur*.—8 Ern. conjecit *obtulit*.

CAP. LXV. 9 Lamb. *at de quibus*.—10 CS et nonnullæ edd. vet. *suspicionem*.—11 Lambinus legi maluit *Itaque tandem mulier*, deleta interrogandi nota; unde Schutz. edidit *Ita tandem mulier*.—12  $\psi$  *habuisses*.—13 Pro T. Annii in C H S Titiani.—14 In C deest *ne* ante *colonum*.—15 Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Oliv. Lall. Schutz. et Orell. *adfuisse*.—16 Ern. Beck. Weiske ex C H S  $\psi$  et ed. 1471. dederunt *posset*. Ceteri *possit*. Tum est dictum edidit Schutzius e conj. Beckii. Ante *cum haberetur* Franc. Pall. sex Oxonn. Mss. et edd. pr. cum Beck. addunt *mementote*.—17  $\chi$  *deprehensa*.—18 Idem Ms. *quam excoeg*. Dein pro *illi*, in C et  $\chi$  ii; S hi.—19  $\chi$  *protecta*.

## NOTE

<sup>o</sup> *Colonum*] Intelligit Stathium Albiium, quo tanquam marito Sassia utebatur.

<sup>p</sup> *A consiliis malitiæ deseruntur*] Id est, satis callidi non sunt ad cogitandum et fingendum.

nihil clarius Larini fuit. An ad Stratonem suspicio<sup>1</sup> non pertinnit? at is et ex serrula insimulatus, et a puero conscio est indicatus.<sup>2</sup> An id actum non est in quærendo?<sup>3</sup> Quæ fuit alia igitur causa quærendi? An (id quod dicendum vobis est, et quod tum Sassia dicitabat)<sup>3</sup> cum de furto quæreretur, tum Strato iisdem in tormentis dixit<sup>4</sup> de veneno? 184. En hoc illud est,<sup>5</sup> quod ante dixi:<sup>4</sup> mulier abundat audacia;<sup>6</sup> consilio et ratione deficitur.<sup>m 7</sup> Nam tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ vobisque<sup>8</sup> editæ<sup>n</sup> sunt, illæ ipsæ, quas tum non<sup>9</sup> obsignatas esse dixi: in quibus tabellis de furto litera nulla invenitur. Non venit in mentem, primam orationem<sup>o</sup> Stratonis conscribere<sup>10</sup> de furto, post aliquid adjungere dictum de veneno, quod non percontatione quæsitum,<sup>r</sup> sed dolore expressum videretur. Quæstio de furto est,<sup>11</sup> veneni jam suspicione, superiore quæstione, sublata;<sup>s</sup> quod ipsum hæc eadem mulier indicarat;<sup>12</sup> quæ ut Romæ de amicorum sententia statuerat<sup>13</sup> satis esse quæsitum, postea per triennium maxime ex omnibus servis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat. 185. Cum igitur de furto quæreretur, et eo furto, quod ille sine controversia fecerat; tum ille de eo, quod quærebatur, verbum

<sup>1</sup> An quæsitum non est de furto?

<sup>m</sup> Destituitur.

<sup>n</sup> Exhibita.

<sup>o</sup> Confessionem.

//////////

—20 Pro astutia  $\chi$  habet malitia.—1  $\psi$  supplicio. Mox C At is etiam ex serr.—2  $\psi$  judicatus.—3 Dictavit  $\psi$ : dicitur C H S  $\chi$ , Ms. Lambini, Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. et Schutz. qui e conj. delevit tum ante Sassia.—4 Schutz. e conj. edidit Stratonem ... dixisse.—5  $\chi$  omittit est.—6 Idem Ms. muliere abundantè aud. Schutz. edidit mulier abundans audacia e Prisciano p. 1123. ed. Putsch.—7  $\chi$  defigitur.—8 Nobisque H S  $\psi$ : nobis quæ  $\chi$ .—9 Ante obsignatas Ern. e conj. Sylvii inseruit non, quod omnes aliæ edd. omittunt. Dein dixit habent C H S  $\chi$   $\psi$ , Ms. Lambini, Ven. 1480. et 1483. cum Junt. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Porro de quibus tabellis sex Oxonn. Mss. sed in  $\chi$  deest præpositio ante furto.—10  $\chi$  confidere.—11 Schutz. e conj. edidit Cum quæstio de furto esset.—12 C S  $\chi$  judicarat.—13 Schutz. e conj. statutum erat.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Quod ante dixi] Nempe quod a consiliis malitiæ deseruntur, quorum eminent audacia, &c.

<sup>r</sup> Non percontatione quæsitum] Cum

de veneno non haberetur quæstio.

<sup>s</sup> Superiore quæstione sublata] Quæstio habita fuerat triennio ante Romæ.

nullum fecit? de veneno statim dixit? [*p.* 57.] de furto, si non eo loco,<sup>p</sup> 14 quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua denique parte quæstionis, verbūm fecit ullum? LXVI. Jam videtis, illam nefariam mulierem,<sup>t</sup> iudices, eadem manu, qua, si detur potestas, interficere filium cupiat, hanc fictam quæstionem conscripsisse. Atque istam ipsam quæstionem, dicite,<sup>15</sup> quis obsignavit? Unum aliquem nominate. Neminem reperietis, nisi forte ejusmodi hominem,<sup>u</sup> quem ego proferri malim, quam neminem nominari. 186. Quid ais, T. Atti? tu periculum capitis, tu indicium<sup>16</sup> sceleris, tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferes;<sup>17</sup> neque earum auctoritatem literarum, neque obsignatorem, neque testem ullum nominabis? et, quam tu pestem innocentissimo filio ex matris sinu<sup>x</sup> depromseris, hanc hi tales viri comprobabunt? Esto: in tabellis nihil est auctoritatis:<sup>18</sup> quid? ipsa quæstio,<sup>19</sup> iudicibus;<sup>y</sup> quid? amicis, hospitibusque<sup>z</sup> Oppianici, quos adhibuerat antea; quid?<sup>20</sup> huic tandem ipsi tempori cur non reservata est? quid istis hominibus factum est,<sup>a</sup> Stratone et Nicostrato? 187. Quæro abs te, Oppianice, servo tuo Nicostrato quid factum<sup>1</sup> esse dicas: quem

<sup>p</sup> *Primo loco.*

//////////

Tum  $\chi$  est quæsitum.—14 Idem Ms. *sine eo loco.* Mox  $\chi$  et edd. quædam nullum.

CAP. LXVI. 15 Dicite non est in  $\chi$ . Dein C H S  $\chi \psi$  obsignavit. Paulo post,  $\chi$  nominat.—16 Mss. quidam *iudicium.*—17 Mss. nonnulli, Ven. 1483. Junt. Crat. Mediol. Grut. Græv. Oliv. Lall. *afferat.* Tum *neque earum auctorem* C H S T  $\chi \psi$ , et edd. pleræque ante Lamb. cum Oliv. et Orell. In C H S T deest *literarum.*—18 Passeratius, Lambinus, Grævius censent scribendum *in tab. nonnihil est auct.* Sylvius legi vult *in tab. aliquid est auct.* Vid. Nott. Varr.—19 Pro *ipsa quæstio* Sylvius conj. *prima quæstio* legend.—20 Post *quid* ter  $\psi$  et non habet interrogandi notam. In eodem Ms. desunt verba *cur non.*—1 S *quod factum.* In Franc. 1. *servo tuo Nicostr. quid factum*

#### NOTE

<sup>t</sup> *Nefariam mulierem*] Sassiam.

<sup>u</sup> *Ejusmodi hominem*] Albium colonium indicat, quo incestuose utebatur.

<sup>x</sup> *Ex matris sinu*] Id est, ex tabellis quas in sinu Sassia gestavit.

<sup>y</sup> *Ipsa quæstio iudicibus*] Ista quæstio reservari iudicibus debuisset.

<sup>z</sup> *Amicis hospitibusque*] Annio, Rutilio, Saturio, qui superiori quæstioni affuerant.

<sup>a</sup> *Quid istis hominibus factum est*] Sic verbum 'facere' cum ablativo ponitur sæpe apud Terentium et Ciceronem.

tu, cum hunc brevi tempore accusaturus esses,<sup>2</sup> Romam deducere, dare potestatem indicandi,<sup>3</sup> incolumem denique servare quæstioni,<sup>4</sup> servare his iudicibus, servare huic tempori debuisti. Nam Stratonem quidem, iudices, in crucem actum esse exsecta<sup>5</sup> scitote lingua: quod nemo est Larinatum qui nesciat. Timuit mulier amens non suam conscientiam, non odium municipum, non famam omnium: sed, quasi non omnes<sup>6</sup> ejus sceleris testes essent futuri, sic metuit, ne condemnaretur extrema servuli<sup>7</sup> voce morientis.

188. Quod hoc portentum, Dii immortales? quod tantum monstrum in ullis locis?<sup>8</sup> quod tam infestum scelus et immane, aut unde natum esse dicamus? Jam enim videtis profecto, iudices, non sine necessariis me ac maximis causis, principio orationis meæ de matre dixisse. Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. Mitto illam primam libidinis injuriam:<sup>b</sup> mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam: quæ nondum ad hujusce<sup>c</sup> vitæ periculum, sed ad commune familiæ<sup>9</sup> dedecus pertinebant. Nihil de alteris<sup>d</sup> Oppianici nuptiis quæror; quarum illa<sup>10</sup> cum obsides<sup>e</sup> filios ab eo mortuos accepisset, tum denique in familiæ luctum atque in privignorum<sup>f</sup> funus nupsit.<sup>11</sup> Prætereo, quod Aurium Melinum,<sup>12</sup>

*est, edicas.—2 ψ accus. es.—3 H χ et edd. pr. judicandi.—4 Ven. 1483. Junt. conservare quæst. Mox, Lamb. reservare huic temp.—5 C exacta: χ exemta.—6 Omnes non est in χ.—7 C servili: χ servilii. ('num servitii?' ait Beck.)—8 C et χ in illis locis.—9 χ filia.—10 χ ille, et mox filia.—11 C χ ψ innupsit.—12 A. Aurium Melinum dedit Lamb. Melinum abest a C H S χ ψ, Mss. Lambini, et*

## NOTE

<sup>b</sup> *Primam libidinis injuriam*] Prima libidinis injuria Sassiæ fuit expulisse filiam, et nupsisse genero.

<sup>c</sup> *Hujusce*] Cluentii.

<sup>d</sup> *De alteris*] Alterum de duobus dicitur. Ter nupsit Sasia: sed primæ nuptiæ, quæ cum A. Cluentio fuerunt, unde hic natus est, honestæ et legitimæ fuerunt: binæ reliquæ,

cum Melino et Oppianico, fuerunt infames; de quibus hic loquitur. Ita Sylvius.

<sup>e</sup> *Obsides*] Obsides filios dicit, quia veluti nuptiarum sunt pignora.

<sup>f</sup> *Privignorum*] Privignus dictus est uxoris meæ filius ex alio viro natus, ego illorum vitricus, ait Modest. lib. IV. § 4. de grad.

cujus illa quondam socrus, paulo ante uxor fuisset, cum Oppianici esse opera proscriptum<sup>13</sup> occisumque cognosceret, eam sibi domum sedemque conjugii<sup>14</sup> delegit, in qua quotidie superioris viri mortis indicia,<sup>15</sup> et spolia fortunarum videret. 189. Illud primum queror, de illo scelere,<sup>16</sup> quod nunc denique patefactum est, Fabriciani veneni:<sup>g</sup> quod jam tum recens, suspiciosum ceteris, huic<sup>h</sup> incredibile, nunc vero apertum jam omnibus ac manifestum videtur. Non est profecto de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum: quod nisi esset; certe postea, deprehensa re,<sup>9</sup> non illa ut ab improbo<sup>17</sup> viro discessisset, sed ut a crudelissimo hoste fugisset, domumque illam, in perpetuum, scelere omni affluentem, reliquisset. 190. Non modo id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum prætermisit, in quo non instrueret<sup>r</sup> insidias<sup>18</sup> aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret: quæ primum ut istum<sup>19</sup> confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo,<sup>20</sup> donis, muneribus, collocatione filix, spe hæreditatis obstrinxit. LXVII. Itaque apud ceteros,<sup>1</sup> [p. 58.] novis inter propinquos susceptis inimicitiis, sæpe fieri divortia atque affinitatum<sup>2</sup> discidia videmus: hæc mulier satis firmum accu-

<sup>9</sup> Deprehenso veneno.

<sup>r</sup> Faceret.



edd. pr.—13  $\chi$  esset opera perscriptum occ. cognosceret. In C cognosset.—14 In  $\chi$  et  $\psi$  deest conjugii.—15  $\chi$  superiore viri mortis judicia.—16 Queror ab illo scelere sex Oxonn. Mss. Lamb. 1566. queror hoc scelus.—17 H S  $\chi$  aut ab impr.—18 Strueret insid.  $\chi$ , ed. 1471. Ven. 1480. Junt. prob. Ernesto. Instrueret filio insid. Lamb. qui omittit ac ante dies. Mox totas H S T, Ven. 1480. 1483. Junt. Quia in Mss. suis invenit atque noctes tota mente, Lamb. legi jussit, noctesque totas, tota mente, aut tota mente omnino deleri. Dein Ven. 1480. cogitarat.—19 H S T  $\chi$  illum.—20 In  $\chi$  deest suo. Dein donis muliebribus Mss. plerique, ed. 1471. Ven. 1480. Junt. Crat. Grut. Oliv. Donis, muneribus ceteri. In H S est munebribus, in T mulieribus, in  $\chi$   $\psi$  muneribus. Pro collocatione, T habet collucione,  $\chi$  collocationem,  $\psi$  collucione.

CAP. LXVII. 1 C H S  $\chi$   $\psi$ , Pal. 2. Ita quod apud cel., prob. Grutero: Lamb. Itaque quod apud cel.—2 Pro affinitatum in ed. pr. Ald. et al. edd. vett.

#### NOTE

<sup>g</sup> Fabriciani veneni] Quod datum est Diogeni et Scamandro et Fabricio ad interficiendum Cluentium, de quo supra.

<sup>h</sup> Huic] Cluentius nunquam credidisset sibi paratum, conscia matre, venenum fuisse.

satorem filio suo fore neminem putavit, nisi qui in matrimonium sororem ejus<sup>1</sup> ante<sup>3</sup> duxisset. Ceteri novis affinitatibus adducti, veteres inimicitias sæpe deponunt: illa sibi ad confirmandas inimicitias, affinitatis conjunctionem<sup>4</sup> pignori fore putavit. 191. Neque<sup>5</sup> in eo solum diligens fuit, ut accusatorem filio suo compararet; sed etiam cogitavit, quibus cum rebus armaret.<sup>6</sup> Hinc enim illæ sollicitationes<sup>7</sup> servorum et minis et promissis; hinc illæ infinitæ crudelissimæque de morte Oppianici quæstiones; quibus finem aliquando<sup>8</sup> non muliebris<sup>8</sup> modus, sed amicorum auctoritas fecit. Ab eodem scelere illæ, triennio post habitæ Larini, quæstiones; ejusdem amentia falsæ conscriptiones quæstionum;<sup>9</sup> ex eodem furore etiam illa conscelerata exsectio linguæ:<sup>k</sup> totius denique hujus ab illa est et inventa<sup>9</sup> et adornata comparatio criminis. 192. Atque his rebus cum instructum<sup>10</sup> accusatorem filio suo Romam ipsa misisset; paulisper, conquirendorum et conducendorum<sup>l</sup> testium causa, Larini<sup>11</sup> est commorata: postea autem, cum appropinquare hujus judicium<sup>12</sup> ei nuntiatum est, confestim huc advolavit,<sup>m</sup> ne aut accusatoribus diligentia,<sup>n</sup> aut pecunia testibus deesset; aut ne forte mater hoc sibi optatissimum spectaculum hujus sordium<sup>o</sup> atque luctus, et

<sup>1</sup> Tandem.<sup>l</sup> Tabellæ.

*diffinitum*; in Mss. plerisque et ed. 1471. *infimum*: unde Steph. et Lamb. dederunt *offinium*. Gruter. malebat *intimum*, h. e. intimorum, quia in uno Pal. invenit *intimari*. Pro *discidia* edd. ante Lamb. habent *dissidia*. Porro videmus S T χ, ed. 1471. Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *vidimus* ceteri.—3 Lamb. *antea*.—4 χ *deponit*: illa sibi ad conf. amicitias, affin. conjunctiones.—5 Pro *Neque* in T legitur *Hæc*.—6 χ *amaret*.—7 C *solicitudines*. Mox χ *minis et missis*.—8 Sex Oxonn. Mss. et edd. ante Lamb. cum Grut. Weiske et Orell. *mulieris*.—9 χ *inventa*.—10 Pro *cum instructum* in χ *uni in fructum*.—11 Idem Ms. *Lutini*.—12 ψ *indicium*.—13 χ *tantis squaloribus*.

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Sororem ejus*] Hæc Sassiæ et Melini filia fuit, et ex matre soror Cluentii.

<sup>k</sup> *Exsectio linguæ*] Servus exsecta lingua actus est in crucem.

<sup>l</sup> *Conducendorum*] Qui pretio corumpuntur, conduci dicuntur.

<sup>m</sup> *Huc advolavit*] Romam.

<sup>n</sup> *Accusatoribus diligentia*] Id est, ut accusatores omni diligentia sollicitaret.

<sup>o</sup> *Hujus sordium*] Rei sordidi et squallidi in judicium veniebant, ut misericordiam excitarent.

tanti squaloris<sup>13</sup> amitteret. LXVIII. Jam vero quod iter Romam<sup>14</sup> ejus mulieris fuisse existimatis? quod ego, propter viciniam Aquinatium<sup>15</sup> et Venafranorum,<sup>16</sup> ex multis audivi et comperi: quos concursus<sup>17</sup> in his oppidis? quantos et virorum et mulierum gemitus esse factos? mulierem quandam Larino, atque illam<sup>18</sup> usque a Mari Supero<sup>r</sup> Romam proficisci, cum magno comitatu et pecunia, quo facilius circumvenire<sup>19</sup> iudicio capitis,<sup>5</sup> atque opprimere filium possit.<sup>20</sup> 193. Nemo erat illorum, pænedicam, quin expiandum illum locum esse arbitraretur, quacumque illa iter<sup>1</sup> fecisset; nemo, quin terram ipsam violari, quæ mater est omnium, vestigiis consceleratae matris putaret. Itaque nullo in oppido consistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitibus<sup>2</sup> inventus est, qui non contagionem<sup>4</sup> aspectus fugeret. Nocti se potius ac solitudini, quam ulli aut urbi<sup>3</sup> aut hospiti committebat. 194. Nunc vero quid agat, quid moliatur, quid denique quotidie cogitet, quem ignorare nostrum putat? quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorum fidem pretio labefactare<sup>4</sup> conata sit, tenemus: quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat<sup>5</sup> occultiora esse, sceleratasque ejus preces,<sup>u</sup> et ne-

//////////

CAP. LXVIII. 14  $\chi$  *inter Romam*.—15 C *Aquinantium*:  $\psi$  *Aquinatium*: edd. nonnullæ *Aquinatum*.—16 *Venafranorum*] C HS, Pall. et edd. antiq. *Afraternorum*, unde Gruter. legi voluit *Alfaternorum*, quorum Plinius III. 5. meminit.  $\chi$  *afraternorum*:  $\psi$  *fraternorum*: Franc. 1. *Venefranorum*. In nonnullis edd. *Fraternorum*, quod et Sylvius invenit. Beck. Vulg. ut Ern.—17  $\psi$  *cursor*.—18 Gulielm. conj. *illinc*.—19  $\chi$  *circumveniri*.—20  $\chi$ , ed. 1471. Ern. Beck. et Schutz. *possit*. Ceteri *posset*. Tum  $\chi$  *Nemo erit illorum*. Ern. censet *illorum* melius abesse.—1 *Iter non est in*  $\chi$ .—2 C *ex his hosp.*  $\chi$  *ex hosp.* Pro *inventus*  $\chi$  *habet repertus*.—3 *Ulli aut urbi*] *Ulli aut turbæ* e Franc. 1. Græv. Oliv. Lall. *Fuitne aut tabernæ?* Orell. Pro *urbi*  $\chi$  *habet turpi*.—4  $\psi$  *labefactari*.—5 HS  $\chi$  *putet*.

## NOTE

<sup>v</sup> *Aquinatium*] Aquinates ab oppido Aquino dicti sunt. Illud autem oppidum in Latio ad fines Samnitum situm est, quod Melphis fluvius aluit.

<sup>r</sup> *Venafranorum*] Venafrani ab oppido Campania: Venafro dicti.

<sup>r</sup> *A Mari Supero*] Id est, Adriatico.

<sup>5</sup> *Circumvenire iudicio capitis*] Id est, corrumpere iudices et testes, data pecunia, ut innocens ejus filius capite condemnaretur.

<sup>4</sup> *Non contagionem*] Omnes abhorrebant ab ejus conspectu, quo se contaminari arbitrabantur.

<sup>u</sup> *Sceleratas ejus preces*] Sceleratae

faria vota cognovimus ; quibus illa etiam Deos immortales de suo scelere testatur,<sup>u</sup> neque intelligit, pietate, et religione, et justis precibus, Deorum mentes, non contaminata superstitione,<sup>x</sup> neque ad scelus perficiendum cæsis hostiis posse placari : cujus ego furorem atque crudelitatem Deos immortales a suis aris atque templis aspernatos esse confido.<sup>r</sup>

LXIX. 195. Vos, iudices, quos huic A. Cluentio quosdam<sup>6</sup> alios Deos ad omne vitæ tempus fortuna esse<sup>y</sup> vult, hujus importunitatem matris a filii capite depellite. Multi sæpe in iudicando peccata liberum<sup>z</sup> parentum misericordiæ concesserunt : vos,<sup>7</sup> ne hujus honestissime actam vitam matris crudelitati condonetis,<sup>y</sup><sup>8</sup> rogamus ; præsertim cum ex altera parte<sup>9</sup> totum municipium<sup>r</sup> videre possitis. Omnes scitote, iudices, (incredibile dictu est, sed a me verissime dicitur)<sup>10</sup> omnes Larinales, qui valuerunt,<sup>11</sup> venisse Romam, ut hunc<sup>12</sup> studio frequentiaque sua, quantum possent,<sup>13</sup> in tanto ejus periculo sublevarent : [p. 59.] pueris illud, hoc tempore, et mulieribus oppidum scitote esse traditum, idque in præsentia, in communi Italiæ pace, domesticis<sup>14</sup> copiis esse tutum : quos tamen ipsos æque, et eos, quos<sup>15</sup> præsentis videtis, hujus expectatio iudicii dies noctesque sollicitat. 196. Non illi<sup>16</sup> vos de unius municipis fortunis arbitrantur, sed de totius municipii statu, dignitate, commodisque omnibus sententias esse laturos :

<sup>u</sup> Adhibet testes sui sceleris.

<sup>z</sup> Arbitror.

<sup>y</sup> Concedatis.

<sup>r</sup> Omnes Larinales.



CAP. LXIX. 6 Quosdam in C H S  $\psi$  deest. Weiske conjecit quosdam mortales Deos legendi.—7 C H S omittunt vos.—8 In  $\chi$  condemnatis.—9 Idem Ms. ex alia parte.—10 C H S  $\chi \psi$ , Junt. Crat. Hervag. Cam. Lamb. dicitur.—11 C valuerint.—12 C H S hinc.—13 H S  $\chi$  possit.—14 C H S  $\chi \psi$  in præsentia, comm. It. pace, in dom. Ven. 1480. et 1483. in præsentia a comm. It. pace in dom. Mox pro tutum C H S  $\chi \psi$ , Ven. 1483. Junt. habent totum.—15 Quos

#### NOTÆ

illius erant preces, quas videlicet adhibebat ad perdendum suum filium.

<sup>x</sup> Superstitione] Superstitio, inquit ipse Cic. de Nat. Deor. lib. i. 'in qua inest timor inanis Deorum.'

<sup>y</sup> Fortuna esse] Fortuna ait datos esse iudices, quia sortitione ducebantur.

<sup>z</sup> Peccata liberum] Multi iudices sæpe nocentes liberos, ducti miseri-



summa est enim, iudices, hominis <sup>17</sup> in commuam municipii rem <sup>a</sup> diligentia, in singulos municipes benignitas, <sup>18</sup> in omnes homines iustitia et fides. Præterea nobilitatem illam inter suos, locumque a maioribus traditum, sic tuetur, <sup>b</sup> <sup>19</sup> ut majorum gravitatem, constantiam, gratiam, <sup>20</sup> liberalitatem assequatur. Itaque <sup>1</sup> iis eum verbis publice <sup>2</sup> laudant, <sup>a</sup> ut non solum testimonium suum iudiciumque significant, verum etiam curam <sup>3</sup> animi ac dolorem: quæ dum laudatio recitatur, vos quæso, <sup>b</sup> qui eam <sup>4</sup> detulistis, assurgite. (*Laudatio Cluentii, ex decurionum Larinatium decreto.*<sup>5</sup>) 197. Ex lacrymis horum, <sup>6</sup> iudices, existimare potestis, omnes hæc decuriones <sup>c</sup> decrevisse lacrymantes. Age vero, vicinorum quantum studium, quam incredibilis benevolentia, quanta cura est! <sup>7</sup> non illi in libellis <sup>8</sup> laudationum decreta miserunt, sed homines honestissimos, quos nossemus omnes, huc frequentes <sup>9</sup> adesse, et hunc præsentem laudare <sup>10</sup> voluerunt. Adsunt Ferentani, <sup>11</sup> <sup>d</sup> homines nobilissimi, Marrucini <sup>12</sup> <sup>e</sup> item pari dignitate; Theano Apulo, <sup>f</sup> atque Luceria, <sup>g</sup> equites <sup>h</sup> Romanos, honestissimos ho-

<sup>a</sup> Commoditatem.<sup>b</sup> Conservat.

ante præsentem in  $\chi$  deest.—16  $\chi$  Non illis.—17 C homini.—18  $\psi$  benignitatis.—19 Idem Ms. sic videtur.—20 In Franc. 1. deest gratiam, prob. Grævio.—1  $\chi$  Ita qui. In C H S  $\chi$   $\psi$  omittitur iis.—2  $\psi$  publicis. Mox pro testimonium suum in  $\chi$  legitur potentiam suam.—3 Ante curam C H S  $\psi$  addunt jam.—4 Pro eam C et  $\chi$  jam.—5 Lambinus primus inseruit verba *Laudatio Cluentii, ex decurionum Larinatium decreto.*—6 C istorum:  $\psi$  ipsorum.—7 Verba quam incred. benev., quanta cura est in C H S  $\psi$  desunt.—8 C libelli:  $\chi$  bellis.—9 C frequenter.—10  $\chi$  laudate.—11 S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. Ferentani.—12  $\chi$  Murrutini. Sequentia vulgo ita præeunte Vict. in-

## NOTÆ

cordia erga parentes, absolverunt.

<sup>a</sup> *Verbis publice laudant*] Sæpe legati a civitatibus mittebantur, ut laudatione sua faverent. Laudationes autem illæ describebantur et ob-signabantur ex decreto publico.

<sup>b</sup> *Vos quæso*] Larinates alloquitur, qui laudationem Cluentii attulerant.

<sup>c</sup> *Decuriones*] Decuriones erant veluti senatores municipiorum.

<sup>d</sup> *Ferentani*] Volaterranus ait Ferentium oppidum Faliscorum fuisse,

indeque Ferentanos dictos esse, quos et Ferentinos lib. III. Plinius appellat.

<sup>e</sup> *Marrucini*] Populi sunt Italiæ in regione Marsorum.

<sup>f</sup> *Theano Apulo*] Theanum Apulum a Larino abest decem et octo millia passuum.

<sup>g</sup> *Luceria*] Luceria Apuliæ oppidum.

<sup>h</sup> *Equites*] Non solum ex urbe Roma, sed ex omnibus municipiis et op-

mines, laudatores videtis ; Boviano,<sup>13</sup> totoque ex Samnio,<sup>k</sup> cum<sup>14</sup> laudationes honestissimæ missæ sunt, tum homines amplissimi nobilissimique venerunt. 198. Jam qui in agro Larinati<sup>15</sup> prædia, qui negotia, qui res pecuarias<sup>16</sup> habent, honesti homines, et summo splendore præditi, difficile dictu est, quam sint solliciti, quam laborent. Non multi mihi ab uno sic diligi videntur, ut hic ab his universis. LXX. Quam non abesse ab hujus judicio<sup>17</sup> L. Volusienum, summo splendore hominem ac virtute præditum, vellem ! Quam vellem<sup>18</sup> præsentem posse P. Helvidium Rufum, equitem Romanum, omnium ornatissimum, nominare ; qui, cum, hujus causa, dies noctesque vigilaret, et cum me hanc causam doceret ; in morbum gravem periculosumque incidit : in quo tamen non minus de capite hujus, quam de sua vita laborat. Cn. Tudicii<sup>19</sup> senatoris, viri optimi et honestissimi, par studium et testimonio<sup>20</sup> et laudatione cognoscetis. Eadem spe, sed majore verecundia,<sup>l</sup> de te, P. Volumni, quoniam judex es in A. Cluentium, dicimus. Et, ne longum sit, omnium vi-

//////////

terpuncta fuerunt, *Marrucini item: pari dignitate Theano, Appulo, atque Luc.* nam Manut. et Lamb. dederunt *Theano Apuloque atque Nuceria.* Ant. Augustin. *Theano Appulo, atque Nuceria.* Ursinus legi maluit *pari dignitate Teano, Appuloque et Luceria.* Recte Græv. cum edd. pr. comma post *Teano* sustulit. In C *Theano Apolo: H Theanopolo: χ Theano a populo?* Beck.—13 C H S χ ψ, Ven. 1480. et 1483. *Boiano.*—14 *Tum* Schutz. tacite.—15 χ *Jamque agro;* et Lamb. *Larinate.*—16 C *res pecuniarias:* Mss. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut. *res pecuniarias.*

CAP. LXX. 17 C S χ ψ *Quando abesse;* et Lamb. *ab hoc judicio.* Tum nonnullæ edd. vett. *Voluseum.* In C *Voluseum.*—18 Verba *Quam vellem* absunt a C H S χ ψ et edd. ante Lamb. Dein H S χ ψ, Ven. 1483. Junt. Hervag. Cam. Steph. *præsentem possem.*—19 ψ *Judici:* Mss. nonnulli et edd. ante Græv. *Tudici.*—20 Franc. 1. Mss. Pariss. Græv. Lall. Beck. et Orell. *in test. Ceteri et test.* Græv. et Ern. conjecerunt *ex legend.*—1 χ *Eadem spes, sed major verec.* Tum pro *de te, P.* in χ legitur *decepit.* Porro ψ *Volumini.* In

#### NOTÆ

pidis erant equites Romani. Sic Cicero Arpinas eques Rom. fuit, &c.

<sup>l</sup> *Boviano*] Bovianum oppidum in Samnio.

<sup>k</sup> *Samnio*] Samnium Italiae regio

inter Latium, Campaniam, Caracenos, Pelignos, Vestinos, et Sabinos sita.

<sup>l</sup> *Res pecuarias*] Qui pecora habent, unde redditus colligant.

cinorum summam esse in hunc benevolentiam, confirmamus.<sup>c</sup> 199. Horum omnium studium, curam, diligentiam, meumque una laborem, (qui totam hanc causam, vetere instituto,<sup>m</sup> solus peroravi) vestramque simul, iudices, æquitatem et mansuetudinem una mater oppugnat. At quæ mater? <sup>2</sup> quam cæcam crudelitate et scelere ferri videtis; cujus cupiditatem nulla unquam turpitudine retardavit; quæ vitii animi in deterrimas partes jura hominum convertit <sup>3</sup> <sup>n</sup> omnia; cujus ea stultitia est, ut eam nemo <sup>4</sup> hominem; ea vis, ut nemo foeminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. Atque etiam nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen et jura mutavit; uxor generi, noverca filii, filiæ pellex; eo jam denique adducta est,<sup>d</sup> ut sibi,<sup>5</sup> præter formam, nihil ad similitudinem hominis reser- varit.<sup>6</sup> 200. Quare, iudices, si scelus odistis, prohibete aditum <sup>7</sup> matris a filii sanguine: date parenti hunc incredi- bilem dolorem ex salute, ex victoria liberum: <sup>8</sup> <sup>o</sup> patimini, matrem, ne orbata filio lætetur, victam potius vestra æqui- tate discedere. [*p.* 60.] Sin autem, id quod <sup>9</sup> vestra natura postulat, pudorem, bonitatem, virtutemque diligitis; levate hunc aliquando supplicem vestrum,<sup>e</sup> iudices, tot annos in falsa invidia periculisque versatum,<sup>10</sup> qui nunc primum post illam flammam,<sup>p</sup> aliorum facto <sup>11</sup> et cupiditate exci-

<sup>c</sup> *Affirmamus.*<sup>d</sup> *Pervenit.*<sup>e</sup> *Supplicantem vobis.*

χ deest es.—2 χ *Atque mater.* Dein C H ψ *quam cæca crud.*—3 χ *convertat* — 4 χ *ut ea nemo.*—5 Idem Ms. *adducta, uti sibi,* omisso *est.*—6 χ *homini reser- varet.*—7 ψ *aditum.* Idem Ms. *mox dare legit,* et post *dolorem* eolo inter- pungit.—8 C *et victoria lib.* In ψ interpunctio post *liberum* tollitur. Tum Viet. et Mann. *patiamini.*—9 Pantagathus legit *Si id quod.*—10 Franc. 1. *qui tot annos . . . versetur,* non improb. Grævio.—11 *Pro facto* Ern. suspicaba-

## NOTE

<sup>m</sup> *Vetere instituto*] Ostendit olim fuisse consuetudinem, ut unus tantum defenderet et accensaret. At hæc agendi ratio mutata est; ex Asconio enim habemus Scæurum a sep- tem oratoribus defensum fuisse in judicio, eum paulo ante adhibere tan- tum quatuor concederetur.

<sup>n</sup> *Jura hominum convertit*] Sasia eadem erat soerus et uxor, et idem ejus gener et maritus.

<sup>o</sup> *Ex victoria liberum*] Ut injuste oppugnati vincant, non opprimantur Cluentii filii.

<sup>p</sup> *Post illam flammam*] Invidiam notat, quam Quintius suis concioni-

tatam, spe vestræ æquitatis erigere animum, et paulum respirare a metu cœpit: cui posita<sup>12</sup> sunt in vobis omnia; quem servatum esse plurimi<sup>13</sup> cupiunt, servare soli vos potestis. 201. Orat vos Avitus, iudices, et flens obsecrat, ne se invidiæ, quæ in iudiciis valere non debet; ne matri, cujus vota et preces a vestris mentibus repudiare debetis; ne Oppianico, homini nefario, condemnato jam et mortuo, condonetis.<sup>f</sup><sup>14</sup> LXXI. Quodsi qua calamitas hunc<sup>q</sup> in hoc iudicio afflixerit innocentem; næ iste<sup>15</sup> miser, iudices, si, id quod difficile factu est, in vita remanebit, sæpe et multum queretur, deprehensum esse illud quondam Fabricianum venenum:<sup>r</sup> quodsi tum<sup>16</sup> indicatum non esset, non huic ærumnosissimo venenum illud fuisset, sed multorum medicamentum laborum: postremo etiam fortassis<sup>17</sup> mater exequias illius funeris prosecuta, mortem<sup>18</sup> se filii lugere simulasset. Nunc vero quid erit profectum,<sup>19</sup> nisi ut hujus ex mediis mortis insidiis<sup>s</sup> vita ad luctum reservata,<sup>20</sup> mors sepulcro patris<sup>t</sup> privata esse videatur? 202. Satis diu fuit in miseriis, iudices: satis multos annos ex invidia laboravit. Nemo huic tam iniquus, præter parentem, fuit, cujus animum non<sup>1</sup> jam expletum esse putemus. Vos, qui æqui estis omnibus, qui, ut quisque crudelissime oppugnatur, cum<sup>2</sup> lenissime sublevatis, conservate A. Cluen-

*f* *Dedutis.*

//////////

tur fraude, Schutz. errato, et Orell. facinore legend.—12 C *cujus posita*.—13  $\psi$  *plurimum*.—14  $\psi$  *condemnetis*.

CAP. LXXI. 15 Ms. Lamb. Ven. 1480. 1483. et Hervag. *ne iste*. Verba *iudices si id* in  $\chi$  desunt.—16 Pro *tum* C H S  $\psi$  *habent scitum*.  $\chi$  omittit negativam particulam *non ante esset*.—17 C *postr. et fort.*—18  $\chi$  *morte*.—19 C H S  $\psi$  *profecto*.—20 C H S  $\chi$  *conservata*.—1  $\chi$ , Franc. 2. Pall. tres et ed. 1472. omittunt *non ante jam expl.* In Franc. 1. legitur *cujus animum jam expl. esse non putemus*. Tum C H S  $\psi$  *vos, quia æqui*.—2 Pro *eum*, quod in  $\chi$  deest,

#### NOTÆ

bus accendit contra Junium quæstionem iudicem.

<sup>q</sup> *Hunc*] Cluentium.

<sup>r</sup> *Fabricianum venenum*] Venenum Fabricius Diogeni dabat ad necandum Cluentium, ut fuse superius dictum est.


<sup>s</sup> *Mortis insidiis*] Cluentius ex insidiis mortis liberatus est, quia paratum ei venenum deprehensum est.

<sup>t</sup> *Mors sepulcro patris*] Romani communia toti familiæ sepulcra habebant, quibus privari miserrimum existimabatur.

tium:<sup>3</sup> restituite incolumem municipio: amicis,<sup>4</sup> vicinis, hospitibus, quorum studia videtis, reddite: vobis in perpetuum liberisque vestris obstringite.<sup>5</sup> Vestrum est hoc, iudices, vestrae clementiae:<sup>6</sup> recte hoc repetitur<sup>7</sup> a vobis, ut virum optimum atque innocentissimum, plurimisque mortalibus carum<sup>8</sup> atque jucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis; ut omnes intelligant, in concionibus esse invidiae locum, in judiciis veritati.



C habet *cum*. Dein  $\chi$  *levissime*.—3 C H S  $\chi$  omittunt prænomen *A.* ante *Cluentium*.—4  $\chi$  *inimicis*.—5 C et  $\psi$  *astringite*.—6 Ante *vestrae clementiae* C H et edd. ante Lamb. cum Oliv. Lall. et Orell. addunt *vestrae dignitatis*.—7  $\chi$  *reperitur*.—8 Idem *pluribusque mortalibus*, et Lamb. *carissimum*.



M. TULLII CICERONIS  
DE LEGE AGRARIA  
ORATIONES TRES  
CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,  
TRIBUNUM PLEBIS.

---

ARGUMENTUM.

P. Rullus trib. pl. cum tribunatum inisset ante Kal. Jan. legem tulit agrariam. Ejus hæc fere sententia fuit, ut decem viria XVII tribubus creati, et lege curiata summaque potestate ornati, agros omnes, qui extra Italiam, L. Sulla et Q. Pompeio coss. aut postea publici facti essent, venderent; in Africa tamen exceptis iis, de quibus fœdere cautum esset, quos Hiempsal Manritaniæ rex a Cn. Pompeio traditos possidebat; in Italia vero et sylvas et possessiones omnes publicas, exceptis agris Campano et Stellate, quos non vendi, sed dividi quinque millibus colonorum lex jubebat; et ut iidem omnibus agris publicis vectigal imponerent, excepto Recentorico Siciliensi: et ut, qui agri privati essent, eos publicare, qui publici, liberare possent: quodque ad quemque eorum qui exercitum habuissent, et bella gessissent, ex præda, manubiis, auro coronario pervenisset, perventurumve esset, quod neque consumptum in monumento, neque in ærarium relatum esset, id omnes, uno excepto Pompeio, ad decemviros referrent: quæque ex iis rebus omnibus redacta pecunia esset, ea decemviri agros in Italia emerent, qui plebi Rom. dividerentur. Hanc legem in senatu, inito consulatu, ipsis Kalendis Januariis, præsentente Rullo, dissuasit prima oratione, cujus primæ partes interiere. Sed cum Rullus, quanquam perspexerat senatus voluntatem, tamen non abjiceret legis ferendæ consilium, ad alteram orationem eodem die habendam, comitante senatu, in concionem populi ascendit, qua gratis primum, pro more, actis, sensim accessit ad ipsam legem oppugnandam, eamque populo, ærario, reipublicæ universæ,

perniciosam minimeque popularem esse ostendit. In quo cum non obscure videretur populi animos commovisse, eique, quod volnerat, persuasisse; Rullus, coram contendere cum consule non ausus, absentem paulo post apud populum criminatus est, quasi gratum facturum Sullanorum agrorum possessoribus, legem atque adeo commoda plebis oppugnasset. Quod cum Cicero audisset, advocata concione, tertiam orationem habuit, qua, quæ in ipsum conjecta a Rullo erant, diluit, et ostendit, se nemini nisi reipublicæ, Rullum autem socio suo Valgio consultum cupere: Rullum vero Sullanos agros non modo nemini adimere, sed eorum possessionem potius confirmare. Ita confirmatis populi animis, cum etiam ostendisset L. Cæcilius trib. plebis se intercessurum, si Rullus legem ferre conaretur, consilium ferendæ legis Rullus abiecit.

---

M. TULLII CICERONIS,

D E L E G E A G R A R I A,

CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,

TRIBUNUM PLEBIS, IN SENATU,

ORATIO XV.

*Desunt permulta.*<sup>1</sup>

I. 1. [*Ed. Ald. p. 61.*] \* QUÆ res aperte petebatur,<sup>a</sup> ea

//////////

CAP. I. 1 [*Desunt permulta*] In C H S  $\psi$  marg. scribitur ab eadem manu, 'Hic deficient duæ chartæ, quæ faciunt principium orationis.' Eodem fere modo Pal. 1. In ed. Med. 1498. hæc verba præfiguntur: 'Hujus orationis principium de lege agraria contra P. Rullum non exstat. Duo enim folia ex vetustissimo codice abscissa fuisse, librarii admonitum reliquerunt in marginibus vetustissimorum exemplorum, quæ in consultationem hujus nostræ edit. adhibuimus.' In ed. 1472. omnino non habetur fragmentum primæ orationis.' Beck. Orell. hic inseruit tria membra seqq., (ex Anlo Gellio Noct. Attic. XIII. 24. 6.) 'Prædam, manubias, sectionem, castra denique Cu. Pompeii sedente imperatore decemviri vendent'... (e Charis.

NOTÆ

<sup>a</sup> *Aperte petebatur*] 'Petere' verbum est gladiatorum, quando nempe adversarium aggrediuntur, cum alle-

goria ad urbium obsidionem, quæ vel aperta vi, vel cuniculis oppugnantur.



nunc occulte cuniculis<sup>b</sup> oppugnatur: dicent enim decemviri,<sup>c</sup> id quod et dicitur<sup>2</sup> a multis, et sæpe dictum est; post eosdem consules,<sup>d</sup> regis<sup>3</sup> Alexandri<sup>e</sup> testamento, regnum illud populi Romani esse factum. Dabitis igitur Alexandriam clam petentibus iis, quibus apertissime pugnantibus restitistis?<sup>4</sup> Hæc, per Deos immortales! utrum esse vobis consilia siccorum,<sup>a</sup> an vinolentorum<sup>5</sup> somnia; et utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? 2. Videte nunc, proximo capite,<sup>f</sup> ut impurus helluo<sup>g</sup> turbet rempublicam;<sup>6</sup> ut a majoribus nostris possessiones relictas disperdat et dissipet; ut sit non minus in populi Romani patrimonio nepos,<sup>7b</sup> quam in suo. Proscribit<sup>8i</sup> in sua lege vectigalia,

<sup>a</sup> *Sobriorum.*

//////////

lib. 1. p. 74.) 'Imberba juventute'... (ex Aquila Romano c. 43. p. 187. ed. Ruhnken.) 'Venit igitur sub præcone tota Propontis atque Hellespontus: addicetur communis ora Lyciorum atque Cilicium; Mysia et Phrygia idem conditioni legique parebunt.' Vid. Fragmenta.—2  $\chi$  id quod etiam dicitur: C H S et ed. Oliv. id quod dic.—3 Pro regis, in  $\chi$  legis. Tum Alexandrini Ven. 1483. Junt. Lauredanus, (Venet. ap. P. Manut. 1558. 4to.) Grut. Pro testamento regnum C H S  $\chi$  habent testamentum.—4  $\chi$  restitulis.—5 H sicariorum; et  $\chi$  ac rinol.—6 C tuber reip.  $\chi$  tuber re p.—7 Pro nepos Erf. habet hæres.—8 C H S  $\chi$   $\psi$  Proscribit, atque ita etiam, paulo post, C S  $\chi$   $\psi$ . In

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Occulte cuniculis*] Vult ostendere quod, quam rem aperte Rullus non potuit, modo occulta fraude aggreditur. Cuniculi autem eæ fossæ sunt subterraneæ, per quas hostis in urbem subit; quæ vel a cuneis dictæ sunt, quod illis tanquam cuneis urbs aperitur, vel a cuniculo animali: de quo sic Martialis cecinit, lib. XIII. 'Gaudet in effossis habitare cuniculus antris; Monstravit tacitas hostibus ille vias.'

<sup>c</sup> *Decemviri*] Per 17. tribus creati sunt decemviri a novem reliquis, qui agros venderent et emerent, et plebi Romanæ dividerent.

<sup>d</sup> *Eosdem consules*] Consules in ea parte orationis, quæ perit, nominati sunt L. Sulla et Q. Pompeius, ut infra constabit his verbis, 'Quod superiore parte legis præfinitum fuit,

Sulla et Pompeio coss. id rursus liberum infinitumque fecerunt.'

<sup>e</sup> *Regis Alexandri* [*Regis Alexandrini*] Ptolemæus Alexander Appion, ut appellatur in Orat. II. rex Cyrenarum et Ægypti, populum Rom. hæredem fecerat. Eo igitur mortuo, regnum decemviri, contra quos hic agit Cicero, sibimetipsis vindicare conati sunt.

<sup>f</sup> *Proximo capite*] Singula Servilianæ legis capita refellit, ut patebit ex integra sequenti oratione.

<sup>g</sup> *Helluo*] Rullum vocat helluonem, quia omnia reipub. bona immoderate consumit.

<sup>h</sup> *Nepos*] Nepos dicitur, qui luxuriose bona sua dissipat, quem Vossius hoc nomine appellari ait, quod 'pueri parentibus orbat, si in avorum sicut potestate, fere nequam evadant, et

quæ decemviri vendant, hoc est, proscribit auctiōnem<sup>k</sup> publicorum bonorum. Agros emi vult,<sup>l</sup> qui dividantur: quærit pecuniam. Videlicet<sup>9</sup> excogitabit aliquid, atque afferet.<sup>10</sup> Nam superioribus capitibus dignitas populi Romani<sup>m</sup> violabatur: nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur:<sup>n</sup> urbes pacatæ,<sup>o</sup> agri sociorum, regum status decemviris<sup>11</sup> donabantur: nunc præsens, certa, pecunia numerata, quæritur. 3. Expecto, quid tribunus plebis vigilans et acutus excogitet. Veneat, inquit, sylva Scantia.<sup>p</sup> Utrum tandem hanc sylvam in relictis possessionibus, an in censorum pascuis<sup>129</sup> invenisti? Si quid est, quod indagaris, inveneris,<sup>13</sup> ex tenebris erueris, quanquam iniquum est, consume sane,<sup>14</sup> quoniam commodum est, quoniam qui-

~~~~~

Ven. 1480. utroque loco est *proscribit*, et in Ven. 1483. Junt. *perscribit*. Lall. ex Mss. suis dedit *Perscribit in sua lege*.—9 *Videlicet non est* in Erf.—10 *C affert*.—11 *C H S*  $\chi$  *decemviri*. Pro *donabantur* Putean. coniecit *condonabantur* legend. prob. Lamb.—12 Pro *pascuis* nonnulli ap. Laured. legi *vulnerunt tabulis*.—13  $\chi$  *quod in agris inven*.—14 *Consume sane* C H S  $\chi$ , edd. Rom. Bræx. Med. Ven. 1483. Beck. Schutz. et Orell. *consume tamen sane*  $\psi$ , Erf. Græv. Oliv. Lall. *tamen consume sane* Ven. 1480. ed. Wald. Nang. Junt. Lamb. Manut. Grut. nisi quod in ed. Grut. *sanc* omittatur. Dein in H desunt verba *quoniam quidem tu attulisti*. <sup>l</sup> *Quoniam commodum est, quoniam, &c.*] Mirum sane hoc *quoniam . . . quoniam quidem*. Pro posteriori *quando quidem* ed. Rom. Jenson. Ven. utraque, Junt. Pro priori *quoniam, quoniam cum lineola*

#### NOTE

dissoluti; quia faciliores parentibus esse avi solent; et si severiores esse velint, a pueris, patris metu solutis, contemni solent.<sup>7</sup>

<sup>l</sup> *Proscribit*] *Proscribuntur* ea quæ per scriptum publice venalia proponuntur.

<sup>k</sup> *Proscribit auctiōnem*] Id est, publica bona vendere conatur: auctio enim fit in iis quæ publice venduntur, argendo pretium.

<sup>l</sup> *Agros emi vult*] Decemviri causabantur se agros velle dividere tribubus, sed inde magnam vim pecuniæ cogebant quo facilius ad dominationem aspirarent.

<sup>m</sup> *Dignitas populi Romani*] Violabatur dignitas populi Romani, quia non populi comitiis, scilicet a 35.

tribubus, sed a 17. duntaxat Rullus creari volebat illos decemviro.

<sup>n</sup> *Nomen imperii in commune odium vocabatur*] Mittebantur enimvero illi decemviri per provincias et regna, qui ad libidinem suam proscribent bona, publicabant, &c.

<sup>o</sup> *Urbes pacatæ*] Urbes quibuscum nullum erat dissidium, pacatæ dicebantur.

<sup>p</sup> *Sylva Scantia*] Sylva in Campania, ubi Scantiæ aquæ ignem vomentes, ut Plin. N. H. lib. 11. testatur.

<sup>9</sup> *Censorum pascuis*] Censores locabant veiticahæ, et publica pasca mancipibus pretio tradebant, et in rationes referebant. Plin. N. H. xxviii. 3.

dem tu attulisti. Sylvam vero tu Scantium vendas, nobis consulibus atque hoc senatu? tu ullum vectigal<sup>15</sup> attingas? tu populi Romani subsidia belli? tu ornamenta pacis eripias? Tum vero hoc me inertiolem consulem iudicabo, quam illos fortissimos viros, qui apud majores nostros fuerunt; quod, quæ vectigalia, illis consulibus, populo Romano parta sunt, ea, me consule, ne retineri quidem potuisse iudicabuntur.<sup>16</sup> II. 4. Vendit Italiae possessiones<sup>r</sup> ex ordine omnes. Sane est in eo diligens: nullam<sup>17</sup> enim prætermittit. Persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam: nullum ædificium, nullos agros relinquit. Audistis auctionem populi Romani proscriptam a tribuno plebis, constitutam in mensem Januarium:<sup>18</sup> et, credo, non dubitatis,<sup>t</sup> quin idcirco hæc, ærarii causa, non vendiderint<sup>19</sup> ii, qui armis et virtute pepererunt, ut esset, quod nos,<sup>20</sup> largitionis causa, venderemus.

5. Videte nunc, quoad fecerit iter,<sup>b</sup> apertius quam antea. Nam superiore parte legis quemadmodum Pompeium<sup>u</sup> oppugnarent, a me indicati sunt: nunc jam se ipsi indicabunt.

<sup>b</sup> Quo conetur pervenire.

//////////

Ven. 1483. Junt. Fuitne quantum? vel potius quod commodum est, quando quidem tu attulisti? In Beckii ed. excidit quoniam commodum est. Orell.—15 C S χ nullum vect. Mox, ψ, Crat. Heivag. Cam. Vict. et Orell. populo Romano.—16 χ posse vindicabuntur.

CAP. II. 17 C H S χ Nulla. Mox, Putean. scribi voluit Perseq. ut in tab. Vid. Nott. Varr.—18 C et χ Januarii.—19 C S χ non vendiderunt. In Mss. quibusdam ap. Turneb. quin non idcirco . . . non vendiderunt, quod, sine ironia dictum, probat Turneb.—20 χ vos. Mox venderetis H: venderemini C S.—1 Ut fecerit iter Franc. et Mss. nonnulli ap. Turneb. quod fecerit iter H et Junt. quo adfectavit iter Aldus Nep. et Lamb. Conjecit Gulielm. quoad egerit iter: Mannt. scribi jussit quo adfectarint iter, prob. Laured. Hunc locum esse

#### NOTE

<sup>r</sup> Vendit Italiae possessiones] Enumerat hic Italiae partes, de quarum venditione tribuni plebis cogitabant.

<sup>u</sup> In mensem Januarium] Promulgata fuerat hæc lex mense Decembri, quam tribunus plebis Januario mense ferri volebat: neque enim ante legem latam auctio honorum publicorum fieri poterat.

<sup>t</sup> Et, credo, non dubitatis] Ironia;

ostendit enim non ea bona vendita fuisse, ut ex eorum reditu collecta pecunia in ærarium referretur, sed ut in largitiones a tribunis plebis effunderetur.

<sup>u</sup> Pompeium] Rullus cum de creandis decemviris legem ferre cogitaret, Pompeium excepit; atque ita dignitatem ejus oppugnavit.

Jubent venire <sup>1</sup> agros Attalensium <sup>2</sup> atque Olympenorum. <sup>3</sup> Hos populo Romano Servilii, fortissimi viri, victoria adjunxit: [p. 62.] deinde agros in Macedonia regios, <sup>4</sup> qui partim T. Flaminini, <sup>5</sup> partim L. Paulli, qui Persen vicit, virtute parti sunt: deinde agrum optimum <sup>6</sup> et fructuosissimum Corinthium, <sup>7</sup> qui L. Mummii <sup>8</sup> imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adjunctus est: post autem agros in Hispania apud Carthaginem Novam, <sup>9</sup> duorum Scipionum <sup>10</sup> eximia virtute possessos: tum vero <sup>11</sup> ipsam veterem Carthaginem <sup>12</sup> vendunt, quam P. Africanus <sup>13</sup> nudatam tectis ac mœnibus, sive ad notandam <sup>14</sup> Carthaginensium calamitatem, sive ad testificandam nostram victoriam, sive ad oblatam aliquam religionem, <sup>15</sup> ad æternam

<sup>c</sup> Venderc.



corruptum notavit Orellius. Mox, pro *apertius*  $\chi$  habet *aptius*.—2 Lambinus scribi maluit *Attalcensium*, vel *Attaliensium*.—3 C H S  $\chi$  *Hoc*; et  $\psi$  *populus R.* Tum Laured. et Orell. *P. Servilii*, ut volebat Garaton. Aliæ edd. prænomen omittunt.—4 C H S  $\chi$  et edd. ante Lamb. præter Laured. *T. Flaminii*.—5 Duo Mss. ap. Laured. et Lamb. 1566. *opimum*.—6 H *Munii*.—7 H S  $\chi$   $\psi$  et edd. ante Lamb. omittunt *vero*.—8 Ab Ven. 1480. abest *Carthaginem*.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Agros Attalensium atque Olympenorum*] Attalia et Olympena, seu Olympus, urbes sunt; prior in Pamphylia ad littus Pamphylium, altera in Lycia; quam utramque Pub. Servilius Isauricus bello piratico cepit.

<sup>y</sup> *Agros regios*] Agros notat, qui ad Philippum et Persen reges Macedoniae pertinerunt. Philippus a Flaminio devictus est, Perses ab Æmilio: ac sic tota Macedonia pop. Rom. provincia facta est. Florus II. 7. et 14.

<sup>z</sup> *Corinthium*] Ab urbe Corintho Corinthus dictus est ager ille. Corinthus autem urbs est Achaiae, fere in medio isthmi Peloponnesi sita, quæ in tantam potentiam excrevit, ut ne quidem Romæ cederet. Immo legatos Romanorum cum superbius Corinthii appellavissent, et sordibus perfudissent, ita exarsit senatus rei

atrocitate, ut Memmii cum exercitu ad hanc urbem excindendam miserit. Hic urbem cepit, et incendit, quo incendio consumtis metallis, inventa est mixtura æris pretiosissimi, quod æs Corinthiacum seu Memmii appellatum est.

<sup>a</sup> *Apud Carthaginem Novam*] Notat duplicem in Hispania Carthaginem Ptolemæus, veterem in agro Tarraconensi, novam in Bætica: videtur tamen hic loqui Cicero de veterem in Africa, ut videbitur in sequenti oratione.

<sup>b</sup> *Scipionum*] Illi Scipiones Hispaniam devicerunt.

<sup>c</sup> *P. Africanus*] Publius Scipio, qui et Æmilianus seu Minor Africanus dictus est, Carthaginem, quam superior tributariam fecerat, delevit A. U. C. 605.

<sup>d</sup> *Ad oblatam aliquam religionem*]

hominum memoriam consecravit. 6. His insignibus<sup>e</sup> atque infulis<sup>f</sup> imperii venditis, quibus ornatam vobis<sup>11</sup> majores vestri rempublicam tradiderunt, jubent<sup>12</sup> eos agros venire, quos rex Mithridates<sup>g</sup> in Paphlagonia,<sup>h</sup> Ponto,<sup>i</sup> Cappadociaque<sup>k</sup> possederit. Num obscure videntur, prope hasta<sup>l</sup> præconis, insectari Cn. Pompeii exercitum, qui venire jubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat<sup>13</sup> atque versetur?

III. 7. Hoc vero cujusmodi<sup>14</sup> est, quod ejus auctionis, quam constituunt,<sup>15</sup> locum sibi nullum definiunt? nam decemviris, quibus in locis ipsis<sup>16</sup> videatur, vendendi potestas lege permittitur. Censoribus vectigalia<sup>m</sup> locare, nisi in conspectu<sup>17</sup> populi Romani non licet: his vendere vel in ultimis terris licebit? At hoc etiam nequissimi homines, consumtis patrimoniis, faciunt, ut in atriis auctionariis<sup>18</sup> potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur. Hic permittit sua lege decemviris, ut, in quibus commodum sit<sup>d</sup> tenebris, ut in qua<sup>19</sup> velint solitudine, bona

<sup>d</sup> In quibus libeat.

//////////

—9 In C H S  $\chi$  notandum.—10 H S  $\chi$  regionem.—11  $\chi$   $\psi$ , Pal. 1. Ven. 1480. Junt. Maunt. nobis: et mox  $\psi$ , Pal. 1. Ven. 1480. nostri. In Pal. 2. deest vestri.—12 Quinque Oxonn. Mss. jubet.—13 C S  $\chi$  gerit. Mox H versatur.

CAP. III. 14  $\chi$  ejusmodi.—15 C H S  $\chi$   $\psi$  constituerat. Mox pro definiunt, in  $\chi$  definivit.—16 In C H S  $\chi$  deest ipsis.—17  $\chi$  nisi consp. sine præpositione.

#### NOTÆ

Videtur aliquo signo a Diis immortalibus admonitus fuisse, ut eam urbem consecraret, id est, diris execrationibus ejus urbis locum devoveret, ne iterum ædificaretur, et incoleretur a quoquam.

<sup>e</sup> His insignibus] Hic intelligit vexilla, quæ in bello præferuntur.

<sup>f</sup> Infulis] Infulæ fasciæ sunt vittis ab utraque parte pendentibus, quibus tum reges, tum sacerdotes apud Rom. ornabantur.

<sup>g</sup> Rex Mithridates] De eo in oratione pro lege Manil. sæpius dictum est.

<sup>h</sup> Paphlagonia] Paphlagonia regio

est Asiæ ad Pontum Euxinum, quam regi Pylæmeni ademit Mithridates.

<sup>i</sup> Ponto] Pontus regio est Asiæ Minoris, a Ponto rege dicta, quam Ariobarzani abstulit Mithridates.

<sup>k</sup> Cappadocia] Cappadocia regio Asiæ ampla est, Mari Euxino exposita.

<sup>l</sup> Hasta] Apud Romanos hastæ subjicebantur, quibus publicas auctiones significabant.

<sup>m</sup> Censoribus vectigalia] Censoribus Romæ tantum locare vectigalia fas erat, et in concione.

<sup>n</sup> Atriis auctionariis] Atria erant in foro, in quibus auctiones fiebant.

populi Romani possint divendere.<sup>20</sup> 8. Jam illa omnibus in provinciis,<sup>o</sup> regnis, liberis populis,<sup>p</sup> quam acerba, quam formidolosa, quam quæstuosa concursatio decemviralis futura sit, non videtis? Hæreditatum<sup>q</sup> obeundarum causa, quibus vos legationes<sup>1</sup> dedistis, qui et privati, et privatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate præditi, tamen auditis profecto, quam graves eorum adventus sociis vestris<sup>2</sup> esse soleant. 9. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris et mali,<sup>3</sup> cum mittantur in orbem terrarum decemviri summo cum imperio, summa cum avaritia, infinitaque omnium rerum cupiditate? quorum cum adventus graves, cum fasces<sup>4</sup> formidolosi,<sup>r</sup> tum vero iudicium ac potestas erit non ferenda. Licebit enim, quod videbitur, publicum iudicare; <sup>e</sup> <sup>s</sup> quod iudicarint, vendere. Etiam illud, quod homines sancti<sup>5</sup> non facient,<sup>6</sup> ut pecuniam accipiant, ne vendant; tamen id iis ipsum<sup>7</sup> per legem licebit. Hinc vos quas spoliationes,<sup>8</sup> quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem<sup>t</sup> juris ac fortunarum fore putatis? 10. Etenim quod superiore parte<sup>u</sup> legis præfi-

<sup>e</sup> *Confiscare.*



—18 H *in armis auct.*—19 Lanred. et Lamb. *aut in qua.*—20 H *possent, et ψ defendere.*—1  $\chi$  *legationem.* Tum C S *qui et privati, et privati ad neg.*  $\chi$  *qui et privati privatim ad neg.* H *qui et privati ad neg.*—2  $\psi$  *sociis nostris.*—3 C *malis.* Pro *mittantur*  $\chi$  *habet mutantur; Erf. immutantur; unde Græv. conj. immittantur.*—4 Orell. *conjecit legend. tum adv. graves, tum fasces.*—5 In  $\chi$  *iudicate.*—6 *Idem facerent.*—7 Junt. Lamb. Schutz. *tamen iis id ipsum.* Dein  $\chi$  *per leges.*—8 *Excerpta Pithœi quas sponsiones, non improb. Græv.*

#### NOTE

<sup>o</sup> *Provinciis*] Provinciæ per prætores vel proconsules regebantur, regna per reges suos.

<sup>p</sup> *Liberis populis*] Liberi populi dicuntur, qui suis legibus vivebant.

<sup>q</sup> *Hæreditatum*] Senatoribus in provinciis legationes a senatu, vel a populo permittebantur, ut privatum aliquod negotium gererent, v. g. obirent hæreditates, legata prosequerentur, nomina exigerent. His honoris causa lictores duo mittebantur.

Ejusmodi legationes liberæ dicebantur.

<sup>r</sup> *Fasces formidolosi*] Cum prætoriam potestate mittebantur illi decemvirî, datis unicuique senis apparitoribus cum fascibus, quos 'formidolosos' dicit, quia necis inferendæ potestatem habere videbantur.

<sup>s</sup> *Homines sancti*] Ironia.

<sup>t</sup> *Nundinationem*] Metaphora, pro manifesta venditione.

<sup>u</sup> *Quod superiore parte*] Id est, in

nitum fuit, Sulla et Pompeio consulibus, id rursus liberum infinitumque fecerunt. IV. Jubet eosdem<sup>9</sup> decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut iidem<sup>10</sup> possint et liberare agros,<sup>x</sup> quos commodum sit, et, quos ipsis libeat, publicare:<sup>y</sup> quo in iudicio perspici non potest, utrum severitas acerbior, an benignitas quæstuosior sit futura.<sup>11</sup>

Sunt tamen in tota lege exceptiones duæ, non tam iniquæ, quam suspiciosæ. Excipit, in vectigali imponendo, agrum Recentoricum<sup>2</sup> Siciliensem; in vendendis agris, eos agros, de<sup>12</sup> quibus cautum sit fœdere. Hi sunt in Africa, qui ab Hiempsale<sup>a</sup> possidentur. II. Hic quæro, si Hiempsali satis est cautum fœdere, et Recentoricus<sup>13</sup> ager privatus est; quid attinuerit<sup>14</sup> excipi? Sin et fœdus illud habet aliquam dubitationem, et ager Recentoricus dicitur nonnunquam esse publicus; quem putet<sup>15</sup> existimaturum, duas causas in orbe terrarum repertas, quibus<sup>16</sup> gratis parceret? [p. 63.] Nunc<sup>17</sup> quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti hujusce legis olfece-



CAP. IV. 9 Erf. Pith. Schütz. *Jubet enim eosdem.*—10 Pro *iidem* H habet *hisdem*, et  $\chi$  *iisdem*.—11 C H S  $\chi$  omittunt *future*.—12 Lamb. ant *de ante quibus deleri*, aut subintelligi vult ‘Hiempsali.’ Dein in Erf. *cautum sit sine fœd.* unde Græv. conjecit *cautum sit in fœd.*—13 C S  $\chi$  *Recentiori*.—14  $\psi$  *attinet*.—15 C *putes*.—16 Pro *quibus* Lamb. 1566. edidit *quare his agris*.—17 Pro *Nunc* Laured. et Orell. ediderunt *Num*, ut Lamb. volebat. Pro *quisnam* edd. nonnullæ *quisquam*, errore typographico. Dein *tandem abstrusus* H  $\chi$   $\psi$ , Pith.

#### NOTÆ

superiore legis agrariæ capite sic edixerat Rullus: ut decemviri vendere possent vectigalia post L. Sullam et Pompeium coss. sic enim circumscriptionem temporis posuit, scilicet viginti quinque proximis annis acquisita vectigalia; in proxime vero sequenti capite, omnem temporis definitionem tollit.

<sup>x</sup> *Liberare agros*] Legem tulerat Rullus ut quos vellent agros vectigali liberarent, si quod iis impositum esset.

<sup>y</sup> *Publicare*] Publicare longe gravius est, quam prgrande vectigal imponere.

<sup>2</sup> *Recentoricum*] De hoc agro vide orat. sequentem.

<sup>a</sup> *Hiempsale*] Hiempsal rex Numidiæ fuit, qui in ora maritima agros habebat, quos Africanus pop. Rom. adjudicarat. Postea tamen per Cottam consulem in fœdere cautum fuit, ut eos possideret; quod tamen pop. Rom. non jusserat.

rint?<sup>18</sup> Provincias, civitates liberas, socios, amicos, reges denique exhauriunt: admovent manus vectigalibus populi Romani. Non est satis. 12. Audite, audite<sup>19</sup> vos, qui amplissimo populi senatusque judicio exercitus habuistis, et bella gessistis. 'Quod ad quemque pervenit, pervenerit,<sup>20</sup><sup>b</sup> ex præda, ex manubiis,<sup>c</sup> ex auro coronario,<sup>d</sup> quod neque consumtum in monumento,<sup>1</sup><sup>e</sup> neque in ærarium relatum sit, id ad decemviros referri'<sup>2</sup> jubet. Hoc capite multa sperant: in omnes imperatores hæredesque eorum quæstionem suo judicio comparant;<sup>f</sup> sed maximam pecuniam se a Fausto<sup>g</sup> ablaturus<sup>3</sup> arbitrantur. Quam causam suscipere jurati iudices<sup>h</sup> noluerunt, hanc isti decemviri suscipere.<sup>4</sup> Idcirco a iudicibus fortasse prætermisam esse arbitrantur, quod<sup>5</sup> sit ipsis reservata. 13. Deinde<sup>i</sup> etiam in reliquum tempus diligentissime sancit, ut, quod quisque imperator habeat pecuniæ, protinus ad decemviros deferat. Hic tamen excipit Pompeium;<sup>k</sup> simillime, ut mihi videtur,

//////////

Pall. duo: *tam obstrusus* C. Pro *usquam* χ *habet unquam*.—18 χ *olfecerunt*.—19 *Audite* semel tantum legitur in C H S χ, Franc. 1. et edd. ante Grut.—20 C H S χ ψ, Ven. 1483. *Junt. perv. aut pervenerit*. Tum χ *ex præda, manub. auro coron.*—1 C H S χ *in momento*.—2 Orell. *conjecit deferrī* legend. ut § 13.—3 C H χ *oblaturus*.—4 Ven. 1483. *noluerint, hanc isti dec. suscipere*.—

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Pervenit, pervenerit*] Vulgo hac repetitione in ferendis legibus utantur.

<sup>c</sup> *Ex manubiis*] Manubiæ proprie dicuntur illæ pecuniæ ex præda vendita collectæ.

<sup>d</sup> *Auro coronario*] Anrum ejusmodi coronarium: eæ coronæ sunt, quæ vel a provincialibus ad eos qui provinciam rexerant, vel quæ in honorem triumphii ad imperatores mittebantur.

<sup>e</sup> *Consumtum in monumento*] Monumentum res est memoriæ causa prodita, quales sunt porticus, arcus, basilicæ, templa, &c.

<sup>f</sup> *Quæstionem comparant*] Id est, præparant hæredibus illorum imperatorum iudicium de pecuniis repe-

tendis.

<sup>g</sup> *A Fausto*] Faustus Sullæ dictatoris filius fuit, qui repetundarum accusatus fuit; sed, ne qua oriretur perturbatio, nullum de eo iudicium latum est.

<sup>h</sup> *Jurati iudices*] Selecti iudices jurabant se æquissime iudicatos secundum legem ipsis præscriptam.

<sup>i</sup> *Deinde*] Id est, proximo capite legis agrariæ non tantum superiorum temporum, sed præsentium etiam imperatores comprehenduntur.

<sup>k</sup> *Excipit Pompeium*] Pompeius ita excipitur, ut tamen beneficio non afficiatur, sed tantum privetur injuria: quod probat legis similitudine, quæ contra peregrinos lata est.



atque in illa lege,<sup>6</sup> qua peregrini Roma ejiciuntur, Glau-  
cippus excipitur: non enim hac exceptione unus afficitur  
beneficio, sed unus<sup>7</sup> privatur injuria. Sed cui manubias  
remittit, hujus vectigalia invadit. Jubet enim pecuniam,  
si qua post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur,<sup>8</sup>  
hac uti decemviros. Quasi vero non intelligamus, hæc  
eos vectigalia, quæ Cn. Pompeius adjunxerit,<sup>m</sup> vendere  
cogitare.

v. 14. Videtis jam, patres conscripti, omnibus rebus<sup>9</sup> et  
modis constructam et coacervatam pecuniam decemvira-  
lem. Minuetur hujus pecuniæ invidia: <sup>10</sup> consumetur enim  
in agrorum emtionibus. Optime. Quis ergo emet agros  
istos? <sup>11</sup> iidem decemviri: tu, Rulle, (missos enim facio <sup>12</sup>  
ceteros) emes, quos voles: vendas quos voles: utrumque  
horum facies, quanti voles.<sup>13</sup> <sup>n</sup> Cavet enim vir optimus, ne  
emat ab invito: quasi vero non intelligamus, ab invito  
emere, injuriosum <sup>14</sup> esse; ab non invito, quæstuosum.  
Quantum tibi agri vendet, ut alios omittam, socer tuus? <sup>o</sup>  
et, si <sup>15</sup> ego ejus æquitatem animi probe novi, vendet non  
invitus. Facient idem ceteri libenter,<sup>16</sup> ut possessionis in-  
vidiam <sup>p</sup> pecunia commutent; <sup>17</sup> accipiant, quod cupiant;

//////////

5 In C H S  $\chi$  deest *quod*.—6 C H S  $\psi$  *atque ut illa lege*.—7 S *sed una*. Pro  
privatur Lamb. in marg. 1584. dedit *prohibetur*. Mox C H S  $\chi$  *Si cui manub.*  
Ante *hujus vectigalia* C H S  $\chi$ , Pith. Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. et Orell.  
addunt præpositionem *in*. Schutz. edidit *hujus in vect.* ‘e Gærenzio Legg. p.  
59. male intellecto,’ ait Orell. Denique  $\chi$  *invadat*.—8 E conj. *reficiatur* edi-  
dit Lamb. qui etiam *redigatur* legi posse censet.

CAP. V. 9 Lamb. *omn. rationibus*.—10 H *ejus pec. inv.* Tum  $\chi$  *Cons. etiam*.  
—11 In Lauredani Commentario *agros vestros*. Tum C H S  $\chi$  *Eidem dec.*—  
12 Iidem Mss. *facito*. Dein *quot voles: vendas, quot voles* Ven. 1480. *quod*  
*voles: vendas, quod voles* C H S  $\psi$ , Ven. 1483. Junt.—13  $\chi$  *quantum voles*.—  
14 Pro *injuriosum* in C H S  $\chi$  *numerosum*.—15 Lamb. *etenim si*.—16 Ven. 1480.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Illa lege*] Papius duas leges de  
peregrinis ejiciendis tulit: priore nem-  
inem excipiebat, posteriore Italos  
lege Julia donatos. De hac lege Ci-  
cero lib. III. de Off. loquitur.

<sup>m</sup> *Adjunxerit*] Pompeius tunc tem-  
poris bellum adhuc gerebat in Asia  
contra Mithridatem.

<sup>n</sup> *Quanti voles*] Auget furti suspi-  
cionem.

<sup>o</sup> *Socer tuus*] Valgius socer ejus  
fuit, qui in tumultibus Sullanis agros  
privatos et publicos interverterat, in  
hisque Jopium et Cassinatem, ideo-  
que invidiam multorum subibat.

<sup>p</sup> *Possessionis invidiam*] Quæ nasci-

dent, quod retinere vix possint.<sup>18</sup> 15. Nunc prospicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. Pecunia coacta est ad agros emendos: ii porro ab invitis non ementur. Si consenserint<sup>f</sup> possessores non vendere, quid futurum est? Referetur pecunia?<sup>19</sup> non licet.<sup>1</sup> Exigetur?<sup>2</sup> vetat.<sup>1</sup> Verum esto: nihil est, quod non<sup>20</sup> emi possit, si tantum des, quantum velit venditor. Spolietur orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium,<sup>u</sup> ut, locupletatis aut invidiæ aut pestilentia<sup>x</sup> possessoribus, agri tamen emantur.

16. Quid tum? quæ erit<sup>1</sup> in istos agros deductio? quæ totius rei ratio atque descriptio? Deducentur,<sup>y</sup> inquit, coloniæ. Quot?<sup>2</sup> quorum hominum? in quæ loca? quis enim non videt, in coloniis esse hæc omnia consideranda? Tibi nos, Rulle, et istis tuis, harum omnium rerum machinatoribus, totam Italiam inermem<sup>z</sup> tradituros existimasti; quam præsiidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis devinctam et constrictam<sup>3</sup> teneretis? Ubi enim cavetur, ne in Janiculo<sup>a</sup> coloniam constituatis? ne urbem hanc urbe alia<sup>b</sup> premere atque urgere possitis? Non

<sup>f</sup> *Conspirarint.*

//////////

Junt. et libenter.—17  $\chi$  commutet.—18 *Cupiant . . . possint* e conj. edidit Ern. quem Beck. et Schütz. sequuntur. Omnes aliæ edd. *cupiant . . . possunt*.—19 *Referent pecuniam* C: *Referitur pecunia*  $\chi$ .—20  $\chi$  omittit non ante emi. Dein in Ven. 1480. legitur *si tantum detur, quantum velit, venditori*.—1 Olim legabatur *Quid? tum quæ erit*. Pro *in istos agros* Ms. Turnebi habet *istis agris*.—2 Mss. edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Lamb. Grut. Oliv. Lall. Quo. Ceteri *Quot*, e conjectura Lauredani.—3  $\chi$  *devinctam et constructam*.

#### NOTÆ

tur ex possessione tot agrorum.

<sup>q</sup> *Referetur pecunia*] In ærarium.

<sup>r</sup> *Non licet*] Per legem a Rullo latam referre pecuniam non licet.

<sup>s</sup> *Exigetur*] A decemviris.

<sup>t</sup> *Vetat*] Lex a Rullo lata.

<sup>u</sup> *Effundamus ærarium*] Effunditur ærarium, cum vectigalia venduntur.

<sup>x</sup> *Aut pestilentia*] Id est, qui agros vastatos pestilentia habent.

<sup>y</sup> *Deducentur*] Per prolepsim subjicit Cicero deductionis qualitatem, et

ex adjunctis reprehendit, quod loca et personæ non desiniantur.

<sup>z</sup> *Totam Italiam inermem*] In suspicionem regni affectandi Rullum adducit, qui tot ubique colonias instituebat.

<sup>a</sup> *In Janiculo*] Janiculum mons fuit primis regum temporibus extra urbem trans Tiberim ad occasum, postea intra urbem inclusus.

<sup>b</sup> *Urbe alia*] Capuam designat, quo deducere colonos volebant, ut eam

faciemus, inquit. Primum nescio: deinde timeo: postremo non committam, ut vestro beneficio potius, quam nostro consilio salvi esse possimus. VI. 17. Quod vero<sup>4</sup> totam Italiam vestris colonis complere voluistis, id cujusmodi esset, neminemne nostrum intellecturum existimavistis?<sup>5</sup> [p. 64.] Scriptum est enim, ‘ Quæ in municipia,<sup>c</sup> quasque in colonias decemviri velint, deducant colonos quos velint: et iis agros assignent, quibus in locis velint:’ ut, cum totam Italiam<sup>6</sup> militibus<sup>d</sup> suis occuparint, vobis<sup>7</sup> non modo dignitatis retinendæ, sed ne libertatis quidem recuperandæ spes relinquatur. Atque<sup>8</sup> hæc a me suspicionibus et conjectura coarguuntur. 18. Jam omnis omnium tolletur error: jam aperte<sup>9</sup> ostendent, sibi nomen hujus reipublicæ, sedem urbis atque imperii, denique hoc templum<sup>e</sup> Jovis Optimi Maximi, atque hanc arcem<sup>10</sup> omnium gentium displicere. Capuam deduci colonos volunt:<sup>11</sup> illam urbem huic urbi rursus opponere,<sup>f</sup> illuc opes suas deferre, et imperii nomen transferre cogitant. Qui locus, propter<sup>12</sup> ubertatem<sup>g</sup> agrorum, abundantiamque rerum omnium, superbiam et crudelitatem genuisse dicitur; ibi nostri coloni, delecti ad omne facinus, a decemviris collocabuntur. Et, credo, qua in urbe homines, in veteri dignitate fortunaque nati, copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti



CAP. VI. 4 H S ψ *Quid vero.* Mox ψ, Ven. 1483. Junt. Crat. Viet. Lamb. *coloniis.*—5 *Existimatis* C H χ ψ et nonnullæ edd. vett.—6 H *Italia.*—7 ψ *nobis.*—8 ‘ *Atque* ] Fortasse *At. Atqui* nescio cujus conjectura.’ *Orell.*—9 C H S χ *nam aperte.* Mox pro *sedem* iidem Mss. habent *seriem.*—10 Ven. 1480. Junt. *hanc aram.*—11 χ *nolunt.*—12 Lamb. *collocat propter* post vocem

#### NOTÆ

Romæ opponerent.

<sup>c</sup> *Municipia*] Omnes aliæ urbes appellabantur municipia, quæ jus Romanæ civitatis habebant.

<sup>d</sup> *Militibus*] Non milites proprie intelligit, sed colonos, quibus, tanquam militibus, contra rempub. utentur.

<sup>e</sup> *Hoc templum*] Loquitur de templo

Jovis Capitolini, ubi ad senatum hanc habebat orationem.

<sup>f</sup> *Rursus opponere*] Livius scribit bello secundo Punico Hannibalem adversus Romanos exceperisse Capnam, quæ vix redire potuit ad Romanos.

<sup>g</sup> *Propter ubertatem*] Capna amæmissima totius Italiæ pars habetur.

vestri satellites modeste<sup>13</sup> insolentiam suam<sup>8</sup> continebunt. 19. Majores nostri<sup>h</sup> Capua magistratus,<sup>i</sup> senatum,<sup>k</sup> consilium<sup>l</sup> commune, omnia denique insignia reipublicæ sustulerunt, neque aliud quicquam, nisi inane nomen Capuæ reliquerunt; non crudelitate,<sup>m</sup> (quid enim illis fuit clementius, qui etiam externis hostibus<sup>14</sup> victis sua sæpissime reddiderunt?) sed consilio: quod videbant, si quod reipublicæ vestigium illis mœnibus contineretur, urbem ipsam imperio<sup>n</sup> domicilium præbere posse. Vos hæc, nisi evertere rempublicam cuperetis, ac vobis novam dominationem comparare, credo, quam perniciosa essent, non videtis?<sup>15</sup> VII. 20. Quid enim cavendum est<sup>16</sup> in coloniis deducendis? si luxuries; Hannibalem<sup>o</sup> ipsum Capua<sup>17</sup> corripit: si superbia; nata inibi esse<sup>18</sup> ex Campanorum fastidio videtur: si præsidium; non præponitur huic urbi ista colonia, sed opponitur. At quemadmodum armatur?<sup>19</sup> Dii immortales! nam bello Punico, quicquid potuit Capua, potuit ipsa per sese: nunc omnes urbes,<sup>20</sup> quæ circum Capuam sunt, a colonis<sup>l</sup> per eosdem decemviros occupabuntur. Hanc enim ob causam permittit ipsa lex,<sup>2</sup>

<sup>8</sup> *Opes novas.*

//////////

*omnium.*—13 H *molestè.*—14 C et  $\chi$  *hesternis host.*—15 Post *videretis* nonnullæ edd. ponunt, non interrogandi signum, sed punctum.

CAP. VII. 16 Lamb. scribi voluit, *Quid enim non cav. est.*—17 *Capuæ* nonnulli Pariss. Ven. 1480. Naug. Lamb. *Capuana* Græv. e Franc. 1.—18 *Post inibi esse* Beck. et Orell. addiderunt *hæc*, auctoritate C H S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. 1483. prob. Schutz.—19  $\chi$  *armantur.*—20 H *nam omn. urbes.*—1 *A coloniis* C H S  $\chi$ , Ven. 1483. Junt.—2 C *perm. illa decemviri lex:  $\chi$  perm. etiam viri lex.*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Majores nostri*] Majores olim delendam esse Capuam censuerunt, ne fieret imperii caput.

<sup>i</sup> *Magistratus*] Penes magistratus est imperium, quibus exterminatis, cadat necesse est.

<sup>k</sup> *Senatum*] Ad senatum pertinent deliberationes.

<sup>l</sup> *Consilium*] Consilium consessus est eorum, qui causam vel publicam vel privatam cum prætore aut iudice cognoscunt; unde illa verba, consilium vocare, consilium dimittere, de

consilii sententia, &c.

<sup>m</sup> *Non crudelitate*] Legitur tamen quod Flaccus consul, dissentiente Appio collega, 70. viros primarios virgis cæsos securi jussit perenti, trecentis nobilibus in vincula conjectis.

<sup>n</sup> *Urbem ipsam imperio*] Tres urbes Romani delevere, Carthaginem, Corinthum, et Capuam, quæ poterant imperii nomen et dignitatem sustinere.

<sup>o</sup> *Luxuries; Hannibalem*] Hannibal in Campania, ad Nolam, post tot re-

‘in omnia, quæ velint, oppida, colonos ut decemviri deducant, quos velint.’ Atque his colonis agrum Campanum et Stellatē<sup>p</sup> campum dividi jubet.

21. Non queror diminutionem vectigalium, non flagitium hujus jacturæ atque damni: prætermitto<sup>3</sup> illa, quæ nemo est quin gravissime et verissime conqueri possit: nos<sup>4</sup> caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonæ,<sup>q</sup> horreum belli, sub signo claustrisque<sup>r</sup> reipublicæ positum vectigal, servare non potuisse: eum denique nos<sup>5</sup> agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese et Sullanæ dominationi et Gracchorum largitioni restitisset.<sup>h</sup> Non dico, solum hoc in republica vectigal esse, quod, amissis aliis,<sup>s</sup> remaneat; intermissis, non conquiescat; in pace niteat, in bello non obsolescat; militem sustentet,<sup>t</sup> hostem non pertimescat. Prætermitto omnem hanc orationem, et concioni reservo: de periculo salutis ac libertatis loquor. 22. Quid enim existimatis integrum vobis<sup>6</sup> in republica fore, aut in vestra libertate ac dignitate<sup>7</sup> retinenda, cum Rullus, atque ii, quos multo magis, quam Rullum, timetis, cum omni egentium atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento et auro, Capuam et urbes circa [Capuam<sup>8</sup>] occu-

<sup>h</sup> Superfuisset.



—3 C S χ ψ præmitto. Mox quinque Oxonn. Mss. gravissima et verissima.—4 C H S χ vos.—5 H S χ vos. In C legitur, cum denique vos agrum publicum Rullo conc.—6 ψ nobis.—7 H ad dignitatem. Tum retinendam H S et Pal. 2. retinendum ψ et edd. ante Græv. cum Oliv.—8 Ern. et Beck. de Grævii sen-

#### NOTÆ

portatas de Rom. victorias, primum a Marcello victus, deinde a Sempronio Graccho repulsus est.

<sup>p</sup> Stellatē] Hunc campum cum Campano Cæsar consul postea divisit viginti millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent.

<sup>q</sup> Subsidium annonæ] Per annonam significatur frumentum, vinum, et res ceteræ, quæ ad alimoniam spectant.

<sup>r</sup> Sub signo claustrisque] Per signum et claustra intelliguntur ea quibus literæ ac res quælibet aliæ clauduntur et obsignantur.

<sup>s</sup> Anissis aliis] Propter Mithridaticum bellum Asiæ, propter Sertorianum Hispaniæ, propter servile Sici-liæ vectigal amissum est.

<sup>t</sup> Militem sustentet] Sustentat milites Campana, quia reipub. et legionum horrenum est.

parint? [p. 65.] His ego rebus,<sup>9</sup> patres conscripti, resistam vehementer atque acriter, neque patiar, homines ea, me consule, expromere,<sup>i</sup> quæ contra rempublicam diu<sup>10</sup> cogitarint.

23. Errastis, Rulle, vehementer et tu et nonnulli collegæ tui, qui sperastis,<sup>11</sup> vos contra consulem, veritate, non ostentatione popularem,<sup>12</sup> posse in evertenda republica populares existimari. Laccio vos; in concionem voco; populo Romano disceptatore<sup>k</sup> uti volo.<sup>12</sup> VIII. Etenim, ut circumspiciamus<sup>13</sup> omnia, quæ populo grata atque jucunda sunt; nihil tam populare, quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. Solicitam mihi civitatem suspicione, suspensam metu, perturbatam vestris legibus, et concionibus, et seditionibus<sup>14</sup> tradidistis: spem<sup>l</sup> improbis ostendistis: timorem bonis inieccistis: fidem de foro, dignitatem de republica sustulistis. 24. Hoc motu atque hac perturbatione animorum atque rerum, cum populo Romano<sup>15</sup> vox et auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit; cum ostenderit, nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium novum, nullum regnum decemvirale, nullam alteram Romam,<sup>x</sup> neque aliam sedem imperii, nobis consulibus, futuram, summamque<sup>16</sup> tranquillitatem pacis atque otii; verendum, credo, nobis erit, ne vestra ista præclara lex agraria magis popularis

<sup>i</sup> Exequi.<sup>k</sup> Judice.<sup>l</sup> Securitatem.

tentia Capuam unciis incluserunt.—9 C H S χ, Pith. *His ergo rebus*.—10 *Jam diu* Mss. quidam ap. Turneb. ac edd. Ven. 1480. Junt. *tum diu* ψ. *Dein cogitarunt* Lamb. e conjectura Lauredani.—11 In ed. Oxon. 1784. est *sperastis*, et in Varr. Lectt. notatur χ habere *sperastis*.—12 χ *nolo*.

CAP. VIII. 13 Ven. 1483. *Etenim circumsp.* edd. vett. paucæ *Etenim ut ita circumsp.*—14 χ ψ *deditionibus*.—15 ψ *populi Rom.*—16 ‘*Summamque*] Hic videtur verbum excidisse; nam *que* pro ‘*contra*’ accipere durum est.’ Ern.

## NOTÆ

<sup>12</sup> *Popularem*] Se vere popularem candæ et reipub. evertendæ studet.  
esse Cicero dicit, quia pacem populi  
tuetur, qualis Rullus non est habendus, qui dominationi regiæ sibi vindicandæ et reipub. evertendæ studet.  
<sup>x</sup> *Alteram Romam*] Capuam Romæ æmulam a decemviris erigendam fore declarat.

esse videatur. 25. Cum vero scelera consiliorum vestrorum, fraudemque legis, et insidias, quæ ipsi populo Romano a popularibus tribunis<sup>y</sup> plebis fiant, ostendero ;<sup>17</sup> pertimescam, credo, ne mihi<sup>18</sup> non liceat contra vos in concione consistere ; præsertim cum mihi deliberatum et constitutum sit, ita gerere consulatum, quo uno modo geri graviter et libere potest, ut neque provinciam, neque honorem, neque ornamentum aliquod aut commodum, neque rem ullam, quæ a tribuno plebis impediri<sup>z</sup> possit, appetiturus sim.<sup>19</sup>

26. Dicit frequentissimo senatu consul, Kalendis Januarii,<sup>20</sup> sese, si status hic reipublicæ maneat, neque aliud<sup>1</sup> negotium extiterit, quod honeste subterfugere non possit, in provinciam non iturum.<sup>2</sup> Sic me in hoc magistratu geram populo Romano,<sup>2</sup> ut possim tribunum plebis reipublicæ iratum coërcere; mihi iratum, contemnere.

IX. Quamobrem, per Deos immortales! colligite vos,<sup>b</sup> tribuni plebis; deserite eos, a quibus, nisi prospicitis,<sup>3</sup> brevi tempore deseremini: conspirete nobiscum: consentite cum bonis: communem rempublicam communi studio atque amore defendite. Multa sunt occulta reipublicæ vulnera, multa<sup>4</sup> nefariorum civium perniciosa consilia: nullum externum periculum est; non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum ac domesticum est. Huic pro se quisque nostrum mederi,



‘Fortasse, *summam futuram tranq.*’ Orell.—17 Delendum *ostendero* censebant nonnulli apud Laured.—18 In  $\chi$  *nec mihi*. A Pal. 2. *abest non ante liceat*, non improb. Grut.—19 S et  $\chi$  *adepturus sim*.—20 C  $\chi$ , Laured. in Comment. et Orell. *Januariis*.—1 *Aliquid*  $\chi$   $\psi$ , Franc. Pith. *aliquod* duo Mss. Gærenzii ad Fin. v. 6. cum Schutz. et Orell. *aliud ceteri*.—2 Edd. vett. et Laured. *populi Romani*: Grut. Ern. *populo Romano*: H, Franc. 1. quidam ap. Laured. cum Lamb. 1566. Oliv. Beck. Schutz. et Orell. *patres conscripti*. In Mss. nonnullis, Ven. 1483. Junt. P. R. sive *Po. Ro.*

#### NOTE

<sup>y</sup> *A popularibus tribunis*] Ironia: neque enim populares habendi sunt, qui populi auctoritatem labefactare volunt.

<sup>z</sup> *A tribuno plebis impediri*] Vel intercedendo, vel auspiciis non servatis, aliquid impediri poterat a tribu-

nis.

<sup>a</sup> *In provinciam non iturum*] Gallia provincia decreta fuerat Ciceroni, quam statim dimisit.

<sup>b</sup> *Colligite vos*] Id est, dissipatas animi partes revocate.

atque hoc omnes<sup>5</sup> sanare velle debemus. 27. Erratis, si senatum probare ea, quæ<sup>6</sup> dicuntur a me, putatis, populum autem esse in alia voluntate. Omnes, qui se incolumes volunt,<sup>7</sup> sequentur auctoritatem consulis, soluti a cupiditatibus, liberi a delictis,<sup>8</sup> cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quodsi quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo; <sup>c</sup> primum, me consule, id sperare desistat; deinde habeat me ipsum sibi documento, (quem equestri ortum loco<sup>d</sup> consulem videt) quæ vitæ via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducatur. Quodsi vos<sup>9</sup> vestrum mihi studium, patres conscripti, ad communem dignitatem defendendam profiteremini, perficiam profecto id, quod maxime respublica desiderat, ut hujus ordinis auctoritas, quæ apud majores nostros fuit, eadem nunc longo intervallo reipublicæ restituta esse videatur.<sup>10</sup>



CAP. IX. 3  $\psi$  *perspicilis*.—4 C et H omittunt *multa ante nefavorum*.—5 In  $\psi$  *atque hæc omnes*.—6  $\chi$  *prob. alia quæ*.—7 C H S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Laured. Lamb. et Orell. *volent*.—8 S *delectis*. Lamb. maluit *delictis*.—9 C *Quid si vos*.—10 Post *videatur* C H S addunt *finis*. In Pith. adjicitur, M. Tullii Cic. *de agraria lege primus liber explicat contra Rullum. Incipit secundus*.

#### NOTE

<sup>c</sup> *Honori velificari suo*] Id est, omni equestris ordinis, quem ferunt ex recontentione ad honores et magistratus pervenire. gio Volscorum genere traxisse originem: quod tamen ipse in Bruto refellit.

<sup>d</sup> *Equestri ortum loco*] Cicero Arpini natus est, matre Helvia, patre vero



M. TULLII CICERONIS  
DE LEGE AGRARIA,  
CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,  
TRIBUNUM PLEBIS,  
AD POPULUM,  
ORATIO XVI.

---

---

1. 1. [*Ed. Ald. p. 66.*] **E**ST hoc in more positum, Quirites,<sup>a</sup> institutoque majorum, ut ii, qui<sup>1</sup> beneficio vestro<sup>b</sup> imagines familiæ<sup>c</sup> suæ consecuti sunt, eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude<sup>d</sup> conjungant. Qua in oratione nonnulli aliquando digni majorum loco<sup>a</sup> reperiuntur: plerique autem hoc per-

<sup>a</sup> *Dignitate.*

NOTÆ

<sup>a</sup> *Quirites*] Vide orationem pro Lege Manilia, ubi fuse de his § 1. not.

<sup>b</sup> *Beneficio vestro*] Beneficio populi consul Cicero factus est, a quo tantum magistratus decernebantur.

<sup>c</sup> *Imagines familiæ*] Imaginem ponere non temere omnibus licuit, sed iis tantum qui magistratus curules

gesserant, quorum primus fuit ædilitas; quia autem magistratus tantum auctoritate populi mandabantur, ait idcirco populi beneficio eos fuisse consecutos.

<sup>d</sup> *Cum suorum laude*] Qui plures imagines majorum suorum poterant ostendere, ii majori nobilitatis laude florebant.

ficiunt,<sup>b</sup> ut tantum<sup>e</sup> majoribus eorum debitum esse videatur, unde etiam,<sup>f</sup> quod posteris solveretur,<sup>2</sup> redundaret. Mihi quidem<sup>3</sup> apud vos de meis majoribus<sup>8</sup> dicendi facultas non datur; non, quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos,<sup>c</sup> disciplinisque institutos videtis; sed quod laude populari,<sup>h</sup> atque honoris vestri luce<sup>i</sup> caruerunt. 2. De me autem ipso, vereor, ne arrogantis sit, apud vos dicere; ingrati, tacere: nam et, quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim, memetipsum commemorare, perquam grave est; et silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. Quare adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicendi, ut, quid a vobis acceperim, commemorem: quare dignus vestro summo honore<sup>k</sup> singularique iudicio<sup>l</sup> sim, ipse modice dicam, si necesse erit; vos eosdem existima-

<sup>b</sup> *Assequuntur.*

<sup>e</sup> *Qualem me videtis natum ex sanguine illorum.*



CAP. I. 1 C S  $\chi$  ut ei qui: Junt. ut hi qui.—2 In C S  $\chi$  deest solveretur.—3 Pro Mihi quidem in C H S  $\chi$  Mihique; Erf. mique; Pith. et Ven. 1480. mihiq. unde Græv. legend. conjecit Mihi, Quirites, prob. Orell. Tum in C H

#### NOTE

<sup>e</sup> *Ut tantum*] Id est, ut hoc magistratus et nobilitatis beneficium debitum tantum sit eorum majoribus propter virtutem; at posteris eorum minime, quia nihil laude dignum pro repub. præstiterunt.

<sup>f</sup> *Unde etiam*] Id est, propter quos majores, ipsi posteri laudantur, quasi laus parentum in filios, licet immeritos, redundaret. Metaphora utitur ab aquis, quæ proprie, cum alveos et ripas superant, dicuntur redundare.

<sup>8</sup> *De meis majoribus*] Cicero habuit patrem M. Tullium, qui cum infirma esset valetudine, in Arpinati villa fere ætatem egit in literis. Eum enim fullouiam fecisse, ac vites oleasque semper coluisse, Q. Calenus ap. Dion. lib. XLVI. ait. Tamen in Eusebii Chronicis legitur ex regio Volscorum genere fuisse. Quin Plutar-

chus scribit nonnullos ejus genus referre ad Tullum Attium, nobilem Volscorum regem; cui consentit Silius Italicus, lib. VIII.

<sup>h</sup> *Laude populari caruerunt*] Ciceronis majores nullam sibi laudem apud populum rebus bene gestis promeriti sunt.

<sup>i</sup> *Honoris vestri luce*] Ciceronis majores nullum assecuti sunt a populo magistratum, quo maxime familiæ dignitas illustratur.

<sup>k</sup> *Vestro summo honore*] Gratum erga populum animum suum ostendit, qui eum ad consulatum extulit, quo nullus illustrior aut major dignitatis gradus fuit apud Romanos.

<sup>l</sup> *Singularique iudicio*] Judicium populi de Cicerone tunc maxime patuit, cum ter communi voce primus prætor renuntiatus est.

turos<sup>d</sup> putem,<sup>4</sup> qui judicavistis.<sup>m</sup> 3. Me perlongo<sup>n</sup> intervallo prope memoriæ<sup>o</sup> temporumque nostrorum, primum hominem novum,<sup>p</sup> consulem fecistis, et eum locum,<sup>q</sup> quem nobilitas præsiidiis firmatum, atque omni ratione obvallatum<sup>r</sup> tenebat, me duce, rescidistis,<sup>5</sup> virtutique in posterum patere voluistis. Neque me tantummodo consulem, quod est ipsum per sese amplissimum, sed ita fecistis, quomodo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, novus ante me nemo. 11. Nam profecto si recordari<sup>6</sup> volueritis de novis hominibus, reperietis, eos, qui sine repulsa consules facti sint,<sup>7</sup> diuturno labore atque aliqua occasione<sup>s</sup> esse factos, cum multis annis post petissent, quam prætores fuissent, aliquanto serius,<sup>t</sup> quam per ætatem<sup>u</sup> ac per

<sup>d</sup> *Cogitatuos.*

χ *apud nos.*—4 Franc. 1. Ven. 1480. Græv. Beck. Wolff. *dicam, ut, si necesse erit, vos . . . putem.* Orell. conj. *dicam, uti necesse erit; vos . . . putem.*—5 ‘*Rescidistis* displenit Schellero Obs. p. 83. propterea quod voc. *locum* (h. e. *consulatum*) non satis conveniat. Igitur aut parum diligenter scripsisse Cicero-nem, aut legendum *expugnastis, escendistis, reserastis, reclusistis*, vel simile quid, censet.’ Beck.

CAP. II. 6 C S χ *recordare.* Mox *hominibus post novis* in ed. Wald. 1480. deest.—7 Ern. e conj. cum Beck. Schutz. et Orell. *facti sint.* Omnes

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Qui judicavistis*] Glorioso populus de Cicerone judicavit, cum eum, qui ad tantos honores eveheretur, dignum existimavit.

<sup>n</sup> *Me perlongo*] Hic aggreditur commemorare beneficia, quibus affectus est a populo.

<sup>o</sup> *Memoriæ*] Dicitur ante triginta annos C. Cælius Caldus, novus homo, factus fuisse consul.

<sup>p</sup> *Hominem novum*] Dicitur novus homo, qui, nulla generis gloria nobilis, a semetipso nominis decus assumsit.

<sup>q</sup> *Eum locum*] Consulatum, quo tunc potiebatur, intelligit, quem penes se, non populum, consistere, semper nobiles voluerunt, ut Livius ait in prima decade.

<sup>r</sup> *Obvallatum*] Allegoria desumpta

ab obsidionibus. Obvallare porro de iis dicitur, qui intus sunt, et oppidum defendunt.

<sup>s</sup> *Aliqua occasione*] Id est, multi consulatum non suis virtutibus, sed aliqua occasione consecuti sunt, quia nempe id postulabat præsens aliquod reipub. periculum.

<sup>t</sup> *Aliquanto serius*] Consulatum inter et præturam ad minimum intercedebat biennii spatium; nec fas erat denno anno sequente consulem fieri, qui anno proximo hac dignitate fuerat perfunctus.

<sup>u</sup> *Per ætatem*] Nemini consulatus regulariter contingebat, nisi, ad minimum, annum ætatis quadragesimum secundum aut tertium explevisset, et gradatim per quæsturam, ædilitatem, ac præturam antea ges-

leges liceret: qui autem anno suo petierint,<sup>8</sup> sine repulsa non esse factos: me esse unum ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possimus,<sup>9</sup> qui consulatum petierim, cum primum licitum sit;<sup>x</sup> consul factus sim, cum primum petierim: ut vester honos ad mei temporis diem petitus,<sup>10</sup> non ad alienæ petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus esse videatur. 4. Est illud amplissimum, quod paulo ante commemoravi, Quirites, quod hoc honore ex novis hominibus primum me, multis post annis,<sup>11 y</sup> affecistis; quod prima petitione; quod anno meo:<sup>z</sup> sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam,<sup>a</sup> vindicem<sup>12</sup> tacitæ libertatis,<sup>b</sup> sed vocem vivam<sup>13</sup> præ vobis indicem<sup>14</sup> vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis. Itaque me non extrema tribus<sup>c</sup> suffragiorum, sed primi illi vestri concur-



edd. aliæ facti sunt.—8 Erf. petissent.—9 Laured. Ern. Beck. Schutz. et Orell. possimus. Ceteri possumus. Tum  $\chi$  qui consulatus.—10  $\chi$  temp. finem pet.—11 C, Pal. 2. Erf. cum Grut. et edd. seqq. multis post annis. Ceteri Mss. et edd. ante Grut. multis posthabitis.—12 C S et edd. nonnullæ indicem.—13 Pro vivam quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. Crat. habent unam.—

## NOTÆ

tam, aditum sibi ad petitionem hujus est. dignitatis fecisset.

<sup>x</sup> Cum primum licitum sit] Licitum fuit petere consulatum anno ætatis quadragesimo secundo, et expletis aliis magistratibus per quos ad consulatum poterant pervenire.

<sup>y</sup> Multis post annis [multis posthabitis] In consulatus petitione sex competitores Cicero habuit; P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam, C. Antonium, L. Cassium Longinum, Q. Cornificium, et C. Licinium Sacerdotem; sed, iis omnibus posthabitis, consul omnium consensu factus est.

<sup>z</sup> Quod anno meo] Nempe quadragesimo tertio suæ ætatis, urbis vero conditæ 689. consul Cicero factus

<sup>a</sup> Non tabellam] Usque ad legem Gabiniam, populus, in magistratibus creandis, voce, sed postea tabulis usus est, quæ vocis munere fungeretur; quare tot tabulæ dabantur, quot erant candidati, quorum nomen receptum esset ad obeundos magistratus.

<sup>b</sup> Vindicem [judicem] tacitæ libertatis] Ex iis verbis patet tabellam populo datam fuisse ad occultanda suffragia.

<sup>c</sup> Extrema tribus] Triginta quinque tribus erant pop. Rom. Extrema omnium fuit Armeniensis, quæ ut et omnium erat ultima, ita etiam ultima omnium sua suffragia ferebat.

sus, neque singulæ voces præconum,<sup>d</sup> sed una voce universus populus Romanus<sup>15</sup> consulem declaravit.<sup>e</sup> 5. Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium,<sup>f</sup> Quirites,<sup>16</sup> cum ad animi mei fructum atque lætiti-  
 am ducō esse permagnum,<sup>17</sup> tum ad curam sollicitudinem-  
 que multo majus.<sup>18</sup> [p. 67.] Versantur enim, Quirites, in  
 animo meo multæ et graves cogitationes, quæ mihi nullam  
 partem neque diurnæ, neque nocturnæ quietis impertiunt:<sup>19</sup>  
 primum tuendi consulatus; quæ cum omnibus est difficilis  
 et magna ratio, tum vero mihi præter ceteros;<sup>g</sup> cui<sup>20</sup> er-  
 rato,<sup>h</sup> nulla venia; recte factō, exigua laus et ab invitis  
 expressa<sup>e</sup> proponitur;<sup>i</sup> non dubitanti fidele consilium,  
 non laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. III.  
 6. Quodsi solus in discrimen aliquod adducerer,<sup>2</sup> ferrem,  
 Quirites, animo æquiore: sed mihi videntur certi homines,  
 si qua in re me non modo consilio, verum etiam casu lap-  
 sum esse<sup>3</sup> arbitrabuntur, vos universos, qui me antetuleri-  
 tis nobilitati,<sup>i</sup> vituperaturi. Mihi autem, Quirites, omnia

<sup>e</sup> *Erepta.*

14 Lamb. 1566. vindicem. Pro *vestrarum* C H S χ habent *vestrum*.—15 Pith. *una voce universi* P. R.—16 Pro *Quirites* in χ passim est *quare*.—17 ψ *permaximū*.—18 Quinque Oxonn. Mss. *magis*.—19 Al. *impartiant*.—20 Pro *cui* S χ ψ, Ven. Junt. habent *cum*, prob. Laured. In Pal. 1. 2. Pith. *cujus*. Lamb. legi jussit, aut *cujus errato*, aut *cui in errato . . . in recte factō*.—I C et H *præponitur*.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Voces præconum*] Præcones in comitiis suffragia petebant, unde propterea 'calata' dicta sunt, a voce καλεῖν, *calare*, id est vocare.

<sup>e</sup> *Consulem declaravit*] Catilina jam, iis convocatis, quibus maxima necessitudo et plurimum audaciæ inerat, consilium suum exposuerat: at illud per Fulviam in vulgus prolatum in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. T. Ciceroni, ut Sallustius scribit; itaque, ut ait Asconius, Cicero consul omnium consensu factus est; Antonius vero pauculis centuriis Catilinam superavit.

<sup>f</sup> *Hoc ego tam insigne . . . beneficium*] Insigne fuit beneficium ex eo, quod communi omnium voce consul renuntiatus est, et multis nobilibus antepositus.

<sup>g</sup> *Tum vero mihi præter ceteros*] Ostendit sibi difficiliorem quam ceteris consulatus gerendi rationem futuram, tum quia novus est homo, tum quia præsidio nobilium destitutus est, qui sibi hanc dignitatem invident.

<sup>h</sup> *Cui errato*] Id est, in errato et in recte factō.

<sup>i</sup> *Nobilitati*] Nobiles eos intelligit, quorum majores olim magistratibus

potius perpetienda esse duco, quam non ita gerendum consulatum, ut in omnibus meis factis atque consiliis vestrum de me factum consiliumque laudetur. Accedit etiam ille mihi summus labor ac difficillima ratio consulatus gerendi, quod non eadem, qua<sup>4</sup> superioribus consulibus, lege et conditione utendum esse decrevi; qui aditum hujus loci conspectumque vestrum partim magnopere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt. Ego autem non solum hoc in loco<sup>5 k</sup> dicam, ubi est id dictu facillimum, sed in ipso senatu, in quo esse locus huic voci non videbatur, popularem me futurum esse consulem, prima mea illa<sup>6</sup> oratione Kalendis Januariis<sup>1</sup> dixi. 7. Neque enim ullo modo facere possum,<sup>7</sup> ut, cum me intelligam, non hominum potentium studio,<sup>f</sup> non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi Romani iudicio consulem ita factum,<sup>m</sup> ut nobilissimis hominibus longe præponerem,<sup>8</sup> non et in hoc magistratu et in omni vita sim<sup>9</sup> popularis. Sed mihi ad hujusce verbi<sup>10</sup> vim et interpretationem<sup>g</sup> vehementer opus est vestra sapientia. Versatur enim magnus error,<sup>11</sup> propter insidiosas nonnullorum simulationes; qui cum populi

*f* Favore.

*g* Ad definiendum et interpretandum hoc verbum, populare.



CAP. III. 2 C adducerem.—3 In C H S  $\chi$  deest esse.—4 In Pith. non eadem mihi, quam. Tnm superiores consules e conj. edidit Orell. Porro in C et  $\chi$  utendam. Lamb. coniecit mihi utendum legend.—5 C H S  $\chi$  omittunt in loco.—6 In ed. Junt. et Lamb. prima illa mea. Mox Januarii Crat. Hervag. Cam. Grut. Oliv. Sic etiam infra.—7 Laured. possem.—8 Præponeret C H S  $\chi$  et nonnullæ edd. proponeret  $\chi$ .—9 Sim e conj. Lauredani dederunt Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. essem ceteri.—10 In quinque Oxonn. Mss. deest verbi.—11 Lamb. legi jussit, Versatur enim in eo magnus error, prob.

#### NOTÆ

functi fuerant.

<sup>k</sup> Hoc in loco] In rostris dicebant tantum, qui magistratum aut gerebant aut gesserant.

<sup>1</sup> Kalendis Januariis] Primam orationem pro Lege Agraria iis Kal. Jan. dixit in senatu.

<sup>m</sup> Consulem ita factum] Cum illis temporibus maxime respub. periclitaretur, ut refert Plutarchus, prop-

ter Sullæ dominationem, quæ proxime antecesserat; et multi adhuc superessent, qui bellis assueti, et luxui dediti, bona sua dilapidaverant, quorum se ducem fecerat Catilina, qui civibus multis, ac Ciceroni potissimum insidias struxerat; nec nullæ copiæ ad vim coërcendam præsto essent; ad Ciceronem populus confugit, ac ipsum consulem creavit.

non solum commoda, verum etiam salutem oppugnant et impediunt, oratione<sup>h</sup> assequi volunt, ut populares esse videantur. 8. Ego qualem Kalendis Januariis<sup>12</sup> acceperim rempublicam, Quirites, intelligo; plenam sollicitudinis, plenam timoris: in qua, nihil erat mali, nihil adversi, quod non boni metuerent,<sup>13</sup> improbi expectarent. Omnia turbulenta consilia contra hunc reipublicæ statum, et contra vestrum otium, partim iniri, partim, nobis<sup>14</sup> consulibus designatis, inita esse dicebantur. Sublata erat de foro fides, non ictu<sup>15</sup> aliquo novæ calamitatis, sed suspicione ac perturbatione judiciorum, infirmatione<sup>i</sup> <sup>16</sup> rerum judicatarum. Novæ dominationes, extraordinaria, non imperia, sed regna,<sup>n</sup> quæri putabantur. IV. 9. Quæ cum ego non solum suspicarer, sed plane cernebam, (neque enim obscure gerebantur) dixi in senatu,<sup>o</sup> in hoc magistratu me popularem consulem futurum. Quid enim est tam populare, quam pax?<sup>p</sup> qua non modo ii,<sup>17</sup> quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi lætari videntur. Quid tam populare, quam libertas? quam non solum ab hominibus,<sup>18</sup> verum etiam a bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare, quam otium? quod ita jucundum est, ut et vos, et majores vestri, et fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse, præsertim in<sup>19</sup> imperio ac dignitate: qui idcirco etiam majoribus nostris præcipuam laudem gra-

<sup>h</sup> Verbis.<sup>i</sup> Rescisione.

Ern. Mox in  $\chi$  nonnullorum simulationes.—12 Al. Januariis.—13  $\psi$  quod non boni tiri met.—14 Ern. conjecit partim jam nob. Dein pro designatis  $\chi$  habet dignitatis.—15 H S  $\chi$  actu.—16 'Ante infirmatione copula desideratur.' Weiske.

CAP. IV. 17 C H S  $\chi$  eis.—18 H S  $\chi$  non solum hom. sine præpositione.—

## NOTE

<sup>n</sup> Non imperia, sed regna] In decemviro regna conferebantur, propter nimiam potentiam quæ ipsis tribuebatur.

<sup>o</sup> Dixi in senatu] Quando habuit superiorem orationem Kal. Jan. po-

pularem se futurum pollicitus est Cicero.

<sup>p</sup> Quam pax] Pax tunc nihil erat optabilius, propter civiles Marii et Sullæ discordias, quibus quasi attrita erat respub.

tiamque debemus, quod eorum labore est factum, ut impune in otio esse possemus. [p. 68.] Quaro qui possum non esse popularis, cum videam hæc omnia, Quirites, pacem<sup>20</sup> externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia, quæ vobis cara atque ampla sunt, in fidem<sup>k</sup> et<sup>l</sup> quodam modo in patrocini-um mei consulatus esse collata? 10. Neque enim, Quirites, illud vobis jucundum aut populare debet videri, largitio aliqua promulgata,<sup>q</sup> quæ verbis ostentari potest, re vera<sup>2</sup> fieri, nisi exhausto ærario,<sup>r</sup> nullo pacto potest. Neque vero illa popularia sunt existimanda, judiciorum perturbationes,<sup>s</sup> rerum judicatarum infirmationes, restitutio damnatorum: qui civitatum afflictarum, perditis jam rebus, extremi exitiorum<sup>3</sup> solent esse exitus: neque si qui agros populo Romano<sup>4</sup> pollicentur, si aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie<sup>l</sup> simulationis ostentant, populares existimandi sunt.

v. Nam vere dicam, Quirites, genus ipsum legis agrariæ vituperare non possum. Venit enim mihi in mentem,<sup>t</sup> duos

<sup>k</sup> Tutelam.

<sup>l</sup> Prætextu.



19 χ, Ven. 1480. et 1483. omittunt præpositionem ante imperio.—20 Pith. omniq., pacem: C H χ omnia quæ pacem. Pro externam C habet \*extru nos- tram cum asterisco; H χ extremam; S extrema cum spatio.—1 Pro et C S χ ψ habent ut.—2 χ re vero.—3 'Extremi exitiorum, &c.] Hoc vix sanum. Exitiorum delend. censebat Lamb. rebus extrema exitiorum solent esse Schutz. suspic. Sed cum certe in Pal. 1. omittatur gloss. extremi, equidem lego re- bus exitiales solent esse exitus, plane ut Verr. II. 7.<sup>1</sup> Orell.—4 C et H populi R. Mox quinque Oxonn. Mss. sed si aliud. Pro quiddam ψ habet quid est; χ, Ven. 1480. 1483. quidem: unde Garaton. conjecit legend. sed aliud quiddam.

#### NOTE

<sup>q</sup> Promulgata] Alludit ad leges, quæ, antequam ferrentur, per trinu- dinum populo proponebantur, rogabaturque populus, an eam jube- ret et vellet.

<sup>r</sup> Exhausto ærario] Pungit decem- viros, quos Plutarchus ait voluisse jus in ærarium publicum sibi vin- dicare, a quibus brevi exhauriendum erat.

<sup>s</sup> Judiciorum perturbationes] Repre- hendit leges a tribnns promulgatas, quibus omnium judiciorum rationes perturbantur.

<sup>t</sup> Venit mihi in mentem] Ratio cur agrariam legem non vituperet; inmo ejus æquitatem ostendit a causa ef- ficiente, vel ab auctoris commenda- tione.



clarissimos,<sup>u</sup> ingeniosissimos, amantissimos plebis<sup>5</sup> Romanæ viros, Ti. et C. Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. Non sum autem ego is consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitrer,<sup>6</sup> Gracchos laudare; quorum consiliis, sapientia,<sup>7</sup> legibus,<sup>x</sup> multas esse video reipublicæ partes constitutas. 11. Itaque, ut initio mihi, designato consuli, nuntiabatur,<sup>8</sup> legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere; cupiebam,<sup>9</sup> quid cogitarent, cognoscere. Etenim arbitrabar, quoniam eodem anno<sup>10</sup> gerendi nobis essent magistratus, esse aliquam oportere inter nos reipublicæ<sup>11</sup> bene administrandæ societatem. 12. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem<sup>12</sup> ac darem; celabar, excludebar; et, cum ostenderem, si lex utilis plebi Romanæ mihi<sup>13</sup> videretur, auctorem me atque adiutorem futurum; tamen aspernabantur<sup>14</sup> hanc liberalitatem meam:<sup>y</sup> negabant, me adduci posse, ut ullam largitionem<sup>15</sup> probarem. Finem feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas aut insidiosa aut impudens videretur. Interea non desistebant<sup>z</sup> clam inter



CAP. V. 5 H S χ ψ plebi.—6 Arbitror C H S χ: arbitrarer ψ.—7 Ante sapientia H addit copulam et. Mox, pro reipublicæ idem Ms. habet populi R.—8 Pro nuntiabatur in χ designabatur.—9 C S χ cupiebant. Tum qui cog. χ et Ven. 1480. quod cog. C H S, Grut. Græv. Oliv.—10 ψ quo eodem anno.—11 In H deest reipublicæ. Vox bene Ernesto suspecta fuit.—12 Turnebi Ms. Cum fam. in eum serm. me insin. Dein ante celabar χ addit cum.—13 Mihi non est in H.—14 χ aspernabatur.—15 Pith. Franc. Turnebi Mss. et quinque

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Duos clarissimos*] Pater duorum Gracchorum, T. Sempronius Gracchus, et genere et publicis honoribus clarissimus fuit: in Hispaniam proconsul missus, Celtiberos in deditio- nem accepit: uxorem habuit Corneliā, ex Scipionum familia, insigni pudicitia et eruditione mulierem, ex qua Tiberium et Caium Gracchos suscepit, generosissima indole et eloquentia mirabiles.

<sup>x</sup> *Legibus*] Cum uterque Gracchus plus æquo popularem plausum affectarent, relictis optimatibus, ad ple-

bem se contulerunt, et leges agrarias, perpetua seditionum semina, retulerunt. Laudantur autem hic a Cicero, ne populo displiceat, cui illi inprimis gratiosi fuerunt. Eorum eandem narrat Appianus Bell. Civ. l. 1.

<sup>y</sup> *Liberalitatem meam*] Per liberalitatem suam designat Cicero promptam officiorum oblationem.

<sup>z</sup> *Interea non desistebant*] Tribunorum fraudes detegit, quos trahit in suspicionem.

se convenire, privatos quosdam adhibere, ad suos cœtus occultos noctem adjungere, et solitudinem.<sup>16a</sup> Quibus rebus quanto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua illis temporibus fuistis, facile assequi conjectura poteritis. 13. Ineunt tandem<sup>17</sup> magistratus tribuni plebis: concio tandem expectata P. Rulli, quod et princeps erat<sup>b</sup> agrariæ legis, et truculentius se gerebat, quam ceteri. Jam designatus,<sup>18</sup> alio vultu,<sup>c</sup> alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur,<sup>19</sup> vestitu obsoletiore,<sup>20</sup> corpore inculto et horrido, capillatior quam ante, barbaque majore;<sup>d</sup> ut oculis et aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam,<sup>e</sup> et miuitari reipublicæ videretur. Legem hominis concionemque expectabam. Lex initio nulla proponitur: concionem in primis advocari jubet: summa cum expectatione concurritur. Explicat orationem sane longam, et verbis valde bonis. Unum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quod tanta ex frequentia inveniri nemo potuit, qui intelligere posset, quid diceret. Hoc ille utrum insidiarum causa fecerit, an hoc genere eloquentiæ delectetur, nescio. Tamen, si qui<sup>1</sup> acutiores in concione steterant, de lege agraria nescio quid voluisse cum dicere, suspicabantur.<sup>2</sup> Aliquando tandem,

//////////

Oxon. Mss. *illam larg.*—16 C H S  $\chi$  *sollicitudinem.* Tum *Quibus in rebus* Pith. Erf. Franc. Turnebi Ms. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Græv. Lall. *Rebus non est in ed. Junt.*—17 Lamb. et Schutz. *deleverunt tandem,* quod Beck. et Orell. unciis includunt. Dein in ed. Junt. legitur *expectatur,* ut volebant Gulielm. Ern. Weiske. Conjecit Garaton. *Concio tum expectata.*—18 Lamb. *Nam jam design.*—19 *Meditabant C: meditabantur H S  $\chi$ .*—20 C S  $\chi$  *absolentior.* Tum C S  $\chi$  *corp. incultu et horr.*—1 Lamb. maluit, *Tamen etsi, qui, aut Tametsi qui.*—2 C et  $\chi$  *suspocabatur:  $\psi$  si suspicabantur.* Dein  $\psi$  *Ali-*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Et solitudinem*] Remotis omnibus arbitris, soli inter se illud negotium tractabant; quia illud perniciosum reipub. futurum esse non ignorabant.

<sup>b</sup> *Princeps erat*] Licet in ferenda lege plures essent tribuni, tamen unus erat potissimum, a quo lata lex nomen accipiebat, qui princeps rogationis dicebatur.

<sup>c</sup> *Alio vultu*] Per prosopopœiam

Rullum describit.

<sup>d</sup> *Barbaque majore*] Ciceronis temporibus barba radebatur. Cum antea per annos 454. intonsi fuerint Romani, primus Scipio Æmilianus radi instituit.

<sup>e</sup> *Vim tribuniciam*] Tanta fuit vis tribunorum, ut senatusconsultum nullum valeret, nisi tribuni approbasent.

me designato,<sup>f</sup> lex in publicum<sup>3</sup> proponitur. Concurrunt jussu meo plures<sup>4</sup> uno tempore librarii:<sup>5</sup> descriptam legem ad me afferunt. VI. 14. Omni hoc vobis ratione<sup>5</sup> confirmare possum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem cognoscendamque venisse, ut, si eam vobis accommodatam<sup>6</sup> atque utilem esse intelligerem, auctor ejus atque adjutor<sup>h</sup> essem. [p. 69.] Non enim natura, neque<sup>7</sup> discidio, neque odio penitus insito, bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu,<sup>i</sup> quia persæpe<sup>8</sup> seditiosis atque improbis tribunis plebis boni et fortes consules obstiterunt, et quia vis tribunicia nonnunquam libidini restitit consulari.<sup>k</sup> Non potestatum dissimilitudo,<sup>l</sup> sed animorum disjunctio dissensionem facit.<sup>9</sup> 15. Itaque hoc animo legem sumsi in manus, ut eam cuperem esse aptam vestris commodis, et ejusmodi, quam consul, re, non oratione, popularis, et honeste<sup>10</sup> et libenter posset defendere. Atque ego<sup>11</sup> a primo capite legis, usque ad extremum, reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum, nisi ut decem reges,<sup>12</sup> ærarii, vectigalium,

//////////

quando tamen.—3 Lamb. in publico.—4 χ complures.

CAP. VI. 5 Pro ratione Lamb. edidit asseveratione. Mox, Quirites non est in C H S χ.—6 χ accommodare.—7 Pro neque S et χ habent atque. Tum alii dissidio. Porro χ neque otio.—8 Lamb. sed quia persæpe.—9 Mss. Turnebi fecit, quod ipse præfert.—10 C S ψ pop., et jum hon. H pop., eam hon.—11 Quidam Atqui ego, teste Turnebo.—12 Ven. 1483. Junt. Laured. Lamb.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Me designato*] Id est, Cicerone consule: inibant enim magistratum tribuni plebis 4. Id. Decemb., consules vero Kal. Jan.

<sup>5</sup> *Librarii*] Qui libros Romæ transcribebant, vel oratione dicentibus oratoribus excipiebant, librarii dicebantur.

<sup>h</sup> *Adjutor*] Testatur Cicero se legis agrariæ adjutorem et suasorem futurum, si eam reipublicæ utilem cognovisset, ut revera Maniliam persuasit.

<sup>i</sup> *Consulatus cum tribunatu*] Videre est sæpius apud Livium tribunos ple-

bis nonnunquam fere cum consulibus convenisse, immo sæpe in foro ad verbera et cædes pervenisse. Hanc autem criminis suspicionem a consulari in homines singulares removet, ostendens non consularium tribunaliumque, sed nonnullorum seditiosorum consilia in causis esse.

<sup>k</sup> *Libidini restitit consulari*] Livius lib. iv. ait tribunos plebis C. Julio, T. Quintio, consulibus, restitisse.

<sup>l</sup> *Non potestatum dissimilitudo*] Potestas consularis et tribunicia spectare ad reipub. bonum debet.

<sup>m</sup> *Decem reges*] Decemviro reges

provinciarum omnium, totius reipublicæ, regnorum, liberorum<sup>n</sup> populorum, orbis denique terrarum, domini constituerentur, legis agrariæ simulatione atque nomine. Sic confirmo, Quirites, hac lege agraria, pulchra atque populari, dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia; ostentari populo Romano agros, eripi etiam libertatem; privatorum pecunias augeri, publicas exhauriri: denique, quod est indignissimum, per tribunum plebis, quem majores præsidem libertatis<sup>o</sup> custodemque esse<sup>13</sup> voluerunt, reges in civitate constitui.<sup>14</sup> 16. Quæ cum exposuero, si falsa vobis videbuntur esse; sequar auctoritatem vestram; mutabo meam sententiam: sin insidias fieri libertati vestræ, simulatione largitionis, intelligetis; nolitote dubitare, plurimo sudore et sanguine majorum vestrorum partam, vobisque<sup>15</sup> traditam libertatem, nullo vestro labore, consule adjutore, defendere.

VII. Primum caput<sup>p</sup> est legis agrariæ, quo, ut illi putant, tentamini leviter, quo animo libertatis vestræ diminutionem<sup>16</sup> ferre possitis. Jubet enim 'tribunum'<sup>17</sup> plebis, qui eam legem tulerit, creare<sup>18</sup> decemviros per tribus sep-

//////////

Orell. nisi uti decem reges.—13 Erf. per tribunos plebis, quos majores præsidem libertatis custodesque esse, prob. Græv.—14  $\psi$  constituta. Tm Pith. Quæ cumque exp. unde Græv. hic, ut supra, conjecit legend. Quæ cum, Quirites, exp.—15 Mss. nonnulli, Lamb. Grut. Græv. Oliv. nobisque. 'Verba nullo vestro labore collocanda puto ante partum.' Weiske. Pro adjutore Schutz. recepit auctore e conjectura Ernesti.

CAP. VII. 16  $\psi$ , Beck. Schutz. et Orell. deminutionem.—17 H tribunus.—

#### NOTÆ

appellat ad invidiam.

<sup>n</sup> *Liberorum*] Populi liberi dicebantur, qui suis legibus utebantur.

<sup>o</sup> *Præsidem libertatis*] Cum pop. Rom. creditorum potentia pressus, senatus auxilium frustra imploraret, tandem secessionem in Sacrum Montem facta, Menenii eloquentia reductus est; ea tamen conditione, ut populus ex se magistratus crearet, tribunos scilicet, quorum majestatem violare nefas esset, quique consulum potentiam resisterent. Vide

Liv. lib. II.

<sup>p</sup> *Primum caput*] Cicero exponere incipit singula legis agrariæ capita, et refellere. Primum est, quo populum Rom. suffragiis fraudare volebant. Cum enim triginta quinque tribus essent in pop. Rom. rusticæ 31. et urbanæ quatuor; non harum omnium, sed decem saltem et septem suffragiis decemviros creari volebant. Hoc autem non tutum esse Cicero ostendit, quia populus suffragio suo privatur.

temdecim, ut, quem novem tribus fecerint, is decemvir sit.<sup>7</sup> 17. Hic quæro, quam ob causam initium rerum ac legum<sup>19</sup> suarum hinc duxerit, ut populus Romanus suffragio<sup>20</sup> privaretur. Toties legibus agrariis curatores<sup>9</sup> constituti sunt, triumviri, quinqueviri,<sup>1</sup> decemviri: quæro a populari tribuno plebeio,<sup>2</sup> ecquando, nisi per xxxv tribus, creati sint. Etenim cum omnes<sup>r</sup> potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit, tum eas profecto maxime, quæ constituuntur ad populi fructum aliquem et commodum; in quo<sup>3</sup> et universi deligant, quem populo Romano maxime consulturum putent, et unusquisque studio et suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit.<sup>4</sup> Hoc tribuno plebis potissimum venit in mentem, populum Romanum universum privare suffragiis, paucas tribus, non certa conditione juris, sed sortis beneficio, fortuito,<sup>5</sup> ad usurpandam<sup>m</sup> libertatem vocare. 18. 'Item,'<sup>6</sup> inquit, 'eodemque modo,' capite altero, 'ut comitiis pontificis<sup>s</sup> maximi.'<sup>t</sup> Ne hoc quidem

<sup>m</sup> Retinendam.

//////////

18  $\psi$  errare. Mox edd. vett. *septemdecem*.—19  $\chi$  *regum*.—20 H S  $\psi$  in marg. *subsidio*:  $\chi$  *subsidiis*. Post *privaretur*, et paulo infra, post *creati sint*, S, Beck. Weiske, Schutz. et Orell. interrogandi notam ponunt.—1 C H S  $\chi$  *qui quinqueviri*.—2 Al. *tribuno plebis*. 'Proprie ubique scribend. esset *tribunus plebi*, vel *plebei*.' Orell. Pro *ecquando* in C H S  $\chi$  *quando*; in  $\psi$  *hæc quando*.—3 Lamb. omisit præpositionem ante *quo*.—4 In  $\psi$  *munite possit*. Ern. et Weiske censebant *Huic tribuno legend.*—5  $\psi$ , Pith. Franc. Ven. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell. *fortuito*.—6 Mss. quidam, teste Turnebo, *Idem*. Dein  $\psi$ , Erf. Franc. cum Orell. *eodem modo*, sine copula. Gulielm. maluit scribi, *Item, inquit, capite altero, eodemque modo*: Grævius autem, *Idem, inquit, eodem modo, cap-*

#### NOTE

<sup>9</sup> Curatores] Ut curari quidvis dicitur, ita cujuslibet rei curatores dicuntur, ut curator viæ, annonæ, &c. pertinebat autem ad istos agrorum curatores agros dividere, urbes designare, colonias deducere, &c.

<sup>r</sup> Etenim cum omnes] Argumentum a minori ad majus.

<sup>t</sup> Ut comitiis pontificis] Verba legis sunt, et exemplum quo suam illam decemvirorum electionem Rullus confirmare volebat. Hoc Cicero con-

futat; nam hic nullam similitudinem, sed dissimilitudinem esse ostendit: quia, ut Pomponius Lætus ait, defuncto pontifice, alius eligebatur non a populo, sed a pontificibus: dissimilitudinem vero ostendit, quod in pontificis creatione, propter sacrorum mysteria, populi suffragia non petebantur; at in aliis creandis magistratibus populi suffragio opus erat.

<sup>1</sup> Pontificis maximi] Regnante Nu-

vidit, majores nostros <sup>7</sup> tam fuisse populares, ut, quod per populum creari fas non erat, propter religionem sacrorum, in eo tamen, propter amplitudinem <sup>u</sup> sacerdotii, <sup>8</sup> voluerint populo supplicari.<sup>x</sup> Atque hoc idem de ceteris sacerdotiis <sup>y</sup> Cn. Domitius, <sup>z</sup> tribunus plebis, vir clarissimus, tulit: quod populus, per religionem, sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi <sup>a</sup> vocaretur; ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur.<sup>n</sup> <sup>9</sup> 19. Videte, quid <sup>b</sup> intersit inter <sup>10</sup> Cn. Domitium, tribunum plebis, hominem nobilissimum,<sup>c</sup> et P. Rullum,<sup>d</sup> qui tentavit, ut opinor, patientiam vestram, cum se <sup>11</sup> nobilem esse diceret. [p. 70.] Domitius, quod per cærimonias <sup>e</sup> populi fieri non poterat, ratione <sup>o</sup> assecutus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset,

<sup>n</sup> *Eligeretur simul.*

<sup>o</sup> *Prudentia.*

alt.—7 Mss. ap. Turneb. maj. vestros.—8  $\chi$  sacerdotum.—9 C S  $\psi$  cooptaretur.

#### NOTE

ma, dictus est princeps sacerdotum; at postea pontifex max. vel a pontibus, quorum gerebat curam, vel a posse facere. Primo cum regia dignitate conjunctus fuit pontificatus, deinde cum imperatoria; nam Julius Cæsar et Augustus hac insigniri voluerunt.

<sup>u</sup> *Amplitudinem*] Tanta porro fuit illius dignitatis amplitudo, ut penes pontificem max. esset omnis fastorum et dierum ratio, quibus cum populo ageretur.

<sup>x</sup> *Populo supplicari*] Hoc verbo 'supplicari' de industria utitur Cicero, quo majestas populi indicatur, ut magis odium excitet contra Rullum, qui, comitia e solis septemdecim tribibus constituens, contemnere populum videtur. Majores autem voluisse innuit, ut pro creando pontifice populi consensus et approbatio peteretur.

<sup>y</sup> *De ceteris sacerdotiis*] De pontificibus minoribus et auguribus idem ac de summo pontifice tulit Domiti-

us, cujus auctoritas maximum pondus apud populum habuit.

<sup>z</sup> *Cn. Domitius*] Domitius Ænobarbus trib. pontificibus offensus, quod se in locum patris non cooptassent, jus subrogandorum sacerdotum a collegiis ad populum transtulit. Vide Paterculum lib. II.

<sup>a</sup> *Ut minor pars populi*] Felix apud Gell. xv. 27. putat, cum non universus populus, sed ejus tantum aliqua pars vocaretur, conventum illum consilium, non comitia nominari.

<sup>b</sup> *Videte, quid*] Ostendit Cicero, colatis partibus, dissimilitudinem propositi exempli, adducitque Rullum in invidiam.

<sup>c</sup> *Hominem nobilissimum*] Domitius a patre et avo nobilitatem accepit, ut ait Cicero pro Cornelio.

<sup>d</sup> *P. Rullum*] Cicero Phil. v. inter antiquæ nobilitatis viros Rullum numerat.

<sup>e</sup> *Per cærimonias*] Id est, per religionem sacrorum vetabatur populus pontifices creare.

quoad liceret, populi ad partes<sup>f</sup> daret:<sup>12</sup> hic, quod populi proprium semper fuit, quod<sup>13</sup> nemo imminuit, nemo immutavit, quin ii, qui populo agros essent assignaturi, ante acciperent a populo beneficium,<sup>p</sup> quam darent; id totum eripere vobis atque e manibus extorquere conatus est. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodammodo dedit: hic, quod adimi nullo pacto poterat potestate,<sup>14</sup> quadam ratione<sup>s</sup> eripere conatur.

VIII. 20. Quæret quispiam,<sup>h</sup> in tanta injuria tantaque impudentia quid spectarit.<sup>15</sup> Non defuit consilium: fides erga plebem Romanam, æquitas in vos libertatemque vestram, vehementer defuit. Jubet enim, comitia decemviris habere creandis eum, qui legem tulerit. Hoc dicam planius. Jubet Rullus, homo non cupidus,<sup>i</sup> neque appetens, habere comitia Rullum. Nondum reprehendo:<sup>16</sup> video fecisse alios. Illud, quod nemo fecit, de minore parte populi, quo pertineat, videte. Habebit comitia: volet eos renuntiare,<sup>17</sup> quibus regia potestas hac lege quæritur. Universo populo neque ipse committit, neque illi horum consiliorum auctores committi recte putant<sup>18</sup> posse. 21. Sortietur tribus idem Rullus: homo felix educet,<sup>19</sup><sup>k</sup> quas

<sup>p</sup> *Magistratum.*

//////////

—10 Pro *inter* χ habet *in*.—11 C et S non habent *se*.—12 Laured. maluit populo ad partes daret: Gulielm. conjecit *populi ad partes traheret*. Vid. Nott. Varr.—13 In C H S χ deest *quod* ante *nemo imm.* Tum pro *immutavit* in C H χ ψ *mutavit*. Porro *quin eo* ψ: *quin ei* C H S ψ.—14 Pro *potestate* Muretns Varr. Lectt. v. 5. legi jussit *potestve*, prob. Lamb. Vocem *potestatem* Beckius uncis inclusit. Vid. Nott. Varr.

CAP. VIII. 15 *Quod spectant* C: *quid spectant* S χ, Pith. et Franc. *quid spectant* H.—16 χ *habere comitia*. Rullum nondum *repreh.*—17 *Denuntiare* Mss. plerique et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e conjectura Lauredani recepit *renuntiare*, etsi maluit *renuntiarum* scribi.—18 Pith. et quinque Oxon. Mss. *putantur*. Mox *Sortietur* χ ψ, Ven. 1480. et 1483. Pro *Rullus* in C et ψ *nullus*.—19 ψ *educi*: C H S, Ven. 1480. et 1483. *educit*. Tum C *quas volet, tribum*.—

#### NOTE

<sup>f</sup> *Populi ad partes*] Tribuum fuit creare partes populi.

<sup>s</sup> *Quadam ratione*] Legis agrariæ simulatione Rullus eripere populo conatus est, quod ei eripi non potest; potestas videlicet creandi magistratus: cum tantum a populi parte

creari illos decemviro voluit.

<sup>h</sup> *Quæret quispiam*] Hic legis iniquitatem arguit.

<sup>i</sup> *Homo non cupidus*] Ironice Rullum carpit.

<sup>k</sup> *Educat*] Ex urna nomina tribuum educebantur.

volet, tribus: quos novem tribus decemviros fecerint, ab eodem Rullo eductæ; <sup>20</sup> hos omnium rerum (ut jam ostendam) dominos habebimus. Atque ii, ut grati ac memores beneficii esse videantur, aliquid se novem tribuum notis <sup>21</sup> hominibus debere confitebuntur: reliquis vero sex et XX tribubus, nihil erit, quod non putent <sup>22</sup> posse suo jure denegare. Quos tandem igitur decemviros creari <sup>3</sup> vult? Se primum. Qui licet? leges enim sunt veteres, neque eæ consulares, <sup>41</sup> (si quid interesse hoc arbitramini) sed tribuniciæ, vobis <sup>5</sup> majoribusque vestris vehementer gratæ atque jucundæ. Licinia est lex, <sup>m</sup> atque altera Æbutia, quæ non modo cum, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas ejus, cognatos, affines excipit, <sup>6</sup> ne eis ea potestas curatiove mandetur. 22. Etenim, si populo consulis, <sup>7</sup> remove te a suspicione alicujus tui commodi: fac fidem, te nihil, nisi populi utilitatem et fructum quærere: sine ad alios <sup>8</sup> potestatem, ad te gratiam beneficii tui <sup>n</sup> pervenire. Nam hoc <sup>o</sup> quidem vix est liberi populi, vix vestrorum animorum ac magnificentia. 1X. Quis le-

<sup>a</sup> *Corruptis.*



20 C H S  $\chi$  ductæ.—1 H S  $\chi$  novis.—2 Græv. e Franc. 1. edidit quod non se putent. Dein in Pith. suo jure se denegare.—3 Pro creari Erf. Pith. Franc. 1. Ven. 1480. Junt. et Orell. habent fieri, ut Grævius scribi jussit. Vid. Nott. Varr.—4 C H  $\chi$  neque esse cons.—5 C H S nobis. Mox C H S  $\chi$  nostris.—6 C  $\chi$   $\psi$  excidit.—7 C consul;  $\chi$  consul is.—8 Pith. Franc. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. et 1483. ad illos.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Neque eæ consulares*] Consulares leges, quæ primis reipub. nempe temporibus latæ sunt: postquam enim reges exacti sunt, Romani consules leges populo descripserunt. Neque enim tribunus patricios advocare, neque ad eos referre de re ulla poterat. Vel etiam intellige leges latas a consule, populo quidem jubente, sed tamen seducto; et ideo non tam populares sunt, quam si tribunus tulisset; quia consules patres, et tribuni plebem sequebantur.

<sup>m</sup> *Licinia est lex*] Lex Licinia a

Licinio tribuno dicta est; qua cavebatur, ne aliquid in ferenda lege contra populi commodum fieret. Ejus legis meminit Cicero in oratione pro Domo sua.

<sup>n</sup> *Gratiam beneficii tui*] Id est, monet Rullum ut nihil aliud pro se apud populum, quam gratam suorum beneficiorum memoriam quærat.

<sup>o</sup> *Nam hoc*] Non est liberi populi, ut qui legem fert, pro sua voluntate sanciat ea quæ dicuntur contra legem Liciniam.



gem tulit? Rullus. Quis majorem partem populi suffragiis privavit?<sup>9</sup> Rullus. Quis comitiis præfuit?<sup>10</sup> Rullus. Quis tribus, quas voluit, vocavit, nullo custode<sup>p</sup> sortitus? Rullus. Quis decemviros, quos voluit, renuntiavit? Idem Rullus. Quem principem renuntiavit? Rullum. Vix, mehercule, servis hoc eum suis, non vobis,<sup>11</sup> omnium gentium dominis, probaturum arbitrarer.<sup>12</sup> Optimæ leges<sup>q</sup> igitur hac lege<sup>13</sup> sine ulla exceptione tollentur. Idem sibi sua lege curationem<sup>14</sup> petet: idem, majore parte populi suffragiis spoliata, comitia habebit: quos volet, atque in iis se ipsum renuntiabit: et videlicet collegas suos, ascriptores<sup>r</sup> legis agrariæ non repudiabit, a quibus ei locus primus invidiæ in præscriptione<sup>15</sup> legis concessus est: ceteri fructus<sup>s</sup> omnium rerum, qui in spe legis hujus positi sunt, communi cautione,<sup>t</sup> atque æqua sibi parte<sup>16</sup> retinebuntur.

<sup>r</sup> *Inscriptione.*

//////////

CAP. IX. 9 Pro *privavit* Erf. Franc. 1. Pall. Ven. 1480. Junt. habent *prohibuit*.—10 Pro *præfuit* Grævius tacite dedit *prohibuit*. Nomen *Rullus* post *præfuit* omittunt Erf. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. et Orell. Mox Erf. *evocavit*. Post *sortitus* Ern. e conj. addidit *Rullus*, et eum sequuntur Beck. Schutz.—11 Gulielm. legi jussit *ne vobis*, aut *nedum vobis*.—12 Pal. 2. *arbitror*: Ven. 1483. Junt. Beck. Weiske, et Orell. *arbitrer*, ut Ern. volebat.—13 C H S χ *hæc*, omisso *lege*. Dein iidem Mss. ac Franc. Erf. Mss. Turnebi, edd. Ven. 1480. 1483. Junt. et Orell. *sine ulla suspicione*: Pith. *sine ulla susceptione*.—14 Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *Idem legis sibi sua lege cur*. Erf. Franc. 1. et Mss. ap. Turneb. cum Græv. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Idem sibi sua lege cur*. Mox ψ *eisdem majore parte*.—15 *Locus primus invidiæ, et in præscr.* C H S χ, Franc. 1. Pal. 1. Ms. Turnebi, Ven. 1483. Junt. *locus primus invidiæ in indice et in præscr.* Mss. Pariss. *locus primus in indice et in præscr.* Pal. 2. Erf. Pith. Græv. et Orell.—16 ψ, Erf. Franc.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Nullo custode*] Sortienti tres custodes adjungebantur, quasi observatores; nullus autem ab Rullo appositus est.

<sup>q</sup> *Optimæ leges*] Licinia et Æbutia, de quibus paulo ante.

<sup>r</sup> *Ascriptores*] Ascriptores hic vocat, qui communem ex illa lege agraria cum Rullo quæstum expectabant: indicat autem quemadmodum in accusationibus erant quidam, quasi secundi avenusatores, qui subscriptores

dicebantur; sic in illa lege ascriptores quosdam fuisse, qui in ea re secundas partes agerent, et qui Rullo suffragarentur.

<sup>s</sup> *Ceteri fructus*] Hunc habebit fructum Rullus, quod suo nomine sit lex inscripta: ceteri fructus inter alios decemviros communes erunt.

<sup>t</sup> *Cautione*] Id est, cautum et provisum inter eos est, ut nemo sua fructuum parte fraudetur.

23. At videte<sup>u</sup> hominis diligentiam, si aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentem venire arbitramini. Viderunt ii, qui hæc machinabantur, si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data, quæcumque res esset, in qua fides, integritas, virtus, auctoritas quæreretur, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeium principem<sup>v</sup> delaturos. [p. 71.] Etenim, quem unum ex cunctis delegissetis,<sup>17</sup> ut eum omnibus omnium gentium bellis terra et mari<sup>x</sup> præponeretur;<sup>18</sup> certe in decemviris faciendis, sive fides haberetur, sive honos; et committi huic optime, et ornari hunc<sup>19</sup> justissime posse intelligebant. 24. Itaque excipitur<sup>y</sup> hac lege, non adolescentia,<sup>z</sup> non legitimum aliquod impedimentum, non potestas, non magistratus ullus, aliis negotiis ac legibus impeditus: reus<sup>20</sup> denique, quo minus decemvir fieri possit, non excipitur. Cn. Pompeius excipitur, ne cum P. Rullo (taceo de ceteris) decemvir fieri possit. Præsentem eum profiteri<sup>a</sup> jubet, quod nulla alia in lege

<sup>v</sup> *Primum.*



Pariss. duo Pall. Ms. Turnebi, et pleraque edd. vett. cum Lall. *æqua ei parte*. Gulielm. conj. *æquabili parte*. Vid. Nott. Varr. Dein *retinebuntur* e conjectura edidit Ern. quem Beck. et Schutz. secuti sunt. Ceteri *retinentur*. Orellius, qui putat totum locum esse corruptum, conjecit legend. *ceteros fructus . . . æqua sibi parte retinent*.—17  $\chi$  *delegistis*.—18 Edd. nonnullæ post *præponeretis* comma ponunt. Tum in Franc. 1. *certe in decemviris fiendis*.—19 *Ornari huic* Ven. 1483. *ornari hunc* Junt.—20 *Ante reus* edd. nonnullæ e conjectura Lanredani inseruerunt *non*. Mox in C S  $\chi$  *decemviri*. Porro in Mss. plerisque et edd. ante Græv. desunt verba *non excipitur . . . decemvir fieri possit*.—1 Pal. 2. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. Beck.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *At videte]* Auget Cicero suspicionem in Rullum, quia unum Pompeium ex decemviratu excludi voluit, ne propter auctoritatem, et ejus in rempub. merita, a populo eligeretur, et, cognitis ejus fraudibus, ipsi resisteret.

<sup>x</sup> *Terra et mari]* Pompeius toto mari Mediterraneo contra piratas, et terra in Africa contra Domitium, in Hispania contra Sertorium, in Asia contra Mithridatem imperator delectus est.

<sup>y</sup> *Itaque excipitur]* Cicero causas removet exceptionis.

<sup>z</sup> *Non adolescentia]* Prohibebatur ne quis in urbe magistratum gereret, nisi decem stipendia confecisset.

<sup>a</sup> *Præsentem eum profiteri]* Volebat Rullus ut qui hunc magistratum peteret, præsens esset; quod Pompeius facere non poterat, longinquo bello impeditus. 'Proferi' autem est in concione significare suam de aliquo magistratu obtinendo voluntatem.

unquam fuit,<sup>b</sup> ne in his quidem magistratibus, quorum certus ordo<sup>c</sup> est. Timebat enim, Pompeius si adesset, ne ferri non posset; aut ne,<sup>2</sup> si accepta lex esset, illum sibi collegam ascriberetis, custodem ac vindicem cupiditatum. x. Hic, quoniam video vos hominis dignitate, et contumelia legis<sup>d</sup> esse commotos; renovabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem vestram hac lege funditus tolli. 25. An vos<sup>3</sup> aliter existimabatis, cum ad omnia vestra pauci homines cupiditatis<sup>4</sup> oculos adjecissent, non eos in primis id acturos, ut ex omni custodia vestrae libertatis,<sup>5</sup> ex omni potestate, curatione,<sup>e</sup> patrocinio vestrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur? Viderunt, et vident, si per<sup>6</sup> imprudentiam vestram, negligentiam meam,<sup>f</sup> legem incognitam<sup>g</sup> acceperitis;<sup>7</sup> fore, uti postea, cognitis insidiis, cum decemviros creaveritis,<sup>8</sup> tum vitiis omnibus, et sceleribus legis, Cn. Pompeii praesidium opponendum pu-

Weiske, Schutz. et Orell. *Præs. enim prof.*—2 In quinque Oxonn. Mss. Pal. 1. 2. Pith. atque edd. vett. desunt verba *timebat enim . . . aut ne*; et ea omittit Orell. Mox, pro *si*, ante *accepta*, C H S  $\chi$ , Pall. et edd. nonnullæ habent *sive*, Pith. *sine*. Naug. Hervag. Cam. Lamb. Græv. Oliv. Lall. ita dederunt, *Timebat enim, Pompeius* (vel *Timebat enim Pompeius*), *ne si adesset, ferri non posset; aut, ne si accepta, &c.* unde Ern. e conjectura, cum Beck. Weiske, Schutz. recepit *Timebat enim, Pompeius si adesset, ne ferri non posset; aut ne, si accepta, &c.* Vid. Nott. Varr.

CAP. X. 3 H *At vos*. Tum C *existimatis*: H S  $\chi$  *existimantibus*.—4 Vox cupiditatis suspecta fuit Gulielmio, qui volebat *homines cupidi atque audaces oc.* Grævius eam deleri maluit: in Erf. deest, in marg. tamen ab eadem manu ascripta. Schutz. e conj. dedit *cupiditate*. Weiske conjecit legend. *homines cupidi oculos*. Dein  $\chi$  non eo in pr.—5 H S  $\chi$  *nostræ lib.*—6 In  $\chi$  deest præpositio *per*.—7 C H S  $\chi$  *acciperetis*.—8 Quinque Oxonn. Mss. Ven. Crat.

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Quod nulla alia in lege fuit*] Nulla lege præscriptum est, ut præsentibus tantum peterent; nam fas erat absentibus petere per amicos præsentibus.

<sup>c</sup> *Certus ordo*] In magistratibus petendis certus quidam ordo observandus est, v. g. ut nemo consulatum obtineat, nisi qui prætor antea fuerit, &c. De hoc jam superius.

<sup>d</sup> *Contumelia legis*] Contumeliosum

erat Pompeio excludi hac lege a decemviratu petendo.

<sup>e</sup> *Curatione*] Agrorum videlicet.

<sup>f</sup> *Negligentiam meam*] Si vitia illius legis non detegeret Cicero consul, et eam accepisset populus; nullum haberet, quem ei opponeret præter, Pompeium.

<sup>g</sup> *Legem incognitam*] Incognita hæc lex est, quia aliud verbis, aliud re ipsa significat.

tetis. Et hoc parvum<sup>9</sup> argumentum vobis erit, a certis hominibus dominationem potestatemque omnium rerum quæri, cum videatis, eum, quem custodem vestræ libertatis<sup>10</sup> fore videant, expertem fieri dignitatis?

26. Cognoscite nunc, quæ potestas decemviris, et quanta detur. Primum lege curiata decemviros ornat.<sup>4</sup> Jam hoc inauditum, et plane novo more,<sup>11</sup> uti curiata lege<sup>h</sup> magistratus detur,<sup>i</sup> qui nullis comitiis<sup>k</sup> ante sit datus. Eam legem ab eo prætore,<sup>12</sup> qui sit primus<sup>l</sup> factus, ferri jubet. At quomodo? Ut ii decemviratum habeant, quos plebs designaverit. Oblitus est, nullos ab plebe designari.<sup>m</sup> Et is orbem terrarum constringit novis legibus, qui, quid<sup>13</sup> in secundo capite scriptum est, non meminit in tertio? Atque hic<sup>n</sup> perspicuum est, quid juris a majoribus acceperitis, quid ab hoc tribuno plebis vobis<sup>14</sup> relinquatur. XI. Ma-

<sup>4</sup> *Instruit.*



Hervag. Laured. Vict. Manut. Lamb. *crearetis*: Cam. *creatis*.—9  $\psi$  *parvum*: Ms. ap. Turneb. *primum*.—10 H S  $\chi$  *nostræ lib.*—11 Iidem Mss. *novo in more*. Pro *uti*, quod in C H S  $\chi$  deest, Lamb. habet *ut ei*. Mox C H S  $\psi$ , Pariss. et edd. veti. cum Lall. et Orell. *cui nullis com.*—12 Frauc. 1. *ab eo prætore populi Romani*:  $\psi$  *ab eo prætore po. Ro.* Grævius e Pith. et duobus Pall. edidit *ab eo prætore P. R.* Mox in C S  $\chi$  *fieri jubet*.—13 Pro *qui quid* C H S  $\psi$ , Ven. 1180. 1483. Junt. Rom. Wald. habent *quicquid*. Beck. Schntz. et Orell. e conjectura Lambiini dederunt *qui quod*.—14 *Vobis non est* in H S  $\chi$ .

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Curiata lege*] Curiata lex dicebatur, quæ ad populi curias, hoc est, quæ curiatis comitiis ferebatur, cum populus per curias suffragia inibat. Porro ejusmodi lex curiata duplex fuit; una quæ ferebatur olim magistratibus patriciis jam designatis, ad eos confirmandos; populus autem poterat priorum comitorum centuriatorum sententiam infirmare, si illius pœniteret: verum postremis temporibus obsoleta hæc lex fuit. Altera, quæ ferebatur consulibus et magistratibus, in provinciam, et ad bellum cum imperio militari profecturis, ac postremis temporibus observata.

<sup>i</sup> *Magistratus detur*] Curiata lex magistratum non dabat, sed rebus necessariis instrnebat.

<sup>k</sup> *Nullis comitiis*] Comitia erant totius populi, non septemdecim tantum tribunum, a quibus volebat Rullus creari decemviros.

<sup>l</sup> *Ab eo prætore qui sit primus*] Tunc octo erant prætores urbani: porro lex curiata a consulibus ferebatur.

<sup>m</sup> *Nullos ab plebe designari*] Non a plebe, sed a parte tantum plebis designari jubet.

<sup>n</sup> *Atque hic*] Amplificat hic Cicero hujus creationis indignitatem: nam majores populo gemina comitia dederunt, Rullus vero omnia sustulit.

jores de omnibus magistratibus<sup>15</sup> bis vos sententiam<sup>o</sup> ferre voluerunt: nam cum centuriata lex<sup>16</sup> censoribus ferebatur,<sup>p</sup> cum curiata ceteris patriciis<sup>q</sup> magistratibus; tum iterum de eisdem judicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si populum beneficii sui poeniteret. 27. Nunc,<sup>17</sup> quia prima illa comitia tenetis,<sup>r</sup> centuriata et tributa; curiata tantum

CAP. XI. 15 C H S  $\psi$ , Pith. Franc. 1. duo Pall. Ms. Turnebi, edd. Wald. Ven. 1480. 1491. cum Græv. Oliv. Lall. *de singulis mag.* Tum C H S et edd. pr. nos.—16 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. *nam centur. lex*, omissa particula *cum*. Dein pro *censoribus* C H S  $\chi$  exhibent *majoribus*; Lambinus, Sigonius, Gruchius, et Hotomannus secutus, *consulibus*. Mox in Pall. *cum iterum*; et in  $\chi$  *judicabitur*. Pantagathus legi maluit *nam centur. lex cens. fereb., cum cur. . . . cum iterum, &c.* Quidam ap. Garaton. coniecit *nam cum curiata lex cens. fer. et ceteris patr. magistr., tum iterum de iisdem jud.* Gruchius legi jussit, *nam centuriata lex consulibus ferebatur, et ceteris patr. mag., tributa plebeis, tum curiata iterum de iisd. judic.* Vulg. ut Ern.—17 Pro Nunc C H S  $\chi$  habet *Nostra*. Schutz. jubet verba *prima illa* ante *curiata tantum* transponi.

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Bis sententiam*] Veteri majorum instituto geminis comitiis sententia de magistratibus ferebatur.

<sup>p</sup> *Centuriata lex censoribus ferebatur*] Unis tantum centuriatis comitiis censores creabantur, licet ad patricium magistratum pertinerent: ceteri vero magistratus curiatis et centuriatis comitiis creabantur.

<sup>q</sup> *Patriciis*] Patricii magistratus fuere censura, consulatus, prætura, ædilitas; quia olim a solis patriciis magistratus illi tenebantur; sed postea ad plebeios etiam transiverunt.

<sup>r</sup> *Comitia tenetis*] Comitia fuerunt populi cætus, quem magistratus legitime convocabat, ut aliquid suo suffragio vel juberet, vel prohiberet. Eorum vero tria genera extiterunt; curiata, centuriata, et tributa. Curriata Romulus, centuriata Ser. Tullius, tributa tribuni plebis in rempub. intulerunt. Curriata dicta sunt cum populus in curias; centuriata, cum in centurias; tributa, cum in tribus descriptus suffragium tulit. Curie porro triginta fuerunt illæ

partes, in quas Romulus populum Romanum distribuit: centuriæ vero sunt illi conventus populi ad comitia per centenas turbas ex censu et ætate divisi. Tribus denique sunt tres illæ partes in quas primum populus Rom. descriptus est a Romulo, inquit Dionysius, ubi primum ab agresti illa Albanorum convenarumque multitudine rex declaratus est. Idem Dionysius, et Livius volunt, vel dictas tribus a tribus illis partibus, quibus qui præset, tribunus appellatus est; vel a tributo, quod populus Romanus in tribus divisus conferre solitus fuit. Curriatis comitiis, quæstores, tribuni plebis, ædilesque ejusdem generis primi creati, pariterque judicia de capite facta, et leges omnes usque ad Servium Tullium regem perlatæ sunt: postremis autem temporibus duæ tantum rogationes curiatim perlatæ; una de imperio, altera de adoptione: at illæ decuriæ et comitia curriata diurnitate temporis exoleverunt. Centuriatis vero comitiis consules, decemviri, tribunique militares, consules,

auspicioꝝ causa<sup>9</sup> remanserunt. Hic autem tribunus<sup>1</sup> plebis, quia videbat, potestatem neminem injussu populi aut plebis posse habere,<sup>18</sup> curiatis ea comitiis, quæ vos non sinitis,<sup>10</sup> confirmavit; tributa, quæ vestra erant, sustulit. Ita, cum majores binis<sup>19</sup> comitiis voluerint vos de singulis magistratibus judicare; hic homo popularis ne unam quidem populo comitorum potestatem reliquit. 28. Sed videte<sup>20</sup> hominis religionem et diligentiam. Vidit, et perspexit, sine curiata<sup>11</sup> lege decemviros habere potestatem non posse,<sup>2</sup> quoniam per novem tribus essent constituti. Jubet ferre<sup>1</sup>

<sup>11</sup> *Jubetis.*



—18 Lamb. *potestatem injussu . . . habere neminem.* Mox, Laured. legi jussit, *curiatis cum comitiis, quæ vos non initis*: Ursinus cum Pantagatho corrigit *curiatis cum comitiis, quam vos non scivistis.* Pro *sinitis* ed. Junt. exhibet *scitis*; Hotom. et Lamb. *tenetis*; Orell. *scistis.* Vid. Nott. Varr.—19 Pro *binis* χ habet *his*; C H S ψ, Pal. 1. *hujus.* Tum C H S χ, Pith. et dno Pall. *voluerunt.* —20 χ *videtis.*—1 Laured. et Weiske *Jubet ferri.* Mox *legem centuriatam* C

#### NOTÆ

prætores, censores, lexque de bello lata, et judicia perduellionis peracta sunt. Tribuitis minores magistratus creabantur, atque in iis etiam agebatur de legibus ferendis, quas plebs, magistratum publico rogante, constituerat. Nota autem, quod etiam comitia calata nominantur, non autem proprium et peculiare genus efficiunt; nam omnia primum calata comitia dicta sunt, quia per præcones patricii vocabantur, plebei vero per cornices. Cum vero verbum hoc desiisset in usu esse, retentum est nomen calatorum comitorum in his tantum, quæ pro collegio pontificum, aut regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum, vel testamentorum condendorum causa fiebant. De his omnibus comitiis fuse tractat Rosinus lib. vi. Hunc consule.

<sup>9</sup> *Curiata tantum auspicioꝝ causa*] Primis tantum temporibus observata sunt illa comitia curiata; postremis vero temporibus tantum auspicioꝝ

causa paucas ad res quasdam adhibita sunt: nulla enim comitia centuriata jure fieri poterant, nisi captatis ante auspiciis: nam si tonitru supervenisset, aut quis morbo Herculeo correptus repente concidisset, tum comitia dirimebantur.

<sup>1</sup> *Hic autem tribunus*] Rullus, qui jura populi tueri debet, suam legem contra populi auctoritatem confirmavit curiatis comitiis, quæ populus non tenet; et tributa suppressit, in quibus omnem auctoritatem habet.

<sup>11</sup> *Sine curiata*] Comitia curiata, sive lex curiata, auspicium quoddam erat, ut diximus supra, et quædam divinæ legis approbatio, quæ prioribus comitiis lata erat.

<sup>2</sup> *Non posse*] Id intellige de augurum et pontificum auctoritate, sine qua nihil gestum a magistratibus probabatur: nam ex arbitrio pontificum et augurum hæc secundaria comitia præbebantur.

de his legem curiatam : prætori imperat :<sup>y</sup> (quam id ipsum<sup>z</sup> absurde, nihil ad me attinet) jubet enim, ‘qui primus sit prætor<sup>3</sup> factus, eum legem curiatam ferre : sin is ferre non possit ;<sup>4</sup> qui postremus sit :’ ut aut lusisse in tantis rebus,<sup>z</sup> aut profecto nescio quid spectasse videatur. [p. 72.] Verum hoc, quod est aut ita perversum,<sup>a</sup> ut ridiculum,<sup>5</sup> aut ita malitiosum,<sup>b</sup> ut obscurum sit, relinquamus : ad religionem hominis<sup>6</sup> revertamur. Videt, sine lege curiata<sup>c</sup> nihil agi per decemviros posse. 29. Quid postea, si ea lata non erit? Attendite ingenium. ‘Tum ii decemviri,’ inquit, ‘eodem jure sint, quo qui optima lege.’ Si hoc fieri potest,<sup>7</sup> ut in hac civitate, quæ longe jure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit; quid attinet, tertio capite legem curiatam ferre jubere, quoniam quarto permittas,<sup>8</sup> ut sine lege curiata idem juris habeant, quod haberent, si optima lege a populo essent creati? Reges constituuntur, non decemviri, Quirites : iique ab his initiis<sup>9</sup> fundamentisque

HS χ, Pith. Franc. 1. dno Pall. et edd. vett. Vid. Nott. Varr.—2 χ *Quam ad ipsum*.—3 Idem Ms. *qui sit prætor*, omisso *primus*; et mox *eam legem*.—4 C HS χ, Erf. et edd. pr. cum Græv. *posset*. Paulo post, in C *postremum*. Pro aut *lusisse* Pal. 2. habet *illusisse*.—5 HS χ ψ *aut ridic.* Mox χ et ψ *aut obscurum*, sed in χ *sit* omittitur.—6 In C H S χ *deest hominis*.—7 Nonnullæ edd. vett. *fieri posset*: Laured. et Schutz. *ferri potest*.—8 Orell. ex ed. Lamb. 1566. *recepit cum quarto perm.* ut volebat Ern. In H *permittis*: C *permittat*. Pro ut ψ habet *iis*.—9 *Iique ab his in.* Lamb. *itaque ab in.* Crat. Hervag. *itaque ab his in.* Pith. Franc. 1. duo Pall. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Beck.

## NOTÆ

<sup>y</sup> *Prætori imperat*] Tribuni prætoribus et majoribus magistratibus imperare non poterant: ideoque nullum arguit, qui ei ausus est imperare.

<sup>z</sup> *Lusisse in tantis rebus*] Ludit Rullus in rebus maximi momenti, quia a primo prætore ad ultimum ferendæ curiatae legis jus transfert, omittis aliis omnibus qui inter illum primum et ultimum mediis sunt; nam tunc octo erant prætores.

<sup>a</sup> *Perversum*] Perversum est, quod lex ferenda non a primo ad secun-

dum, sed ad ultimum transferatur.

<sup>b</sup> *Malitiosum*] Malitiosum est, quia sic cupit fallere, ut fraus ejus non cognoscatur.

<sup>c</sup> *Videt sine lege curiata*] Clarius nunc exponit quam minime Rullus leges curet; vult enim per legem curiatam suos creati decemviros. Si autem lex hæc ferri non possit, ejusdem tamen hos magistratus juris esse vult, quo ii sunt, qui optimis legibus constituti sunt.

nascuntur, ut non modo cum gerere cœperint, sed etiam cum constituentur, omne vestrum<sup>10</sup> jus, potestas, libertasque tollatur. XII. 30. At videte,<sup>11</sup> quam diligenter<sup>d</sup> retineat jus tribuniciæ potestatis. Consulibus legem curiatam ferentibus, a tribunis plebis sæpe est intercessum.<sup>e</sup> Neque tamen nos<sup>12</sup> id querimus, esse hanc tribunorum<sup>13</sup> plebis potestatem. Tantummodo, si quis ea potestate temere est usus, existimamus.<sup>14</sup> Hic tribunus plebis lege curiata,<sup>15</sup> quam prætor ferat, adimit intercedendi<sup>16</sup> potestatem. Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per tribunum<sup>17</sup> plebis tribunicia potestas minuitur, tum in eo deridendum, quod consuli, si legem curiatam non habet, attingere rem militarem non licet: huic [cui vetat intercedendi] potestatem,<sup>18</sup> etiamsi intercessum sit, tamen eandem constituit, quam,<sup>19</sup> si lata esset lex: ut non intelligam, quare aut hic<sup>f</sup> vetet intercedere, aut quenquam intercessurum putet; cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura.

31. Sint igitur<sup>20</sup> decemviri, neque veris comitiis,<sup>g</sup> hoc est,<sup>1</sup> populi suffragiis, neque illis<sup>h</sup> ad speciem, atque ad

et Orell.—10  $\chi$  nostrum.

CAP. XII. 11 S atque vid.—12  $\chi$  vos.—13 H tribuni.—14 Pantagathus exæstuumus legi jussit. Vid. Nott. Varr.—15 Laured. et Lamb. legi curiatæ, ut voluit Turneb. Vid. Nott. Varr. Mox, pro voce prætor in  $\chi$  P. R.; in S  $\psi$  po. ro.; in C H populus R.—16  $\psi$  interdicendi.—17 C per tribunos.—18 Car. Steph. Laured. Maunt. Lamb. et Orell. huic, qui vetat intercedere, potestatem: Junt. Cam. Garaton. et Lall. hic, qui vetat intercedendi potestatem: Verburg. Græv. et Oliv. huic, qui vetat intercedendi potestatem: Mss. plerique, Ven. 1483. Crat. Hervag. Grut. huic, cui vetat intercedendi potestatem. Beck. Weiske, et Schütz. de conjectura Ernesti ediderunt hic potestatem, ceteris omissis. Turnebus conjecit huic, cui vetat intercedi, potestatem, aut vetat intercedere. Tum H et si interc. sit.—19 Pro quam C H  $\chi$  habent quare. Mox in C H S  $\chi$  deest

#### NOTÆ

<sup>d</sup> At videte quam diligenter] Ostendit invidiose contra Rullum, eum hac lege tribuniciam potestatem imminuere, quæ sanctissima apud populum habebatur.

<sup>e</sup> Tribunis plebis sæpe est intercessum] Tanta erat tribunorum auctoritas, ut nulli alteri magistratui pare-

rent; at omnibus possent, vel ipsis consilibus intercedere, immo et in carcerem conjicere.

<sup>f</sup> Aut hic] Tribunus plebis.

<sup>g</sup> Neque veris comitiis] Centuriatis videlicet, de quibus supra, § 27. not.

<sup>h</sup> Illis] Curiatis.



usurpationem vetustatis,<sup>2</sup> <sup>i</sup> per XXX lictores,<sup>k</sup> auspicio-  
rum causa, adumbratis, constituti. Videte nunc, eos, qui a vo-  
bis nihil potestatis acceperint, quanto majoribus ornamen-  
tis afficiat, quam omnes nos affecti sumus, quibus vos am-  
plissimas potestates<sup>l</sup> dedistis. Jubet<sup>m</sup> [auspicii<sup>3</sup>] coloni-  
arum deducendarum<sup>y</sup> causa decemviros habere pullarios.<sup>n</sup>  
'Eodem jure,' inquit, 'quo habuerunt<sup>4</sup> tresviri<sup>o</sup> lege Sem-  
pronia.'<sup>p</sup> Audes etiam,<sup>5</sup> Rulle, mentionem facere legis  
Semproniae? nec te ea lex ipsa commonet,<sup>6</sup> tres viros illos

<sup>y</sup> *Ut coloniae deducantur auspicato.*

//////////

quare.—20  $\chi$  *Sin igitur*.—1 *Est in C* omittitur.—2 *Pro vetustatis in  $\chi$  libertatis*.—3 '*Auspicia*] Hoc sane corruptum. Sic codl., puto, omnes, Ven. 1483. Junt. Beck. *auspicii* Crat. Hervag. Cam. Laured. Lamb. Grut. Græv. Ern. qui uncis inclusit. Delevit Schutz. *auspiciis* Weiskii suspicio: *ad auspicia* Grævii conjectura, recepta a Lallemando. Ego corrigo *auspicato*, jung. cum *deducendarum*.' Orell. 'Nonnulli *causa* omitti voluerunt. Ern. censet *auspicii* (quod tamen in nullo libro vet. legitur) a glossem. verborum *colon. deduc.* esse. Mihi *auspicia* exitisse ex interpretatione voc. *pullarios* visum est.' Beck. Vid. Nott. Varr. In C H S  $\chi$ , Ven. 1483. legitur *coloniarum deductarum*. Porro pro *decemviros* S habet *XXviros*.—4  $\chi$  *quos hab.* Dein Erf. *tresviri*: Ms. Turnebi *triumviri*: Orell. e Ms. Lambini *IIIviri*, ut est in *Inscriptt.* Omnes aliæ edd. *tresviri*.—5 C H S  $\chi$  *Audes enim*.—6 C H S  $\chi$   $\psi$  *commovet*.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Ad usurpationem vetustatis*] Id est, ad continuandam possessionem juris antiqui, et consuetudinis antiquæ.

<sup>k</sup> *Per XXX lictores*] Romulus singulis curiis, quæ triginta erant, triginta lictores assignavit in comitio: cum autem jam tribus sic vocatæ non convenirent, triginta illi lictores pro curiis ad servandum morem majorum comitia inibant, ne curiata illa comitia et auspica, quæ in eis habendis observare oportebat, sublata omnino viderentur. At Rullus non modo a curiis, sed ne quidem a lictoribus decemviros institui voluit.

<sup>l</sup> *Amplissimas potestates*] Consulatum intelligit, qui potestas omnium est maxima in repub.

<sup>m</sup> *Jubet*] Caput legis quartum a Rullo positum, ut pullarii decemviris concedantur.

<sup>n</sup> *Habere pullarios*] Pullarii erant

ii qui pullorum, quorum in auspiciis usus erat, curam gerebant; singulis quippe magistratibus, qui imperium habebant, pullarii præsto erant, quorum jussu, esurientibus pullis, quos e cavea emittebant, cibis objiciebatur. Illi vero rei eventum ex eorum pastu conjiciebant. Magistratus vero, qui in consulatu et prætura provinciam obtinuerant, non nisi addicentibus pullis, rem ullam aggrediebantur.

<sup>o</sup> *Tresviri*] Intelligit tresviros, quorum officium fuit, ut agros novis colonis dividerent, urbes designarent, areas volentibus ædificare partirentur.

<sup>p</sup> *Lege Sempronia*] Tulit legem T. Sempronius Gracchus, ut tresviri agros a divitibus supra quingenta jugera possessos, pauperibus dividerent.

XXXV tribuum suffragio esse creatos? Et, cum tu a Ti. Gracchi æquitate ac pudore<sup>7</sup> longissime remotus sis; id quod dissimillima ratione factum sit, eodem jure putas esse oportere? XIII. 32. Dat præterea potestatem, verbo prætoriam,<sup>a</sup> re vera<sup>8</sup> regiam: definit in quinquennium; facit sempiternam. Tantis enim confirmat opibus et copiis, ut invitis eripi nullo modo possit. Deinde ornat apparitoribus,<sup>r</sup> scribis,<sup>s</sup> librariis,<sup>9</sup> præconibus,<sup>u</sup> architectis;<sup>x</sup> præterea mulis,<sup>y</sup> tabernaculis,<sup>z</sup> centuriis,<sup>10a</sup> suppellectili: sumtum haurit<sup>b</sup> ex ærario, suppeditat a sociis: [janitores<sup>11c</sup>] ex equestri loco ducentos in annos singulos stipatores corporis constituit; eosdem ministros et satellites potestatis. Formam adhuc habetis,<sup>d</sup> Quirites, et speciem ipsam tyrannorum: insignia videtis<sup>12</sup> potestatis, nondum ipsam potes-

Pro tres C H S χ habent talis; ψ tales; Orell. III.—7 H atque pud.

CAP. XIII. 8 χ re vero.—9 Sine interpunctione Ursinus legi maluit scribis librariis, quomodo in monumentis antiquis interdum legatur. Tum in χ præconiis.—10<sup>a</sup> Pro centuriis, Turnebus tentoriis scribi jussit; Pantagath. canteriis, quod Ursino, Manntio, Grutero placuit. Scheller. Obs. p. 85. aut ex tentoriis (gloss. voc. tabernaculis) existitisse, ideoque delendum esse, aut legendum esse ceteraque supell., aut etiam cibariis, visum est. Beck. Alii conjecerunt coriis, vel centonibus, legend. Schutz. delevit. Vid. Nott. Varr.—11 Pro janitores Orell. e conjectura Augustini dedit finitores, quod Ursino, Grutero, Garatono probatum est.—12 Pro videtis Mss. quidam ap. Laured. exhibent

#### NOTÆ

<sup>a</sup> Prætoriam] Potuit prætor jus novum condere, vetus abrogare: porro ad indicandam ejus potestatem sex lictores habuit, sellam curulem, trabeam candidam, &c.

<sup>r</sup> Apparitoribus] Apparitores magistratui præsto erant, ut eorum obirent imperium.

<sup>s</sup> Scribis] Scribæ sunt quos dicimus, modo a secretis alicui magistratui; et hi ingenui erant ut plurimum.

<sup>9</sup> Librariis] Librarii rationes publicas referebant in tabulas, leges, actaque perscribebant.

<sup>u</sup> Præconibus] Præcones ii erant, qui aliquid magistratus jussu pronuntiabant.

<sup>x</sup> Architectis] Architecti hospitia designabant, quo magistratus debebat advenire.

<sup>y</sup> Mulis] Ad vehendum.

<sup>z</sup> Tabernaculis] Ad manendum.

<sup>10a</sup> Centuriis] Centuriæ centum illi homines dicebantur, qui stipare decemviro debebant.

<sup>b</sup> Sumtum haurit] Id est, vult Rullus ut sumtus publicos tum ex ærario, tum a provincialibus, decemviri acciperent.

<sup>c</sup> Janitores] Ducentos pro omnibus decemviris janitores numerabat.

<sup>d</sup> Formam adhuc habetis] Concludit tyrannidem institui a Rullo per illos decemviro.

tatem. Dixert enim fortasse quispiam, Quid me ista lædunt, scriba, lictor,<sup>13</sup> præco, pullarius? Omnia sunt hæc hujusmodi, Quirites, ut ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferendus, aut privatus furiosus esse videatur.

33. Perspicite, quanta potestas permittatur: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regum<sup>14</sup> esse dicetis. Primum permittitur infinita potestas<sup>e</sup> innumerabilis pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus, non fruendis, sed alienandis: deinde orbis<sup>15</sup> terrarum gentiumque omnium datur cognitio<sup>f</sup> sine consilio, pœna sine provocatione,<sup>g</sup> animadversio sine auxilio.<sup>h</sup> 34. Judicare per quinquennium, vel de consulibus, vel de ipsis tribunis plebis poterunt:<sup>16</sup> [p. 73.] de illis interea nemo iudicabit. Magistratus his gerere<sup>17</sup> licebit: causam dicere<sup>z</sup> non licebit. Emere agros, a quibus volent,<sup>18</sup> vel quos volent, quam volent magno, poterunt: colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam suis coloniis<sup>19</sup> ut complere liceat, permittitur: omnes provincias obeundi, liberos populos<sup>i</sup> agris mulctandi, reguorum vel dandorum,<sup>20</sup> vel adimendorum, summa

<sup>z</sup> *Facere reos.*



*habetis. Ante potestatis Hervag. Cam. Lamb. addunt veteris.—13*  $\chi$  *lector.—14* Crat. Hervag. Cam. Grut. *regis.—15*  $\psi$  *deinde de orbis.—16*  $\psi$  *potuerunt. Tum, 'De illis] Pntem ipsis: nisi si illis dixit, quia paulo ante est ipsis.'* Ern.—17 *Pro gerere* H S  $\chi$   $\psi$ , Erf. Ms. Turnebi, Ven. 1480. 1483. Junt. Crat. *habent petere.—18*  $\psi$  *velint.—19* Orell. e Ms. Turnebi *edidit colonis. Tum Schutz. tacite edidit complere ut liceat.—20* Vulg. *mulct., regnorum vel dand. Junt. mulct., agrorum vel regn. dand. al. mulct., agrorum vel dand. unde Camerar. coniecit legend. mulct., agrorum vendendorum: Lamb. autem edidit mulct., regnorum vendendorum. Vereor ne hic aliquid exiderit. Videtur Cicero*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Infinita potestas]* Quintum caput legis agrariae, quo permittitur non de usu et fructu, sed de alienatione et venditione vectigalium, pecuniam conficere.

<sup>f</sup> *Datur cognitio]* Id est, uni decemviro datur potestas iudicandi sine aliorum consilio, etiamsi in urbe iudex quæstionis, nisi iudicibus advocatis, causam non cognoscat.

<sup>g</sup> *Sine provocatione]* A quolibet magistratu fas erat ad populum provocare. At provocationem omnem a decemviris Rullus removet; quo ne quidem jure consules eximuntur.

<sup>h</sup> *Sine auxilio]* Iis, qui opprimebantur, auxilium ferebant tribuni plebis, etiam contra ipsorum collegas.

<sup>i</sup> *Liberos populos]* Liberi sunt qui nihil pendunt populo Romano.

potestas datur, cum velint: Romæ esse, eum commodum sit;<sup>a</sup> quaecumque velint summo cum imperio, iudicioque omnium rerum vagari ut liceat, conceditur: interea dissolvant judicia publica;<sup>k</sup> de consiliis abducant, quos velint; singuli de maximis rebus<sup>l</sup> iudicent; quæstori permittant;<sup>1</sup> finitorem mittant;<sup>m</sup> ratum sit, quod finitor uni illi,<sup>2</sup> a quo missus erit, renuntiaverit. XIV. 35. Verbum mihi deest, Quirites, cum ego hanc potestatem regiam appello:<sup>3</sup> sed profecto major est quædam. Nullum enim regnum fuit unquam, quod non, si minus jure aliquo, at<sup>4</sup> regionibus tamen certis, contineretur. Hoc vero infinitum est, quo et regna omnia, et vestrum imperium, quod latissime<sup>5</sup> patet, et ea, quæ partim libera<sup>6</sup> a vobis, partim etiam ignorata vobis sunt, permissu legis continentur.<sup>7</sup>

Datur igitur eis primum, ut liceat eis<sup>8</sup> vendere omnia, de quibus vendendis senatusconsulta facta sunt, M. Tullio, Cn. Cornelio<sup>n</sup> consulibus. 36. Cur hoc<sup>9</sup> tam est obscurum atque cæcum? quid? ista omnia, de quibus senatus

<sup>a</sup> *Plucebit.*



scripsisse *mult.*, *regnum rel dandorum, vel eripiendorum*; aut cum Erf. *vel expungendum.* Græv. Ern. addidit *vel adimendorum*, et eum Beckius, Schützius, et Orellius secuti sunt.—1 C H S  $\chi \psi e$  max. *rebus.*—2  $\psi$  et ed. Viet. *uni ulli.*

CAP. XIV. 3 [*Verbum mihi deest, &c.*] Hoc quidem vitiosum est, nec constructio constat. Puto Ciceronem scripsisse, *Verbum mihi deest, quo ego hanc pot. appello, &c.* Hæc est forma legitima in hac sententia. Ern. 'Facilior medela videtur, si ante *deest* addatur intelligaturve *gravius*, aut tale quoddam vocab.' Beck.—4 H S  $\chi \psi ac$ . Pro *regionibus* in  $\psi$  *regi omnibus.*—5 Weiske coniecit *quam latissime* legend.—6 Weiske e conjectura Ernesti dedit *liberata*. Dein C H S  $\chi a$  *nobis.*—7  $\chi$  *permissum legis continetur.*—8 [*Liceat eis*] *Eis* offendit, putemque delendum, tum vero legendum *facta sint.* Ern.—9 In C H S  $\chi \psi$ , Erf. Ven. 1480. 1483. *Postea cur hoc, &c.* Orell. ex edd. Crat. Her-vag. Cam. recepit *consulibus, aut postea. Cur hoc, &c.* Dein Græv. ex Erf.

#### NOTE

<sup>k</sup> *Judicia publica*] Dicuntur publica judicia, quorum eniis e populo actio permittebatur.

<sup>1</sup> *Quæstori permittant*] Volebat quoque Rullus sua lege, ut decemviri quæstori permitterent agros vendere: qui enim bello capti erant, vendebantur per quæstores, quos

appellamus vulgo bellicos thesaurarios.

<sup>m</sup> *Finitorem mittant*] Finitor est qui mensurat agros, et qui regiones limitibus determinat.

<sup>n</sup> *M. Tullio, Cn. Cornelio*] M. Tullius et Cn. Cornelius consules fuere, dictatore Sulla, A. U. C. 672.

censuit, nominatim in lege perscribi nonne potuerunt? Duæ sunt hujus obscuritatis causæ, Quirites: una pudoris, si quis pudor esse potest in tam insigni impudentia;<sup>10</sup> altera sceleris. Nam neque ea, quæ senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare: sunt enim loca publica urbis; sunt sacella,<sup>11</sup> quæ post restitutam tribuniciam<sup>o</sup> potestatem nemo attigit, quæ majores in urbe partim<sup>12</sup> periculi perfugia<sup>p</sup> esse voluerunt. Hæc lege tribunicia decemviri vendent. Accedet<sup>13</sup> eo mons Gaurus:<sup>q</sup> accedent salicta ad Minturnas:<sup>r</sup> adjungetur<sup>14</sup> etiam illa via vendibilis Herculanea,<sup>15 s</sup> multarum deliciarum, et magnæ pecuniæ: permulta alia,<sup>16</sup> quæ senatus propter angustias ærarii vendenda censuit, consules propter invidiam non vendiderunt. 37. Verum hæc fortasse propter pudorem in lege reticentur. Sed illud magis est credendum<sup>17</sup> et pertimescendum, quod audaciæ decemvirali, corrumpendarum tabularum publicarum, fingendorumque senatusconsultorum, quæ facta nunquam sunt, cum ex eo numero, qui per eos annos<sup>t</sup> consules fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur: nisi forte nihil est æquum vos<sup>18</sup> de

dedit est tam obscurum.—10 C et  $\chi$  imprudentia.—11  $\psi$  urbis, atque sacella.—12 Pro partim, Laured. legi jussit *passim*, quod Manut. et Ursin. receperunt: Puteanus *portus periculi*, quod Lamb. edidit: Pantagath. *parati*.—13 C H S  $\chi$  *Accedit*.—14  $\psi$  *adjungentur*. Pro *etiam*, quod Pith. omittit, in C H S legitur *et*.—15 C H S  $\psi$ , Pith. Pall. et edd. vet. *Herculantea*.—16  $\chi$  *permagnæ pec.*: et *permulta alia*.—17 Lall. Schutz. et Orell. e Franc. 1. et Mss. Pariss. receperunt *cavendum*; et Beck. ita legi jubet. Lamb. *cavendum* aut *hor-*

## NOTE

<sup>o</sup> *Restitutam tribuniciam*] Tribuniciam potestatem sustulit Sulla, quia populo iratus erat, quod Marii partes secutus esset: at postmodum a Pompeio et Crasso consulibus restituta est.

<sup>p</sup> *Perfugia*] Perfugia loca erant, quo qui profugisset in periculis, salvus erat. Talia erant illa sacella.

<sup>q</sup> *Gaurus*] Gaurus mons Campaniæ est, Massicis et Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum exquisitæ generositatis.

<sup>r</sup> *Minturnas*] Minturnæ oppidum est in Campania, Sinuessam inter et Formias, ad Lirim fluvium, habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, ut Sullam evitaret.

<sup>s</sup> *Herculanea*] Hercules et Virgo duo fontes aut rivi sunt, octavo ab urbe lapide. Hinc Herculanea via amœnissima, et ideo vendibilis.

<sup>t</sup> *Per eos annos*] Ab annis viginti plures, qui consulatum gesserant, e vivis excesserant.

eorum audacia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus<sup>19</sup> orbis terrarum esse videatur. xv. 38. Habetis unum venditionis genus, quod magnum videri vobis intelligo: sed attendite animos<sup>20</sup> ad ea, quæ consequuntur: hunc quasi gradum quendam atque aditum<sup>1</sup> ad cetera jactum intelligetis. 'Qui agri,<sup>u</sup> quæ loca, quæ<sup>2</sup> ædificia.' Quid est præterea? multa in mancipiis,<sup>3</sup> in pecore, auro, argento, ebore, veste, suppellectili, ceteris rebus. Quid dicam? invidiosum putasset<sup>4</sup> hoc fore, si omnia nominasset? non metuit invidiam. Quid ergo? longum putavit, et timuit, ne quid præteriret: ascripsit, 'aliudve quid:'<sup>5</sup> qua brevitate rem nullam esse exceptam videtis. Quicquid ergo sit extra Italiam,<sup>6</sup> quod publicum<sup>b</sup> populi Romani factum sit, L. Sulla, Q. Pompeio, consulibus, aut postea, id decemviros jubet vendere. 39. Hoc capite,<sup>7</sup> Quirites, omnes gentes, nationes, provincias, regna, decemvirum ditioni, iudicio, postestatique permissa et condonata esse dico. [p. 74.] Primum enim hoc quæro,<sup>8</sup> qui tandem locus usquam sit, quem non possint decemviri dicere publicum populi Romani esse factum. Nam, cum idem possit iudicare, qui dixerit; quid est, quod non liceat ei dicere, cui liceat eidem<sup>9</sup> iudicare? Commodum erit Pergamum,<sup>y</sup>

<sup>b</sup> Vectigule.

rendum, Gulielm. et Ern. verendum legi maluerunt.—18 CH S χ nos.—19 C angustiis.

CAP. xv. 20 C animo.—1 Idem Ms. auditum. Mox, pro jactum CH S, Lamb. Manut. Oliv. Beck. Schntz. et Oreil. habent factum, ut volebant Laudannus et Ernest. Dein intelligitis CH S χ.—2 C et H omittunt quæ ante ædificia.—3 In H municipiis.—4 Lamb. e conj. Puteani receipt putasse.—5 C S ψ aliud nequid.—6 χ contra Ital.—7 CH S χ Hoc caput.—8 CH, Pith. Franc. Pall. Ms. ap. Lamb. et edd. pr. Primum hoc quæro enim, quod restituit Græv. posito post hoc colo; et enim Orellius secutus est. In edd. a Nang. usque ad Grut. enim omissa est. In S legitur Hoc quæro vel enim. Ceteri ut Ern.—9 CH S cui non liceat idem: χ ψ cui non liceat eidem: Pith. et edd. nonnullæ cui liceat idem. In Franc. 1. quid est, quod liceat dicere, cui

#### NOTE

<sup>u</sup> Qui agri, &c.] Verba legis sunt.

<sup>x</sup> Aliudve quid] His verbis significat nihil prorsus esse in imperio Romano, quod a decemviris non vendatur.

<sup>y</sup> Pergamum] Pergamum urbs Troæ adis est, seu Mysiæ Mediterraneæ, ad Caicum fluvium, diu sub Attalis regibus fortunata, et postea Romanorum facta provincia.

Smyrnam,<sup>z</sup> Tralles,<sup>10 a</sup> Ephesum,<sup>b</sup> Miletum,<sup>c</sup> Cyzicum,<sup>d</sup> totam denique Asiam, quæ post L. Sullam, Q. Pompeium, consules, recuperata sit,<sup>e</sup> populi Romani<sup>11</sup> factam esse dicere. 40. Utrum oratio ad ejus rei disputationem<sup>12</sup> deerit? an, cum idem et disseret,<sup>13</sup> et judicabit, impelli non poterit, ut falsum judicet? an, si condemnare Asiam volet,<sup>14</sup> terrorem damnationis et minas non, quanti volet, æstimabit?<sup>15</sup> Quid? (quod<sup>16</sup> disputari contra nullo pacto potest, quoniam statutum a vobis est et judicatum) quam hæredi-

//////////

*non liceat idem jud.*—10 Nonnullæ edd. vett. *Trallis*: Manut. et Lamb. *Tralleis*. Mox  $\psi$  *Cyricum*.—11 Lamb. *publicam populi Rom.*—12 Ald. Crat. *Laured*. Lamb. Grnt. *disceptationem*.—13  $\chi$  *dissereret*.—14 *Nollet* Turnebi Ms. *Nolet* Pith. Franc. Junt. Lall. Beck. Schutz. et Orell.—15 H S  $\chi$  *existimabit*.—16 ‘*Quid quod, &c.*’ Est h. l. primum interpunctionis magna varietas. In ed. Ven. 1483. (etiam 1480. ubi tantum interr. nota ubique deest, Naug. Vict.) Græv. et Verburg. consentiente cod. Franc. interpungitur ita, *Quid quod . . . potest? quoniam . . . judicatum quam . . . crevimus. Regnum Bithyniæ, quod . . . factum*: at manifestum est, ita se jungi, quæ arcte cohærent, nec sententiam effici plenam, nec sequentibus locis hunc respondere. In Erf. post *crevimus* comma, post *Bith.* punctum est. Manut. Lamb. Grnt. Ern. post *Bith.* interr. notam habent. Ita seqq. conveniunt: Oliv. Lall. Oxon. *Quid? cum continua periodo quod disp. . . factum?* Ernesto oratio durior et ita emendanda videbatur, *quoniam hæred. jam crevimus: regnum Bithyniæ certe publ. est pop. Rom. factum*. Ita non video, quo pertineat *Quid?* Garaton. ostendit construendum esse (laudato Cortio ad Sallust. Catil. c. 55. § 3.) *quid regnum Bith., quam hæred. jam crev.* Nimirum aut est hic nomin. absolutus (*regnum Bith.*), aut verbum quoddam intelligendum. Deinde varietas lect. non minus est insignis.  $\chi$  *quid contra existimari*. In C *contra* deest. Pro *quoniam  $\psi$  quod jam*, atque ita legendum esse conjecerat Laured. (Ex Lamb. affert Oliv. quod.) Verum ita relativum nimis frequenter ponitur. Pro *vobis*, C S  $\psi$ , et utraque Ven. *nobis*, quod magis verbo *crevimus* accommodari videtur. Pro *crevimus* quinque codd. Oxonn. *crevimus*, iidemque loco vocab. *certe* miro errore exhibent *terra*. Forsitan tamen ad seq.

## NOTE

<sup>z</sup> *Smyrnam*] Smyrna urbs Ionix, Milete amne irrigata.

<sup>a</sup> *Tralles*] Trallæ urbs, teste Plinio, prins Evanthia, deinde Seleucia, et tandem Antiochia dicta est.

<sup>b</sup> *Ephesum*] Ephesus urbs est in Ionia, et emporium totius Asiæ Citeioris celebratissimum, Amazonum opus, ut Plin. ait lib. v. cap. 29.

<sup>c</sup> *Miletum*] Mela, lib. i. de illa urbe sic ait: ‘Miletus urbs quondam Ionix totius, belli pacisque artibus princeps; patria Thaletis astrologi,

*Delph. et Var. Clas.*

Timothei musici, et Anaximandri physici.’

<sup>d</sup> *Cyzicum*] Urbs Mysiæ ad Propontidem, magnitudine et pulchritudine cum primis Asiæ urbibus comparanda, paci et bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti receptaculum fuit.

<sup>e</sup> *Recuperata sit*] Cuni fere totam Asiam populi Rom. provinciam Mithridates occupasset, a Sulla recuperata est.

*Cicero.*

4 F F

tatem jam crevimus,<sup>c</sup> regnum Bithyniæ,<sup>f</sup> quod certe publicum est populi Romani factum; numquid causæ est, quin omnes agros, urbes, stativa,<sup>17 g</sup> portus, totam denique Bithyniam decemviri vendituri sint? XVI. Quid Mitylenæ? <sup>18 h</sup> quæ certe vestræ, Quirites, belli lege, ac victoriæ jure,<sup>19 i</sup> factæ sunt; urbs et natura,<sup>k</sup> et situ, et descriptione ædificiorum et pulchritudine, in primis nobilis; agri jucundi et fertiles; nempe eodem capite inclusi continentur. 41. Quid Alexandria, cunctaque Ægyptus? ut occulte latet!<sup>1</sup> ut recondita est!<sup>20</sup> ut furtim tota decemviris traditur! Quis enim vestrum hoc ignorat, dici illud regnum, testamento regis Alexandri,<sup>1 m</sup> populi Romani esse factum? Hic ego consul populi Romani non modo nihil judico,<sup>2</sup> sed ne, quid sentiam, quidem profero: magna enim mihi res non modo ad statuendum,<sup>3</sup> sed etiam ad dicendum videtur esse. Video, qui testamentum factum esse confirmet: auctoritatem senatus extare hæreditatis aditæ sentio, tum, quando, Alexandro mortuo,<sup>n</sup> legatos <sup>4</sup>

<sup>c</sup> *Adivimus.*

//////////

paragr. ea varietatis notatio pertinet.' Beck.—17 Pro *stativa* Erf. et Pith. habent *stagna*.

CAP. XVI. 18 Turnebi Ms. *Mitylene*: edd. nonnullæ *Mytilenæ*. Dein pro *certe* Mss. ap. Laured. et Ven. 1480. 1483. Hervag. habent *terræ*. 'Monet Garaton. *terræ* legi debuisse, si antea fuisset *Mitylene*, sed Ciceronem aliosque sæpe plurali numero dixisse *Mitylenas*, quam in rem exempla plura affert, atque Oudend. ad Sueton. Cæs. c. 2. laudat.' Beck.—19 Pro *jure* CS χ habent *in rem*.—20 H S χ ψ *ut recond. sunt*.—1 Pro *Alexandri* χ habet *Alixæ*; ψ *Alexæ*: infra uterque *Alexa*. Junt. Crat. Laured. *Alexandrini*.—2 ψ *judicio*.—3 Pal. 2. *res non ad stat. omisso modo*, prob. Grut.—4 χ *legato*.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Bithyniæ*] Bithyniam Nicomedes populo Rom. testamento legavit.

<sup>g</sup> *Stativa*] Stativa munitiones sunt, quibus sese milites continent.

<sup>h</sup> *Mitylenæ*] Mitylenæ urbs Lesbi maxima juxta Methymnam.

<sup>i</sup> *Lege, ac victoriæ jure*] Cum, victo Mithridate, hæc civitas arma retineret, expugnata et diruta est. Vide Liv. lib. xci.

<sup>k</sup> *Urbs et natura, &c.*] Vitruvius lib. 1. scribit quod magnifice et elegantior ædificata fuerit; sed non pruden-

ter posita, quia in eam cum auster flat, homines ægrotant; cum cornus, tussunt; cum septemtrio, restituntur in salubritatem.

<sup>1</sup> *Ut occulte latet*] Id est, ut occulte cuniculis oppugnatur.

<sup>m</sup> *Testamento regis Alexandri*] Vide orationem superiorem, § 1. not.

<sup>n</sup> *Alexandro mortuo*] Post Sullæ et Pompeii consulatum mortuus est Alexander: quare, lege a Rullo lata, veniebat Ægyptus in decemvirorum potestatem.



Tyrum ° misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris 5 recuperarent. 42. Hæc L. Philippum 6<sup>p</sup> sæpe in senatu confirmasse memoria teneo; eum, qui regnum illud teneat 9 hoc tempore, neque genere, neque animo regio esse, inter omnes fere video 7 convenire. Dicitur contra, nullum esse testamentum; non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem 8 videri; demigraturos in illa loca nostros homines, propter agrorum bonitatem, et omnium rerum copiam. 43. Hac tanta de re P. Rullus cum ceteris decemviris, collegis suis, judicabit? et verum 9 judicabit? nam utrumque ita magnum est, ut nullo modo neque concedendum, neque ferendum sit. Volet esse popularis? 10 populo Romano adjudicabit. Ergo idem ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Ægyptum: urbis copiosissimæ, pulcherrimorumque agrorum iudex, arbiter, dominus, rex denique 11 opulentissimi regni reperietur. Non sumet sibi tantum, non appetet? judicabit, Alexandriam regis esse; a populo Romano abjudicabit. XVII. 44. Primum 12 populi Romani hæreditatem decemviri judicent, cum vos volueritis



—5 Pro nostris, quod Beck. uncis inclisit, et Schütz. delevit, Lamb. Oliv. Lall. e conjectura Puteani dederunt nobis. 'Altior latet corruptela, veluti a Tyriis, vel a magistratu.' Orell. In ed. Ven. 1480. legitur *depositis nostris*. —6 Gulielm. conjecit *Ad hæc L. Phil.*—7 'Grævius aut *video* censet spurium, (nimirum commatibus post *teneo* et post *eum* positis,) ut pertineat *convenire ad confirmasse mem. teneo*; aut legi mavult *id inter omnes video conv.* Sed aliæ edd. (Nang. Manut. Cam. Oliv.) plene post *teneo* interpungunt, Lallém. etiam colo.' Beck.—8 *Potentem* C H χ; *petentem* S ψ. Mox pro *in illa* C H S χ habent nulla.—9 Pro *verum* Lamb. Schütz. et Orell. habent *utrum*. Puteanus conjecit, *judicabit; sed utrum judicabit?*—10 Post *popularis* edd. nonnullæ colon ponunt. Mox in C *adjudicavit*: in S *abjudicabit*.—11 C *res denique*. Tum C H χ ψ *reperitur*.

#### NOTE

° *Tyrum*] Tyrus Phœniciaë insula est, et urbs celeberrima, quæ ab Alexandro Magno continenti juncta est. Mortuo Alexandro, hinc legati a senatu missi sunt, qui pecuniam regis ibi depositam Romanis recuperarent.

<sup>p</sup> *L. Philippum*] Is fuit pater illius qui postea cum Marcellino consul

fuit.

<sup>9</sup> *Regnum illud teneat*] Tenebat illud regnum tunc Ptolemaeus Auletes, qui a suis expulsus Romam venit, et a Gabinio restitutus est.

<sup>r</sup> *Abjudicabit*] Id est, feret sententiam ad populum Rom. non pertinere.

de privatis hæreditatibus centumviros<sup>5</sup> judicare? deinde quis aget causam populi Romani? ubi res ista agetur? qui sunt isti decemviri, quos perspiciamus,<sup>13</sup> regnum Alexandriæ Ptolemæo gratis adjudicatu-  
ros? Quodsi Alexandria petebatur;<sup>4</sup> cur<sup>14</sup> non eodem cursu hoc tempore, quos L. Cotta, L.<sup>15</sup> Torquato consulibus, concurrerunt? cur non aperte, ut antea? cur non item, ut cum decreto<sup>16</sup> <sup>u</sup> et palam, regionem illam petierunt? an, quietis iis,<sup>17</sup> qui per cursum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc, tetrīs tenebris<sup>x</sup> et caligine se Alexandriam perventuros arbitrati sunt? 45. Atque illud circumspicite vestris mentibus, unaque<sup>18</sup> <sup>y</sup> \* legatos nostros,<sup>z</sup> homines auctoritate

//////////

CAP. XVII. 12 χ *Primum tum.*—13 Idem Ms. *quod persp.* Paulo post, C *Tholmæo.*—14 *Cur non est in C H S χ.* Mox, pro *cursu* in χ *rursus.* Weiske conjecit legend. *codem cursu hoc temp., quo.*—15 C et S omittunt prænomen ante *Torquato.* Dein *concurrerunt* legitur in χ et ψ.—16 Nonnulli ap. Laured. cum Lamb. Schutz. et Orell. *directo.* Pantagathus, probante Ursino, legit, *cur non iterum, ut cum directo.*—17 Pro iis H S, Erf. Ven. 1483. Naug. Cam. habent *his.* In Ven. 1480. legitur, *cur non quietis iis:* Laured. *cur non quietis nobis:* Lamb. *petierunt quietis nobis?* *An qui per cursum.* Manut. scribi voluit, *an, Quirites, ii,* vel *an quietis nobis.* Schutz. et Orell. e conjectura Gulielmii dederunt *an qui etesii.* Ceteri ut Ern. Vid. Nott. Varr.—18 <sup>1</sup> Laured. *pro unaque* reponi *animisque,* Turnebus *una Quirites,* Pantagathus *namque* vel *nam cum* maluit: sed Lambinus deesse quædam censuit, v. e. *quantum mali exteris nationibus comparatur, considerate.* Ernestus Ciceronem dixisse ejusmodi quid conjicit, *cognoscite labem reipubl.* Ursinus multa deesse

#### NOTÆ

\* *Centumviros*] Centumviri ex 35. tribubus eligebantur, qui judicabant de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, alluvionibus, &c. Consule Cic. de Orat. lib. 1. Licet 35. essent secundum numerum tribuum, ad commodiorem appellationem centumviri dicebantur.

<sup>1</sup> *Alexandria petebatur*] Insidias decemvirorum exemplo Cicero exponit. Ptolemæo mortuo multi hoc regnum palam petebant, sed justis de causis repulsi sunt. Nullus autem nunc cum suis per insidias affectabat, quod alii palam. Argumentum autem est a majori ad minus; nam ostendit injustum esse in-

sidiosis hoc committi, quod antea aperte petentibus negatum est.

<sup>u</sup> *Ut cum decreto [directo]* Id est, non oblique, et per cuniculos, sed recto itinere illud regnum petiverunt.

<sup>x</sup> *Tetrīs tenebris*] Occulta legis fraude.

<sup>y</sup> *Unaque*] Hic desideratur aliquid, quo sensus compleatur; qui perfectus esset, inquit Manutius, si pro *unaque* reponeretur *vestris mentibus animisque.*

<sup>z</sup> *Legatos nostros*] Aliud argumentum a majori ad minus, quo ostendit hanc decemvirorum potentiam exteris nationibus intolerabilem fore.

tenui, qui rerum privatarum causa legationes liberas<sup>19</sup> obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. [p. 75.] Grave est enim nomen imperii, atque id etiam in levi persona pertimescitur, propterea quod vestro, non suo nomine, cum hinc egressi sunt, abutuntur. Quid censetis, cum isti decemviri cum imperio, cum fascibus, cum illa delecta<sup>20</sup> finitorum juventute per orbem terrarum vagabuntur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo miseræ nationes futuras? 46. Est in<sup>1</sup> imperio terror: patientur. Est in adventu sumtus:<sup>2</sup> ferent. Imperabitur aliquid muneris: non recusabunt. Illud vero quantum est, Quirites, cum is decemvir, qui aliquam in urbem aut expectatus, ut hospes, aut repente, ut dominus, venerit, illum ipsum locum, quo venerit, illam ipsam sedem hospitalem, in quam<sup>3</sup> erit deductus, publicam populi Romani esse dicet? quanta calamitas populi, si dixerit! quantus ipsi quæstus,<sup>b</sup> si negarit! Atque iidem,<sup>4</sup> qui hæc appetunt, queri nonnunquam solent, omnes terras Cn. Pompeio atque omnia maria esse permissa. Simile vero est, multa committi, et condonari<sup>5</sup>



existimat, quia statim Cicero ad vectigalia pop. Rom. transit, quod non fecisset, nullis interpositis querelis. Inde Garaton. quærit, an fragmentum, quod ap. Aquilam de Fig. c. 43. orationis hujus c. 31. subjungitur, quodque Ruhnkensius ad r. orat. deperditam partem refert, hinc pertineat, *veniet igitur sub præcone tota Propontis, atque Hellespontus: addicitur communis ora Lyciorum atque Cilicum, Mæsia et Phrygia*: etsi jam c. 15. fuerit de Asia actum. Idem tamen fatetur, verba ista pertinere ad auctionem vectigalium, de qua c. 19. ideoque iis locum quæri posse in superiori oratione. Certe non probabile est excidisse multa, cum sequentia arcte nexa sint cum omni præcedente loco. Forsitan unum verbum *cogitate* excidit. A verbis *Legatos, &c.* nova incipit sententia, unde majuscula litera init. scripsi.<sup>c</sup> Beck. In Pal. 2. legitur *perspicite vestr. mentibus atque . . .* Schutz. e conj. edidit *circumsp. ment. vestris, Quirites! Legatos*. Vid. Nott. Varr. Pro *nostros* C habet *nostro*;  $\psi$ , Ms. Turnebi, et Ven. 1480. *vestros*.—19  $\chi$  *libertas*.—20  $\chi$  *delecta*: al. *delecta*. Franc. et Ms. Turnebi omittunt. Ante *juventute*  $\chi$  addit *in*.—1 C omittit præpositionem ante *imperio*.—2 C H S  $\chi$  *Est adv. sumtus*.—3 C S  $\chi$   $\psi$  *in qua*. Mox in C deest *esse*. Tum dicent H: *diceret*  $\chi$ . Porro  $\psi$  et tres Mss. Laurendani atque Ven. 1480. Junt. *at quantum calam.*—4  $\psi$  *At quidem*.—5 Junt. Lau-

## NOTE

<sup>a</sup> *Legationes liberas*] De his diximus superiori orat. § 8 not.

<sup>b</sup> *Ipsi quæstus*] Magnam pecuniam accipiet a populo.

<sup>c</sup> *Condonari*] Hic arguit eos qui

iniquum putabant, quod Pompeio omnia regna marique commissa essent: at quanto iniquius est hæc omnia decemviris condonari! vi enim et fraudibus in suam potestatem vin-

omnia? labori<sup>6</sup> et negotio præponi, an prædæ et quæstui? mitti ad socios liberandos,<sup>7</sup> an ad opprimendos? Denique, si quis<sup>8</sup> est honos singularis, nihilne interest,<sup>9</sup> utrum populus Romanus eum, cui velit, deferat, an is impudenter populo Romano<sup>10</sup> per legis fraudem surripiatur?

XVIII. 47. Intellexistis, quot res et quantas decemviri, legis permissu, vendituri sint.<sup>11</sup> Non est satis. Cum sese sociorum,<sup>12</sup> cum exterarum nationum, cum regum sanguine implerint;<sup>d</sup> incidant nervos populi Romani,<sup>13</sup> e adhibeant manus vectigalibus vestris, irrumpant in ærarium. Sequitur enim caput, quo capite non permittit<sup>14</sup> quidem, si forte desit pecunia, (quæ tanta ex superioribus recipi<sup>15</sup> potest, ut deesse non debeat) sed plane, quasi ea res vobis<sup>16</sup> salutis futura sit, ita cogit atque imperat, ut decemviri vestra vectigalia<sup>f</sup> vendant<sup>17</sup> nominatim. 48. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto<sup>g</sup> populi Romani auctionem; quam, mchercule, ego<sup>18</sup> præconi huic ipsi luctuosam et acerbam prædicationem futuram<sup>19</sup> puto. (*Auctio.*) Ut in

//////////

red. Lamb. *an cond.*—6 Hervag. Cam. Laured. Vict. Manut. *vel labori.*—7 Edd. nonnullæ *mitti vel ad soc. lib.*—8 C S  $\psi$  *si qui.*—9 Erf. *nihil int.* Mox pro *eum* in  $\chi$  *ei.*—10 Lauredanus conjecit legend. *imprudente pop. Rom.*

CAP. XVIII. 11  $\chi$  *vend. sunt.*—12 Pith. *Cum soc. omisso sese. Dein tum ext. nat.* H: *non ext. nat.*  $\chi$ . Porro C H S *tum regum*:  $\chi$  *cum rerum.*—13 Grævius e Franc. et Ms. Turnebi edidit *populo Romano.* Mox in quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. *irrumpent.* Orellius e conjectura Schtzii recepit *incident . . . adhibebunt . . . irrumpent.*—14 *Ne perm.* Erf. Franc. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. Mss. edd. Rom. Wald. Ven. 1480. 1483. Junt. Beck. Schutz. et Orell.—15 Lamb. e conjectura *refici.*—16 Quinque Oxonn. Mss. edd. Vict. Manut. Lamb. *nobis.*—17 H et  $\chi$  *vendatis.*—18 Weiske suspicabatur legend. *pop. Romani auctionem: vos aulem, Quirites, æquis animis audite; quanquam mehercule ego, &c.* Mox pro *ipsi* in quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. et Vict. *ipsam.*—19 Amicus Lauredani in Ms. reperit *recitationem*

#### NOTÆ

dicare volunt, quod uni Pompeio denegatur.

<sup>d</sup> *Sanguine implerint*] Sanguinem metaphorice pro facultatibus et divitiis dicit.

<sup>e</sup> *Nervos populi Rom.*] Sæpe vectigalia et ærarium, quibus stat imperium pop. Rom. ejus nervos appellat.

<sup>f</sup> *Vestra vectigalia*] Per vectigalia intelligit vectigales agros, ex quibus maxima pecunia colligitur.

<sup>g</sup> *De legis scripto*] Jam orationem ad præconem convertit, monetque ut legendo, non memoriter dicendo, auctionem illam, seu venditionem, quæ lege hic constituitur, recitet.

suis rebus, ita in republica luxuriosus est<sup>20</sup> nepos, qui prius sylvas vendat, quam vineas.<sup>b</sup> Italiam percensuisti:<sup>i</sup> perge in Siciliam. (*Auctionis pars ea, quæ ad Siciliam pertinet.*<sup>1</sup>) Nihil est in hac provinciâ, quod aut in oppidis, aut in agris majores nostri proprium nobis<sup>2</sup> reliquerint, quin id venire jubeat. 49. Quod partum<sup>3</sup> recenti victoria<sup>k</sup> majores vobis in sociorum urbibus ac finibus, et vinculum pacis, et monumentum belli<sup>l</sup> reliquerunt, id vos ab illis acceptum, hoc auctore, vendetis?<sup>4</sup> Hic mihi parumper<sup>5</sup> mentes vestras, Quirites, commovere videor, dum patefacio vobis, quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrentur<sup>6</sup> contra Cn. Pompeii dignitatem. Et mihi,<sup>7</sup> quæso, ignoscite, si appello talem virum sæpius. Vos mihi prætori, biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco, personam hanc<sup>m</sup> imposuistis, ut, quibuscumque rebus possem, illius absentis<sup>n</sup> dignitatem vobiscum una tuerer. Feci adhuc, quæ potui, neque familiaritate illius adductus, nec spe honoris atque amplissimæ dignitatis; quam ego,



*futuram*, quod Weiske recepit. Vox *auctio* in Mss. plerisque et edd. vett. deest: itaque Beck. uncis inclusit. Orell. delevit.—20 Mss. nonnulli et edd. ante Lamb. non agnoscunt *est*.—1 Verba *Auctionis pars ea, quæ ad Sic. pertinet* Lamb. primus inseruit. Beck. ea uncis inclusit: Orell. delevit. Mox, in edd. nonnullis deest *hac ante provincia*.—2 *Majores vestri propr. vobis* Franc. et Ms. Turnebi cum Græv. Beck. Schntz. et Orell. Dein C H S  $\chi$  *reliquerunt*. Porro in  $\chi$  *quicquid ven. jub.*—3 C et S *partim*.—4  $\chi$  *vendendis*.—5 Ante *parumper* Garaton. Beck. et Orell. existimant quædam verba e lege Servilia excidisse.—6 Lamb. e conj. *quam . . . arbitrentur*: unde *arbitrentur* dederunt Grut. Græv. Oliv. Lall. Ern. et Schutz. *arbitrantur* ceteri.

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Quam vineas*] Id est, ille bona sua misere perdit, qui prius sylvas, quam vineas vendit; quia cum vineæ minoris sint pretii, prius quam sylvæ, vendi debent.

<sup>i</sup> *Italiam percensuisti*] Id est, percensuisti quæ in Italia vectigalia, et quæ in Sicilia colliguntur.

<sup>k</sup> *Recenti victoria*] Id est, statim post victoriam quam Rupilius, Lævinius, Marcellus retulerant.

<sup>l</sup> *Monumentum belli*] Quo indicatur

ad perpetuam memoriam victos a nobis Siculos fuisse.

<sup>m</sup> *Personam hanc*] Per metaphoram sumptam a ludis theatralibus. Commemorat suasionem legis Maniliæ, quæ ipsi in gratiam absentis Pompeii a populo demandata est.

<sup>n</sup> *Illius absentis*] Pompeius tunc aberat, bello piratico, cum illam legem suasis, et modo Mithridatico detentus.

etsi libente illo, tamen absente illo,<sup>8</sup> per vos consecutus sum. 50. Quamobrem cum intelligam, hanc totam fere legem ad illius opes evertendas, tanquam machinam, comparari; et resistam consiliis hominum, et perficiam profecto, quod ego video comparari, ut id vos universi non solum videre, verum etiam tenere possitis. XIX. Jubet venire, quæ Attalensium,<sup>9</sup> quæ Phaselitum, quæ Olympenor<sup>p</sup> fuerint, agrumque Agerensem,<sup>10</sup> et Orindicum,<sup>11</sup> et Gedusanum.<sup>q</sup> [p. 76.] Hæc P. Servilii<sup>r</sup> imperio et victoria, clarissimi viri, vestra facta sunt. Adjungit agros Bithyniæ regios,<sup>s</sup> quibus nunc publicani fruuntur: deinde Attalicos<sup>t</sup> agros in Cherroneso;<sup>12</sup> <sup>u</sup> in Macedonia, qui regis Philippi sive Persæ<sup>x</sup> fuerunt, qui item a censoribus locati sunt, et certissimum vectigal. 51. Ascribit idem auctioni Corinthios<sup>y</sup> agros,<sup>13</sup> opimos et fertiles, et Cyrenenses,<sup>14</sup> <sup>z</sup> qui Apionis fuerunt: et agros in Hispania prop-

—7 Mss. quidam *Ac mihi*.—8 Laured. deleri maluit *illo post absente*.

CAP. XIX. 9 *Attaliensium* ψ, Erf. et Ven. 1480. *Attaleensium* Lamb. Mox *Phasiletum* C H S ψ: *Phaliletum* χ: *Phasiletum* Franc. 1. Dein *Olympinorum* C: *Olympinorum* H S ψ, Franc.—10 Pro *Agerensem* Grævius legi jussit *Sagalassensem* aut *Agalassensem*.—11 E Plin. v. 32. Beck. Schütz. et Orell. dederunt *Oroandicum*. Grævius legi jusserat *Orindicum*. Tum Franc. 1. dederunt: Lamb. *Gesudanum*.—12 C H S ψ et edd. paucae *Cherroneso*: Orell. *Cherrhoneso*.—13 Lamb. *eidem auctioni*. Ven. 1480. et 1483. ita interpungunt, *et cert. vectigal adscribit idem auctioni, Corinthios agros, &c.* prob. Garaton.—14 χ *Cyrenses*. Mox *Opionis* C: *Apionis* S: *Appionis* edd. non-

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Attalensium*] Vide superiorem orationem, § 5. not.

<sup>p</sup> *Phaselitum, Olympenorum*] Vide superiorem orationem.

<sup>q</sup> *Agerensem, et Orindicum, et Gedusanum*] Agri sunt superioribus opidis finitimi.

<sup>r</sup> *Servilii*] Vide superiorem orationem.

<sup>s</sup> *Bithyniæ regios*] Quos Nicomedes possidebat, qui hæredem pop. Rom. fecit.

<sup>t</sup> *Attalicos*] Qui ad regem Attalum pertinnerunt. Hic quoque hæredem populum Rom. fecit.

<sup>u</sup> *In Cherroneso*] Cherronesus, sen

Cherronesus, peninsula est, in cursu Minoris Asiæ ad Mare Mediterraneum.

<sup>x</sup> *Philippi sive Persæ*] Vide superiorem orationem.

<sup>y</sup> *Corinthios*] Corinthii Memmii victoria populi Rom. facti sunt. Vide superiorem orationem § 5.

<sup>z</sup> *Cyrenenses*] Cyrene Libyæ oppidum inter Syrtim Majorem et Mare otidem sinum, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt. Ptolemæus Apio regnum illud suum moriens populo Rom. legavit; cujus civitates liberæ senatus esse jussit.

ter Carthaginem novam,<sup>a</sup> et in Africa<sup>15</sup> ipsam veterem Carthaginem vendit: quam videlicet P. Africanus non propter religionem sedium<sup>16</sup> illarum ac vetustatis, de consilii sententia,<sup>b</sup> consecravit, sed<sup>17</sup> ut ipse locus, eorum, qui cum hac urbe de imperio certarunt,<sup>18</sup> vestigia calamitatis ostenderet. Sed non fuit tam diligens, quam est Rullus;<sup>19</sup> aut fortasse emptorem ei loco reperire non potuit. Verum inter hos agros<sup>20</sup> regios, captos veteribus bellis virtute summorum imperatorum, adjungit regios agros Mithridatis, qui in Paphlagonia,<sup>c</sup> qui in Ponto,<sup>d</sup> qui in Cappadocia<sup>e</sup> fuerunt, ut eos decemviri vendant. 52. Itane vero? non<sup>1</sup> legibus datis,<sup>f</sup> non auditis verbis imperatoris,<sup>g</sup> nondum denique bello confecto, cum rex Mithridates, amisso exercitu, regno expulsus, tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc moliatur,<sup>h</sup> atque ab invicta Cn. Pompeii manu, Mæotide,<sup>21</sup> et illis

//////////

nullæ.—15 C S χ in *Africam*. Dein χ *vendidit*.—16 C S ψ *sedum*. Paulo post, in χ *de consilio, sententia*.—17 Pro *sed* C et χ habent *nec*.—18 ψ *decertant*.—19 χ *quam ille Rullus*.—20 Lamb. *conjecit legend. Verum interim ad hos agros*: Schutz. e conjectura edidit, *Verum iste ad hos agros*. Vid. Nott. Varr.—1 In C H S χ *deest non ante legibus*. Mox *imperatoris* legunt Manut. et Lauredanus.—2 ‘*Mæotide*’ Edd. nonnullæ (ut Oxon.) *Mæotide*, quam scripturam dudum critici rejecerunt. In C *deest hoc vocab.*, sed spatium est plurium verborum; etiam in χ *deest*. In H S ψ *Mæote*. Vetus lib. ap. Turneb. *Mæoti*: Franc. *Meote*, ut binæ Ven.: Pith. *Mæotie*: et Lallem. auctor est, suos codd. constanter scribere *Mæoti* vel *Mæote*. Itaque legi h. l. etiam potest *Mæoti*, quam formam non minus probam esse quam alteram *Mæotide*, ex Plin. H. N. XXVII. 1. et Cic. Tusc. v. 17. docet Garaton.’ Beck.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Propter Carthaginem novam*] De utraque Carthagine vide primam orat. § 5. not.

<sup>b</sup> *De consilii sententia*] Lege Pappia cantum erat, ne quis sine jussu populi urbem consecraret. Consecrata autem est decem legatorum sententia, qui in Africam a senatu missi sunt.

<sup>c</sup> *Paphlagonia*] Paphlagonia regio est Asiæ ad Pontum Euxinum, a Paphlagon Phineo filio denominata.

<sup>d</sup> *In Ponto*] Pontus regnum Mithridatis in Asia.

<sup>e</sup> *Cappadocia*] Cappadocia Asiæ re-

gio maxima, mari Euxino exposita.

<sup>f</sup> *Non legibus datis*] Cum devicta fuerat provincia a Romanis, ei de senatus sententia per decem legatos leges imponebantur.

<sup>g</sup> *Imperatoris*] De Pompeio loquitur, qui bellum adhuc gerebat cum Mithridate.

<sup>h</sup> *Etiam nunc moliatur*] Id est, meditetur, licet multis cladibus attritus, Asia relicta, in Italiam bellum transferre.

<sup>1</sup> *Mæotide*] Mæotis, palus Scythica, juxta Tanais ostium sita est, Cimmerico Bosphoro a Ponto Euxino dis-

paludibus et itinerum angustiis, atque altitudine montium defendatur;<sup>3</sup> cum imperator in bello versetur; in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit; eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium et potestas,<sup>k</sup> more majorum,<sup>4</sup> debet esse, decemviri vendent? 53. Et, credo, P. Rullus (is enim sic se gerit, ut sibi jam decemvir designatus esse videatur) ad eam auctionem potissimum proficiscetur. XX. Is videlicet antequam veniat in Pontum, literas ad Cn. Pompeium mittet: quarum ego jam exemplum ab istis compositum esse arbitrator. 'P. Servilius<sup>1</sup> Rullus, tribunus plebis, decemvir, S. D. Cn.<sup>5</sup> Pompeio, Cn. F.' Non credo ascripturum<sup>6</sup> esse, 'Magno:<sup>7 m</sup> non enim videtur id, quod imminuere<sup>8</sup> lege conatur, concessurus verbo. 'Te volo curare,<sup>n</sup> ut mihi Sinope<sup>9 o</sup> præstos sis, auxiliumque adducas, dum eos agros, quos tuo labore<sup>10</sup> cepisti, ego mea lege vendam.' An Pompeium non adhibebit? in ejus provincia<sup>11</sup> vendet manubias<sup>p</sup> imperatoris? Ponite ante oculos vobis Rullum, in Ponto, inter vestra atque hostium castra hasta posita, cum suis formosis finitoribus<sup>12</sup> auctionantem. 54. Neque in hoc solum inest

3 Defendatur non est in  $\chi$ .—4  $\chi$  moreque maj.

CAP. XX. 5 H S et edd. ante Manut. non habent Cn. ante Pompeio. In Ms. ap. Lamb. X. VIR. S. POMPEIO. Mox pro F. in  $\chi$  legitur fratri.—6 Adscriptus  $\chi$ : adscriptum Ven. 1480.—7  $\chi$  Magna. Tum C H S  $\chi$  videbitur.—8 C imminere. Mox concessurum Oliv. et Lall.—9 Pro Sinope  $\chi$  habet in spe.—10 Lamb. et Weiske e conj. Lauredani quos tu tuo lab.—11 S non adhibebitur; et S in ejus provincias.—12 C H S form. finitaribus. Pro formosis

#### NOTÆ

creta: ita dicta ab incolis, qui Mæotæ nuncupati sunt.

<sup>k</sup> *Judicium et potestas*] Licet, qui mittebantur imperatores, pop. Rom. imperiis subjecti essent, multa tamen ipsis permissa sunt circa provincias a se debellatas: fas enim ipsis fuit leges dare, vectigalia imponere, &c.

<sup>1</sup> *P. Servilius*] Hic titulos commemorat, quibus insignitum se Rullus esse voluit.

<sup>m</sup> *Magno*] Magni cognomine a mi-

litibus, victo in Africa Domitio, decoratus est.

<sup>n</sup> *Te volo curare*] Prosopopœia Rulli scribentis ad Pompeium, et quasi ipsi imperantis.

<sup>o</sup> *Sinope*] Sinope Mithridatis regia, et Diogenis cynici patria fuit.

<sup>p</sup> *Manubias*] Per manubias hic agros intelligit, quos bello peperit Pompeius. Manubiæ autem dicuntur tum quod manibus ab hoste capitur, tum ipsa præda imperatoris.



contumelia, quæ vehementer et<sup>13</sup> insignis est, et nova, ut ulla res parta bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore<sup>14</sup> bellum administrante, non modo venierit,<sup>15</sup> verum etiam locata sit. Plus spectant homines certe, quam contumeliam: sperant, si concessum sit inimicis<sup>16</sup> Cn. Pompeii, cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia, non solum aliis in locis vagari, verum etiam ad ipsius exercitum pervenire; aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de ejus exercitu, copiis, gloria, detrahi posse. [p. 77.] Putant, si quam spem in Cn. Pompeio exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderit,<sup>17</sup> earum rerum omnium potestatem ad decemviros esse translata. 55. Patior non moleste, tam stultos esse, qui hæc sperent; tam impudentes, qui contentur: illud queror, tam me ab iis<sup>18</sup> esse contemptum, ut hæc portenta, me consule, potissimum cogitent.

Atque in omnibus his agris ædificiisque vendendis, permittitur decemviris, 'ut vendant, quibuscumque in locis videatur.' O perturbatam rationem!<sup>19</sup> o libidinem refrænandam! o consilia dissoluta atque perditam! XXI. Vectigalia locare nusquam licet, nisi in hac urbe, hoc ex loco,<sup>20</sup> hac vestrum frequentia. Venire vestras res proprias, et in perpetuum a vobis alienari<sup>1</sup> in Paphlagoniæ tenebris atque in Cappadociæ solitudine licebit? 56. L. Sulla cum bona indemnatorum<sup>2</sup> civium funesta illa auctione sua venderet, et se prædam suam

Færnus legit *famosis*.—13 *Et ante insignis* in  $\chi$  deest.—14 C H S  $\chi$  *etiam cum imp.* Ern. scribi jubet *jam dum imp.*—15  $\psi$  *venierit*. Tum omnes Mss. et edd. pr. cum Græv. Beck. et Orell. omittunt *etiam ante locata sit*.—16 In  $\chi$  *inimici*.—17 Quinque Oxonn. Mss. Ven. 1483. Junt. *viderint*.—18 C H S  $\chi$  *ab aliis*. Mox  $\chi$  *contentum*.—19 Verba *O perturb. rat.* in H desunt.

CAP. XXI. 20 Ven. 1480. *hæc ex loco*: Mss. plerique et edd. pr. *hoc aut illo ex loco*. Pro *vestrum* Ern. mavult *vestra*.—1 C H  $\chi$ , Erf. Franc. Ms. Turnebi,

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Hoc ex loco*] Ex rostris scilicet, ubi tum agebat Cicero.

<sup>2</sup> *Indemnatorum*] Indemnati dicuntur qui publico iudicio non sunt con-

demnati: eos autem hic indicat qui fuerant Marium secuti, quibus adimere bona nefas fuit, cum dampnati non essent.

diceret vendere,<sup>2</sup> tamen ex hoc loco vendidit; nec, quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est: decemviri vestra vectigalia non modo vobis<sup>3</sup> quidem arbitris,<sup>4</sup> sed ne præcone quidem publico teste vendent?<sup>4</sup>


Sequitur,<sup>5</sup> 'omnes agros extra Italiam' infinito ex tempore, non, ut antea, ab Sulla et Pompeio consulibus. Cognitio decemvirum,<sup>4</sup> privatus sit, an publicus: sicque agro pergrande vectigal imponitur.<sup>5</sup> 57. Hoc quantum iudicium, quam intolerandum, quam regium sit, quem præterit?<sup>6</sup> posse, quibuscumque locis velint, nulla disceptatione,<sup>7</sup> nullo consilio, privata publicare, publica liberare?<sup>8</sup> Excipitur hoc capite ager in Sicilia<sup>6</sup> Recentoricus; quem ego excipi, et propter hominum necessitudinem,<sup>7</sup> et propter æquitatem, Quirites, sæpe<sup>8</sup> vehementer gaudeo. Sed quæ hæc impudentia?<sup>9</sup> Qui agrum Recentoricum possident,

<sup>4</sup> *Judicibus.*

<sup>6</sup> *Quis nescit?*

<sup>7</sup> *Deliberatione facta.*

<sup>8</sup> *Redimere.*



Ven. 1480. Beck. et Orell. *abalienari*.—2 C H S χ omittunt verba *et se prædam suam dic. vendere*.—3 Vulg. *non modo ne vobis*. Ern. e conj. *delevit ne*.—4 In χ *vendente: ψ vendant*.—5 'Cognitio . . . imponitur] Credo P. Ranium acute vidisse, cum hic aliquid excidisse diceret; quanquam miratur Lauredanus.' Ern. 'Nimirum antea in verbis legis quædam omisa videntur, hoc autem loco subintell. 'erit.' Sensit jam Manut., non recitata esse omnia legis verba, quæ ipse ex orat. i. supplet.' Beck. Pro *sicque* Schutz. *conjecit huicque* legend. prob. Orell.—6 C S χ et Ven. 1483. omittunt præpositionem ante *Sicilia*. In Ven. 1480. et ed. Junt. legitur *ager Siciliae Rec.*—7 χ *necessitatem*.—8 Schutz. e suspitione Turnebi *delevit sæpe*, pro quo Grnt. *mauvlt ipse*. Lambinus e conjectura Lauredani *recepit sane*, probb. Manut. et Ernesto.—9 Quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. et 1483. *Sed quid hæc impud.*—

#### NOTÆ

<sup>4</sup> *Sequitur*] Aggreditur aliud legis caput, quod sic incipit, 'Omnes agros,' &c. Locus hic mutilatus est haud dubie, ac proinde obscurus, qui, ut intelligatur, repetenda sunt legis verba: *Qui agri, quæ loca, ædificia, aliudve quid extra Italiam, publicum pop. Rom. factum sit, L. Sulla et Pompeio consulibus, aut postea, vendunt*: id est, omnia loca et agros, qui jam antea et a longo tempore, aut a Sulla et Pompeio consulibus populo Rom.

adjecti sunt, vendere poterunt decemviri.

<sup>5</sup> *Cognitio decemvirum, &c.*] Volebat Rullus, ut decemviri statnerent utrum agri vel publici essent vel privati; et secundum cognitionem suam vel vendere, vel grande vectigal imponere possent.

<sup>7</sup> *Hominum necessitudinem*] *Necessitudinem* habuit Cicero cum Siculis, apud quos quæstor fuit, et quorum in gratiam Verrem accusavit.

vetustate possessionis se, non jure,<sup>10</sup> misericordia senatus, non agri conditione defendunt. Nam illum agrum<sup>x</sup> publicum esse fatentur: se moveri<sup>11</sup> possessionibus, amicissimis sedibus ac Diis penatibus, negant oportere. At,<sup>12</sup> si est privatus ager Recentoricus, quid eum excipis? sin autem publicus; quæ est ista æquitas, ceteros,<sup>13</sup> etiamsi privati sint, permittere ut publici judicentur;<sup>14</sup> hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur?<sup>y</sup><sup>15</sup> Ergo eorum ager excipitur, qui apud Rullum alia ratione valuerunt:<sup>z</sup> ceteri agri omnes, qui ubique sunt, sine ullo delectu,<sup>16</sup> sine populi Romani notione, sine judicio senatus, decemviris addicentur.<sup>17</sup> XXII. 58. Atque etiam est alia,<sup>18</sup> superiore capite, quo omnia veneunt, quæstiosa exceptio; quæ teget<sup>h</sup><sup>19</sup> eos agros, de quibus fœdere cautum est. Audivit,<sup>20</sup> hanc rem non a me, sed ab aliis agitari sæpe in senatu, nonnunquam ex hoc loco, possidere agros in ora maritima regem Hiempsalem,<sup>a</sup> quos P. Africanus populo Romano adjudicavit; et tamen<sup>1</sup> postea per C. Cottam consulem cautum esse fœdere. Hoc quia<sup>2</sup> vos fœdus non jusseritis,

<sup>h</sup> Defendet.

//////////

10 In C et  $\chi$  deest *jure*, sed ita ut spatium trium circiter verborum relinquatur.—11 Nonnullæ edd. vett. *sed moveri*: Pith. *sermoveri* (sic): Lamb. *sed se moveri*. Mox, pro *amicissimis* Lambinus de Manutii et Lauredani sententia recepit *antiquissimis*, prob. Ern.—12 Quinque Oxonn. Mss. *Ac.*—13 Lamb. aut legi vult *ceteri*, aut Ciceronem censet more comico, s. Græco potius esse locutum.—14  $\chi$  *videantur*.—15 Nonnulli, teste Lauredano, legi maluerunt *feratur*; Ramus autem, *quem qui possident, publicum esse fateantur*. Ern. conjecit *qui publicum esse se* (vel *publ. sese*) *fat.* ‘Facillimum est, *quem publicum esse fateantur*, vel *fateantur*, ut edidit Weiske.’ Orell.—16 *Al. dilectu.*—17 Franc. et Ms. Turnebi *adjicientur*. Post *addicentur* in H interrog. nota ponitur.

CAP. XXII. 18  $\chi$  *Atque etiam alia*, omisso *est*.—19 Mss. quidam, Ven. 1480. Manut. Lamb. 1566. *tegit*, ut Laured. legi jussit.—20  $\chi$  *Audiunt*.—1 Lamb. legi mavult *ei tamen*, non improb. Garaton.—2 Pro *quia* in H *quod*:

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Nam illum agrum*] Id est, qui hunc agrum possident, publicum illum esse fateantur, oportet.

<sup>y</sup> *Fateatur*] Aut passive ponitur hæc vox, quod antiquis familiare fuisse refert Priscianus; aut, ut supra, qui possident publicum esse fatean-

tur, intelligatur.

<sup>z</sup> *Alia ratione valuerunt*] Data nempe aut promissa pecunia exceptus est ager, et publicus non esse dictus est.

<sup>a</sup> *Hiempsalem*] De eo dictum est superiori oratione § II. not.

veretur Hiempsal, ut satis firmum sit et ratum. Quid? cujusmodi est illud? tollitur vestrum iudicium: foedus totum excipitur; comprobatur. Quod minuit<sup>3</sup> auctionem decemviralem, laudo: quod regi amico cavet,<sup>4</sup> non reprehendo: quod non gratis fit,<sup>5</sup> indico. 59. Volitat enim ante oculos istorum Jubæ<sup>6</sup> regis<sup>b</sup> filius, adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus.<sup>c</sup>

Vix iam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniæ capiat. Auget, addit, accumulatur. 'Aurum, argentum,<sup>7</sup> d ex præda, ex manubiis, ex coronario,<sup>e</sup> ad quoscumque<sup>8</sup> pervenit, neque relatum est<sup>f</sup> in publicum, neque in monumento<sup>9</sup> consumptum,' id profiteri<sup>i</sup> apud decemviros, et ad eos referre jubet. [p. 78.] Hoc capite etiam quæstionem de clarissimis viris, qui populi Romani bella gesserunt, iudiciumque de pecuniis repetundis,<sup>10</sup> ad decemviros translatum<sup>g</sup> videtis. Horum erit nullum<sup>11</sup> iudicium, quantæ cujusque manubiæ fuerint, quid relatum, quid residuum<sup>h</sup> sit.<sup>12</sup> In posterum vero lex hæc imperatoribus vestris con-

<sup>1</sup> *Declarare.*



in S qua. Mox  $\chi$  vereretur.—3 C Quid min.—4 C H S  $\chi$  caves.—5 C H S et ed. Oxon. gratis sit. Pro indico Weiske conjecit *indicio est*.—6 Lamb. et Orell. e conjectura Laurendani dederunt *Juba*.—7 S aur. et arg.—8  $\chi$  et  $\psi$  quodcumque.—9 Franc. et Ms. Turnebi in *monumentum*.—10 Ven. 1480. de *prædiis repetundis*, prob. Garaton. qui tamen suspicatur legend. *de pecuniis residuis*. Tum in Pal. 2. desunt verba *ad decemv. transl. videtis*. Pro *videtis* in C H S  $\chi$  legitur *videtur*.—11 Pro *nullum* Lamb. 1566. *solorum*; ed. 1472. et Lamb. 1584. *illud*. Lall. et Schutz. de sententia Lambini et Orell. ediderunt *Horum erit nullum jud. omisso nullum*. Vid. Nott. Varr.—12  $\psi$  *resid.*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Jubæ regis*] Juba rex fuit Numidiæ, Pompeianarum partium assertor constantissimus, qui Curionem, a Cæsare missum in Africam, cum omnibus copiis delevit.

<sup>c</sup> *Capillatus*] Mollitiem ejus notat.

<sup>d</sup> *Aurum, argentum*] Postremum caput de præda et manubiis imperatorum, quæ hac lege decemviris subji-ciuntur.

<sup>e</sup> *Ex coronario*] Vide superiorem orationem, § 12. not.

<sup>f</sup> *Relatum est*] Rationes rerum in provincia gestarum in ærarium referrebantur.

<sup>g</sup> *Translatum*] Hac lege a prætore et ejus consilio, ubi causæ de repetundis aguntur, transfertur iudicium et quæstio ad decemviros.

<sup>h</sup> *Residuum*] Residuæ pecuniæ sunt, quæ ex publica pecunia supersunt, quas vel in usum publicum impendi, vel in ærarium referri oportebat.

stituitur, ut, quicumque de provincia<sup>13</sup> decesserit, apud eosdem decemviros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. 60. Hic tamen<sup>14</sup> vir optimus eum, quem amat,<sup>1</sup> excipit, Cn. Pompeium. Unde iste amor<sup>15</sup> tam improvisus ac tam repentinus? qui honore decemviratus excluditur prope nominatim;<sup>k</sup> cujus iudicium, legumque datio,<sup>1</sup> captorum agrorum ipsius virtute cognitio, tollitur; cujus non in provinciam, sed in ipsa castra, decemviri cum imperio, infinita pecunia, maxima potestate, et iudicio rerum omnium, mittuntur; cui jus imperatorium,<sup>16m</sup> quod semper omnibus imperatoribus est conservatum, soli eripitur; is excipitur unus, ne manubias referre debeat.<sup>17</sup> Utrum tandem hoc capite<sup>18</sup> honos haberi homini, an invidia<sup>n</sup> quæri videtur? XXIII. 61. Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius: beneficio isto legis, benignitate decemvirali nihil utitur. Nam si est æquum, prædas<sup>19</sup> ac manubias suas imperatores, non in monumenta Deorum immortalium, neque in urbis ornamenta conferre, sed ad decemviros, tanquam ad dominos, deportare;<sup>20</sup> nihil sibi appetit præcipue<sup>1</sup> Pompeius; nihil: vult se in communi, atque in eodem, quo ceteri, jure versari. Sin est iniquum, Quirites; si turpe, si intolerandum, hos decemviros, portitores<sup>o</sup> omnibus omnium pecuniis constitui, qui non modo



*fuert.*—13 C H S χ omittunt verba *de provincia*.—14 In quinque Oxonn. Mss. *Hinc tamen*. Mox χ et ψ excidit.—15 Pro amor Lauredanus legi mavult *honor*.—16 In C et H *imperatorum*.—17 Pro *debeat*, Ms. Erf. exhibet *jubeat*; unde Grævius conjecit *jubeatur* legend. prob. Weiske.—18 Voces *hoc capite* non sunt in χ.

CAP. XXIII. 19 ψ *prædam*.—20 *Reportare* Mss. plerique et edd. ante Græv. qui e Ms. Franc. edidit *deportare*; et ita Ern. Lall. Beck. Weiske,

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Quem amat*] Ironia.

<sup>k</sup> *Prope nominatim*] Jubebat Rullus, cum longissime abesset Pompeius, detentus bello Mithridatico, eum præsentem profiteri.

<sup>1</sup> *Legumque datio*] Fas erat imperatori, cum victoriam retulerat, leges devictis a se populis imponere.

Licet autem plurimas Pompeius retulisset, hæc ipsi potestas per Rullum adimebatur.

<sup>m</sup> *Jus imperatorium*] Daudi scilicet leges victis, judicandi, cognoscendi.

<sup>n</sup> *An invidia*] Invidiosum est, quod ille solus imperator excipiat.

<sup>o</sup> *Portitores*] Portitores hi sunt qui

reges atque exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant; non mihi videntur honoris causa excipere Pompeium, sed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non possit. 62. Pompeius autem<sup>2</sup> cum hoc animo sit, ut, quicquid vobis placeat, sibi ferendum putet; quod<sup>3</sup> vos ferre non poteritis, id profecto perficiat,<sup>4</sup> ne diutius inviti ferre cogamini. Verumtamen cavet,<sup>5</sup> ut, 'si qua pecunia post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur,<sup>6</sup> ea decemviri utantur.' Nova porro vectigalia videt ea fore, quæ Pompeius adjunxerit. Ita remissis manubiis,<sup>p</sup> vectigalibus ejus virtute partis se frui putat oportere. Parta sit pecunia, Quirites, decemviris tanta,<sup>7</sup> quanta sit in terris; nihil prætermisum; sed omnes<sup>8</sup> urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint; accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum; quantæ et quam immanes divitiæ decemviris in tantis auctionibus, tot judiciis, tam infinita potestate rerum omnium, quærantur, videtis.

XXIV. 63. Cognoscite nunc alios immensos atque intolerabiles quæstus, ut intelligatis, ad certorum<sup>9</sup> hominum importunam avaritiam hoc populare legis agrariæ nomen esse quæsitum. Hac pecunia jubet agros emi, quo deducamini. Non consuevi homines appellare<sup>q</sup> asperius, Quirites, nisi lacessitus. Vellem<sup>10</sup> fieri posset, ut a me sine

Schutz. et Orell.—1 'Fortasse *præcipui*.' Orell.—2 Pro *autem* in C S  $\chi$  legitur *aut*. Lamb. censebat *enim* legend. Dein *cum* e conjectura Manutii addiderunt Lauredanus, Ernestus, Beckius, Weiske, Schtztzius, et Orellius. Edd. aliæ et Mss. omittunt. Mox, pro *sit* Garaton. legi voluit *est*.—3 Lamb. *tum quod*.—4 Ven. 1480. Junt. Laured. in Comment. cum Lamb. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *perficiet*.—5 Franc. et Ms. Turnebi *Verum cavet*, omisso *tamen*.—6 Lamb. *reficiatur*.—7 In Franc. et Mss. Turnebi deest *tanta*. Tum Lamb. legit *quanta est*.—8 Manut. et Lamb. e conjectura Lauredani, atque Lallemandus e Mss. Pariss. cum Beck. Schutz. et Orell. *prætermisum sit: omnes*.

CAP. XXIV. 9  $\chi$  *ceterorum*.—10 *Velim* Mss. et edd. ante Ern. qui e conjec-

#### NOTÆ

portubus conductis vectigalia exigunt, et prætereuntes excutiunt, ne qui, mercede non persoluta, transeant.

<sup>p</sup> *Remissis manubiis*] Manubias re-

ferre nolet Pompeius ad decemviros. <sup>q</sup> *Homines appellare*] Antonium sum in consulatu collegam indicat, qui huic legi favere videbatur.

contumelia nominarentur ii, qui se decemviros sperant futuros: jam videretis, quibus hominibus omnium rerum et vendendarum et emendarum potestatem permetteretis. 64. Sed, quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. Unum hoc certe vidcor mihi verissime posse dicere: tum, cum haberet hæc respublica Luscinos,<sup>r</sup> Calatinos,<sup>s</sup> Acidinos,<sup>t</sup> homines non solum honoribus populi rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos; [p. 79.] et tum, cum erant Catones,<sup>u</sup> Philippi,<sup>11</sup> \* Lælii,<sup>y</sup> quorum sapientiam temperantiamque in publicis privatisque, forensibus<sup>12</sup> domesticisque rebus perspexeratis; tamen hujuscemodi res commissa<sup>13</sup> nemini est, ut idem judicaret et venderet, et hoc faceret per quinquennium toto in<sup>14</sup> orbe terrarum, idemque agros vectigales populi Romani abalienaret, et cum summam<sup>15</sup> tantæ pecuniæ, nullo teste, sibi ipse ex sua voluntate fecisset; tum denique emeret, a quibus vellet, quod videretur. 65. Committite vos<sup>16</sup> nunc, Quirites, his hominibus hæc omnia, quos odorari<sup>z</sup> hunc decemviratum suspi-

//////////

tura, cum Beck. Weiske, Schutz. et Orell. elidit *Vellem*.—11 E Sigonii conjectura *Phili* dederunt Laured. Lamb. Beck. Schutz. et Orell.—12 Ven. 1480. Junt. Schutz. in forens. prob. Garaton.—13 Laured. conjecit *permissa*.—14 χ non habet præpositionem ante *orbe terrarum*. Mox, pro *vectigales* in eodem legitur *vectigalibus*.—15 C et χ *summa*.—16 Pro *vos* Weiske suspica-

#### NOTE

<sup>r</sup> *Luscinos*] Intelligit C. Fabricium Luscinum, qui consul de Etruscis et Gallis primum triumphavit; deinde de Lucanis, Brutiis, Tarentinis, et Samnitibus: is tam tenui censu fuit, ut ejus filiæ, ob paupertatem, de publico dotibus ornatae sint. Is opes Pyrrhi et aurum contempsit.

<sup>s</sup> *Calatinos*] L. Atilius Calatinus, recepta Sicilia, prætor, de Pænis triumphavit. Is Serranus dictus est, quod accersitus a senatu ad dictaturam suscipiendam, semen spargens inventus est.

<sup>t</sup> *Acidinos*] Acidinus Manliorum cognomen est: eum autem intelligit,

*Delph. et Var. Clas.*

qui citeriore in Hispania, re bene gesta, ovans in urbem ingressus est.

<sup>u</sup> *Catones*] Lege Catonem censorium, qui orator, senator, imperator, censor, et arator fuit: de ejus frugalitate vide Plutarchum in ejus vita.

<sup>x</sup> *Philippi*] Q. Martii Philippi inter clarissimos Romanos florere.

<sup>y</sup> *Lælii*] Eum Lælium nominat, qui de amicitia loquitur apud Cicero-nem, qui ab agraria promulgatione destitit.

<sup>z</sup> *Odorari*] Id est, quærere; metaphora sumta a canibus venaticis.

*Cicero.*

4 G G

camini; <sup>17</sup> reperietis, partem esse eorum, quibus ad habendum, <sup>a</sup> partem, quibus ad consumendum, <sup>b</sup> nihil satis esse videatur. XXV. Hic ego jam illud, quod expeditissimum <sup>18</sup> sit, ne disputo quidem, Quirites, non esse hanc vobis <sup>19</sup> a majoribus relictam consuetudinem, ut emanent agri a privatis, quo plebs <sup>20</sup> publice deducatur; omnibus legibus agris publicis <sup>1</sup> privatos esse deductos; hujuscemodi me aliquid ab hoc horrido <sup>c</sup> ac truce tribuno plebis expectasse: hanc vero emendi et vendendi quæstuosissimam ac turpissimam mercaturam, alienam actione tribunicia, alienam dignitate populi Romani semper putavi. 66. Libet <sup>2</sup> agros emi? Primum quæro, quos agros? et quibus in locis? nolo suspensam et incertam plebem Romanam obscura spe et cæca expectatione pendere. <sup>k</sup> Albanus <sup>d</sup> ager est, Setinus, <sup>3</sup> Privernas, Fundanus, Vescinus, Falernus, Linternus, <sup>4</sup> Cumanus, Casinas. Audio. Ab alia porta, <sup>e</sup>

<sup>k</sup> Teneri.



batur vero legend.—17 In C H S  $\chi$  *suspiciabamini*.

CAP. XXV. 18 Ven. 1480. *expertissimum*.—19  $\psi$ , Ven. 1480. et Lamb. *no-bis*, probb. Laured. et Garaton. Verba *a majoribus* in C H S  $\chi$  desunt.—20 C S, Franc. Erf. Pith. Ven. 1480. 1483. Beek. et Schütz. *plebes*. Pro *publice*, quod ab Erf. et Ven. 1480. abest, S et  $\chi$  habent *publico*. Tum *deducantur*  $\chi$ , Erf. Ven. 1480. *deducuntur* Pith.—1 Lamb. coniecit *de vel ex agris publ.* unde Schütz. *recepit ex agris publ.* Ern. legi *jussit agros publicos*. Mox, edd. nonnullæ *diductos*.—2 Margo Crat. *Jubct.* Mox, post *emi* aliæ edd. non interrogandi notam, sed punctum ponunt.—3 *Setimus* C: *Settimius* S: *Settimus*  $\chi$ . Mox C *Privernus*. Tum C H S  $\chi$  *Fundanius*. Porro *Vestinus* edd. ante Grut. præter Wald. Ceteri *Vescinus*.—4 Quinque Oxonn. Mss. *Liternus*.

Pro *Casinas* C H, et Ven. 1480. habent *Ancasianus*; S *Ancasianus*;  $\chi$   $\psi$  et Erf. *Ancasianas*, unde Græv. coniecit legendum *ac Casinas*. Sed Camillus Peregri-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Ad habendum*] M. Crassum indicat, qui avarus fuit, idque maxime.

<sup>b</sup> *Ad consumendum*] De L. Lucullo, cujus summi sumtus erant in vita domestica; vel forte de Julio Cæsare, qui multas pecunias profunde-bat.

<sup>c</sup> *Ab hoc horrido*] Rullum intelligit, quem talem jam descripsit.

<sup>d</sup> *Albanus*] Albanus ager est ad portam Capenam, quæ et Triumph-

lis dicebatur, quia per eam ingrediebantur triumphantes, et per quam etiam in Viam Appiam itur. Albanus autem ager, Setinus, et Privernas in Latio sunt. Fundanus vero, Vescinus, Falernus, Linternus, Casinas, Cumanus, in Campania.

<sup>e</sup> *Ab alia porta*] Opposita est Capenæ portæ Collina, quæ in colle Quirinali sita est.



Capenas, Faliscus,<sup>f</sup> Sabinus,<sup>g</sup> Reatinus,<sup>g</sup> Venafranus, Alifanus,<sup>h</sup> Trebulanus.<sup>i</sup> Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, et ceteros horum similes non modo emere,<sup>g</sup> verum etiam coacervare<sup>k</sup> possis: cur eos non definis, neque nominas, ut saltem deliberare plebs Romana possit,<sup>7</sup> quid intersit sua, quid expediat, quantum tibi in emendis et in vendendis rebus committendum putet? Definio, inquit, Italiam.<sup>l</sup> Satis certa regio. Etenim quantum interest, utrum<sup>8</sup> in Massici radices,<sup>m</sup> an in Italiam<sup>9</sup> alioue deducamini? 67. Age, non definis locum.<sup>10</sup> Quid? naturam agri? Vero, inquit, 'qui arari aut coli possit.' Qui possit arari, inquit, aut coli; non qui aratus aut cultus sit. Utrum hæc lex est, an tabula Neratianæ<sup>11</sup> auctionis?<sup>n</sup> in

//////////

nus in Campania Felice p. 393. requiri monet *Casilinas*, ut jam edidit Schutz. Lauredanus scribi vult *Cassinus*, quod ita sit in Philipp. II. et in Inscriptt., non assentiente Cluverio. Mox Camillus Peregrinus l. I. p. 393. legit *Ab alia parte*. In Ven. 1480. legitur *ab illo portu*.—5 Post Sabinus S χ ψ et edd. ante Lamb. addunt *ager*. Dein C et S *Veneranus*: H et χ *Veneranius*: ψ *Veneranus*. Porro *Allifanus* edd. pleræque; et *Trebulanus* C S.—6 Lamb. solus *coemere*.—7 χ *posset*.—8 Pro *utrum* C habet *ut*. Tum χ in *Massia radices*.—9 Pro *Italiam* Ant. Augustinus coniecit *Liguriam*; Sigonius *Apuliam*, quod, probatum Manutio, Lauredano, et Grutero, receperunt Lamb. et Schutz. Verba *an in Italiam* Ern. deleri jubet. Vid. Nott. Varr.—10 *Age definis locum* Ven. 1483. *Age vero definis locum* Crat. Laured. Lamb. Grut. Verburg. Oliv. Lall. Dein *Quidnam? agri vero inquit* C H S χ, edd. Rom. Brix. Ven. 1483. *Quidnam agri vero inquit* Junt. Crat. Laured. *Quid natura? vero inquit* ψ, Pal. 1. *Quid natura agri? vero inquit* Wald. 1480. *Quidnam agri? Agri vero inquit* Lamb. In edd. Vict. et C. Steph. ita legitur, *Age vero definis locum*. *Quid nam agri vero, inquit, qui arari aut coli possit? qui poss. ar. inq. aut coli, non qui aratus: P. Manut.* *Age vero definis locum: quid nam agri? Vero, inq. qui arari aut coli possit. Qui poss. ar. inq. aut coli, non qui ar. aut cultus sit: Grut.* *Age vero def. locum. Quid naturam agri? Vero inq. qui ar. aut coli possit. Inquit, qui arari aut coli possit. Qui poss. ar. inq. aut coli, non q. ar. a. cult. sit.* Pith. *Age vero def. locum. Quid natam vero, inquit, qui ar. aut coli possit? Qui possit ar. inq. aut coli, non qui ar. aut coli sit: Franc. Mss.* *Age non definiis locum? quid nam? Agri vero, inquit, qui arari aut coli possit; qui poss. ar. inq. aut coli, non qui ar. aut coli sit: Pal. 2.* *Age: non def. locum. Quid naturam agri? Vero, inq. &c.* C H S χ omittunt verba *Qui possit arari, inquit, aut coli*.—11 Franc. Ms.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Capenas, Faliscus*] In Etruria.

<sup>g</sup> *Reatinus*] In Sabinis.

<sup>h</sup> *Venafranus, Alifanus*] In Samnio.

<sup>i</sup> *Trebulanus*] In Sabinis.

<sup>k</sup> *Coacervare*] Id est, eos simul velut in acervum continuatos adjungere.

<sup>l</sup> *Definio Italiam*] Quia lex in Italia jubebat eos agros emi, in quos plebs deduceretur.

<sup>m</sup> *Massici radices*] Massiens mons est in Campania, vini generositate insignis.

<sup>n</sup> *Neratianæ [Veratianæ] auctionis*

qua scriptum fuisse aiunt, 'Jugera cc, in quibus olivetum fieri potest: jugera ccc, ubi institui vineæ possunt.'<sup>12</sup> Hoc tu emes ista innumerabili pecunia, quod arari aut coli possit? Quod solum tam exile et macrum<sup>13</sup> est, quod aratro perstringi<sup>1</sup> non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?<sup>14</sup> Idcirco, inquit, agros nominare non possum, quia tangam nullum ab invito. Hoc quoque multo est quæstuosius, quam si ab invito sumeret. Inibitur<sup>15</sup> enim ratio quæstus de vestra pecunia; et tum denique ager emetur, cum idem expedierit<sup>16</sup> emtori et venditori.

XXVI. 68. Sed videte vim legis agrariæ. Ne ii quidem, qui agros<sup>17</sup> publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione et pecunia maxima.<sup>18</sup> Conversa ratio. Antea, cum erat a tribuno plebis mentio legis agrariæ facta, continuo qui agros publicos, aut qui possessiones<sup>19</sup> invidiosas tenebant, pertimescebant.<sup>20</sup> Hæc lex eos homines fortunis locupletat,<sup>1</sup> invidia liberat. Quam multos enim, Quirites, existimatis esse, qui latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Sullanorum<sup>o</sup> agrorum ferre non possint? qui vendere cupiant, emtorem non reperiant? perdere jam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui

<sup>1</sup> *Exerceri.*

-----

Turnebi, Mss. Pariss. cum Lall. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *Neratianæ*. Ceteri *Veratiana*. Vid. Nott. Varr.—12  $\psi$  *possint*.—13 Idem Ms. *exile aut macrum*. Mox C *perfringi non possit*.—14 C H S *elaboretur*. Mox in  $\chi$  *deest inquit*.—15 *Inietur* Pal. 1. Franc. et Mss. Pariss. Ven. 1483. Junt. Crat. Græv. *Inhibetur* Erf. Pith. et Pal. 2. *Inhibetur* C, sed in marg. 'al. *inietur*.' S *Inhietur*:  $\chi$  *Initietur*: ed. Vict. *Iniretur*: Lamb. 1566. e conjectura *Invenietur*.—16 C H S  $\psi$  *expediret*.

CAP. XXVI. 17 *Agros ante publicos* in edd. Verburg. Oliv. Lall. *deest*.—18 '*Opt. cond. et pec. max.*] Notavit Pithæus in ima pag. duo aut tria vocab. erasa esse, viderique aliquid deesse. Et sane abrupti aliquid habet oratio.' Orell. In marg. ed. Verburgii legitur, '*Videtur aliquid deesse*.'—19 C *at qui poss.*—20 C S  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. 1483. Junt. *expertimescebant*.—1 C

#### NOTÆ

Nihil video de hac tabula constare. Solus Frigeius conjicit Veratium vel præconem fuisse, qui publice sub hasta vendebat; aut civem aliquem, cujus bona vendebantur.

<sup>o</sup> *Sullanorum*] Sulla multos agros inimicis ademit, et largitus est militibus suis, aut proscrispsit, et vendidit.

paulo ante, diem noctemque,<sup>2</sup> tribunicium nomen horrebant,<sup>p</sup> vestram vim metuebant, mentionem legis agrariæ pertimescebant; ii<sup>3</sup> nunc etiam ultro rogabuntur atque orabuntur, ut agros partim publicos, partim plenos invidiæ, plenos periculi, quanti ipsi velint, decemviris tradant. [*p.* 80.] Atque hoc carmen hic tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit.<sup>q</sup> 69. Habet socerum,<sup>r</sup> virum optimum, qui tantum agri in illis reipublicæ tenebris<sup>s</sup> occupavit, quantum concupivit. Huic<sup>4</sup> subvenire vult succumbenti jam, oppresso,<sup>5</sup> Sullanis oneribus<sup>t</sup> gravi, sua lege, ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam condere. Et vos non dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis,<sup>6</sup> plurimo majorum vestrorum sanguine et sudore quæsitâ, ut Sullanos possessores divitiis augeatis, periculo<sup>u</sup> liberetis? 70. Nam ad hanc emtionem decemviralem duo genera agrorum spectant, Quirites. Eorum unum, propter invidiam, domini fugiunt; alterum propter vastitatem. Sullanus ager, a certis hominibus latissime continuatus,<sup>7</sup> tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni plebis stridorem<sup>x</sup> unum per-

//////////

et S locuplectat.—2 Lamb. solus dies noctesque.—3 Pro ii in C H S χ legitur nunc.—4 C H S χ Hic. Mox Laured. in Comment. vultis.—5 Pro oppresso C H S χ habent expresso: ψ ex oppresso. In ed. Ven. 1480. Junt. legitur jam et oppresso, prob. Garaton. Lambinus dedit jam, atque oppresso Sult. on. gravibus. ‘An oppresso gloss. est v. gravi, ita ut fuerit, jam, et Sullanis oneribus gravi?’ Orell.—6 Pal. 2. Et vos dub. qui vect. vestra vend. Lamb. Et vos dub., quin vect. vestra non vend. Puteanus conjecit legend. Et vos num dub., &c.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Horrebant*] Propter metum agrariæ legis, multi tribuniciam potestatem formidabant.

<sup>q</sup> *Sibi intus canit*] Allegoria a citharædis, qui canere sibi intus dicuntur, cum tam molliter chordas tangunt, ut a semetipsis tantum, vel sibi proximis audiantur. Hinc proverbium in furaces, et in eos qui suis commolis student, dimanavit.

<sup>r</sup> *Socerum*] Valgius Rulli socer vocabatur: ‘optimum’ autem eum ironice vocat.

<sup>s</sup> *Tenebris*] Tenebras metaphoricè

appellat Sullana tempora, quibus oppressa videlicet respublica bellis civilibus fuit.

<sup>t</sup> *Sullanis oneribus*] In invidiam Valgium adducit, qui post Sullæ victoriam, multitudinem agrorum sibi comparavit.

<sup>u</sup> *Periculo*] Ex invidia magnum periculum iis imminerebat, qui vel agros proscriptorum a Sulla emerant, vel eos ab ipso gratis acceperant.

<sup>x</sup> *Stridorem*] Stridor proprie dicitur de sono rudentum, ferri, &c. hic autem ponitur pro orationum mag-

ferre non possit.<sup>8</sup> Hic ager omnis, quoquo pretio coëmtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.<sup>m</sup> Alterum genus agrorum, propter sterilitatem incultum, propter pestilentiam vastum atque desertum, emetur ab iis, qui eos vident sibi esse, si non vendiderint,<sup>9</sup> relinquendos. Et nimirum istud<sup>10</sup> est, quod ab hoc tribuno plebis dictum est in senatu: urbanam plebem<sup>y</sup> nimium in republica posse;<sup>11</sup> 'exhauriendam esse': hoc enim verbo<sup>12</sup> est usus; quasi de aliqua sentina,<sup>13z</sup> ac non de optimorum civium genere loqueretur. XXVII. 71. Vos vero, Quirites, si me audire vultis, retinete<sup>14</sup> istam possessionem gratiæ,<sup>a</sup> libertatis, suffragiorum,<sup>b</sup> dignitatis, urbis, fori, ludorum, festorum dierum,<sup>15</sup> ceterorum omnium commodorum; nisi forte mavultis, relictis his rebus, atque hac luce reipublicæ,<sup>16</sup> in Sipontina siccitate,<sup>c</sup> aut in Salapinorum<sup>d</sup> pestilentiae finibus, Rullo duce, collocari. At dicat,<sup>17</sup> quos agros emturus sit: ostendat, et quid, et quibus daturus sit.<sup>18</sup> Ut vero, cum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat; id vos potestis, quæso, con-

<sup>m</sup> *Æstimabitur.*

//////////

Mox H *maj. vestrum.*—7  $\psi$  *continuat.*—8 Quinque Oxonn. Mss. *posset.*—9  $\chi$  *ventiderunt.*—10 Pro *istud* in quinque Oxonn. Mss. *idem.*—11 *Perposse* C S: *pposse*  $\psi$ , qui pro *exhauriendam* habet et *hauriendam.*—12 Ab quinque Oxonn. Mss. *abest verbo.*—13 In  $\chi$  et  $\psi$  *sententia.*

CAP. XXVII. 14  $\chi$  *retinere.*—15 C H S  $\chi$  *omittunt dierum.*—16 Pro *reipublicæ* in C et H *populi R.* in S *p. r.* Dein in *Sepontina sicc.* H S  $\psi$ . Paulo post, *Salpinorum* quinque Oxonn. Mss. et nonnullæ edd. vett.—17 *Ac dicat* Ven. 1480. *Aut dicat* Lall. e conjectura Turnebi.—18 Quinque Oxonn. Mss.

#### NOTÆ

na voce habita.

<sup>y</sup> *Urbanam plebem*] Nullus dixerat urbanam plebem potentiorē esse in republica, adeoque deducendam esse in colonias.

<sup>z</sup> *Aliqua sentina*] Sentina navis pars est infima, in quam omnes aquæ defluunt, et corruptæ fætent: itaque per sentinam, fæcem civium omnium improborum intelligit.

<sup>a</sup> *Possessionem gratiæ*] Hortatur populum ut illam gratiæ possessionem conservet, quam ab iis inire so-

let, de quibus fert suffragium, cum magistratus petunt.

<sup>b</sup> *Suffragiorum*] Penes populum jus omne suffragiorum erat.

<sup>c</sup> *Sipontina siccitate*] Sipontum colonia et urbs est Apuliæ Daunniæ, in ora maritima ad Gargani montis radices, cujus territorium sterile admodum est.

<sup>d</sup> *Salapinorum*] Salapina est urbs Apuliæ Daunniæ, ubi Hannibal, post Cannensem pugnam, amoribus impuris fractus est.

cedere? Quanquam illud est egregium, quod hac lege ante omnia veneunt,<sup>19</sup> ante pecuniæ coguntur et coacervantur, quam gleba una ematur. Deinde emi jubet: ab invito vetat. 72. Quæro, si, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia<sup>20</sup> fiet? Referre in ærarium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pecuniam omnem decemviri tenebunt; vobis ager non emetur. Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Facile, inquit, adducuntur<sup>1</sup> pecuniæ magnitudine, ut velint vendere. Ergo ea lex est, qua nostra vendamus, quanti possimus; <sup>2</sup> aliena emamus, quanti possessores velint. 73. Atque in hos agros, qui hac lege emti sint,<sup>3</sup> colonias ab iis decemviris deduci jubet?

Quid? omnisne ejusmodi locus est, ut nihil intersit reipublicæ, colonia deducatur in eum locum, necne? An est locus, qui coloniam postulet? est plane: rectius,<sup>4</sup> et \* Quo in genere, sicutin ceteris reipublicæ partibus, est operæ pretium diligentiam majorum recordari; qui colonias sic in locis contra suspicionem periculi collocarunt,<sup>5</sup> ut esse non oppida Italiæ, sed propugnacula imperii<sup>6</sup> viderentur. Hi deducunt colonias in eos agros, quos emerint. 74. Etiamne si reipublicæ non expediat? 'Et in quæ loca præterea videbitur.'<sup>7</sup> Quid igitur est causæ, quin coloniam in Janiculum<sup>e</sup> possint deducere, et suum præsidium in



*et quid dat. sit, sine et quibus.*—19 Franc. et Mss. ap. Turneb. *renierunt*: Ven. 1480. *renerunt*.—20 *Quid pecuniæ* Erf. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. et Pariss. Mss. atque Ven. 1480. 1483. Mediol. 1498. Junt. Græv. Lall. Beck. Schutz. et Orell. Vid. Nott. Varr. *Mox Etenim referre* Mss. Lauredani, prob. Garaton. *Et referre* Mss. plerique et edd. vett. Paulo post, *et exigi* Turneb. legi jubet.—1 Quinque Oxonn. Mss. *adducuntur*.—2 Junt. Maunt. Laured. *possumus*.—3 C H S  $\chi$   $\psi$  *emti sunt*.—4  $\chi$  *plane rectus*:  $\psi$  *plane rectius*. In Erf. et Ms. Turnebi legitur *est plane rectius, et quo . . .* Grævius, e Ms. Franc. edidit *est plane rectius* \* *Quo in gen.* Lauredanus conjecit, *An est locus, qui coloniam postulet, est, qui plane recuset? quo in gen.* sic etiam Lall. et Schutz. ediderunt. Alii ap. Turnebum legunt *an plane recuset? sive recuset?* Lambinus dedit *est et qui plane recuset*. Vid. Nott. Varr.—5  $\chi$  *collocarint*.—6 *Post imperii* C H S  $\chi$  *addunt esse*.—7 *Post videbitur* S  $\psi$  et edd.

## NOTE

<sup>e</sup> *In Janiculum*] Janiculum nunc e septem montibus est, qui, quia urbi

capite atque cervicibus<sup>8</sup> vestris collocare? Tu non definias, quot colonias,<sup>9</sup> in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis? tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuam judicaris?<sup>10</sup> compleas numero? confirmes præsidio, quo velis? [p. 81.] populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum populum Romanum coërceas? opprimas? redigas<sup>11</sup> in istam decemviralem ditionem ac potestatem? XXVIII. 75. Ut vero totam Italiam suis præsiidiis obsidere atque occupare cogitet,<sup>12</sup> quæso, Quirites, cognoscite.<sup>13</sup> Permittit decemviris, ut in omnia municipia, in omnes colonias totius Italiæ colonos deducant, quos velint: iisque colonis agrum dari jubet. Num obscure majores opes, quam libertas vestra pati potest, et majora præsidia quæruntur? num obscure regnum constituitur? num obscure libertas vestra tollitur? Nam, cum iidem omnem pecuniam, maximam multitudinem, id est, totam Italiam, suis opibus obsidebunt;<sup>14</sup> iidem vestram libertatem suis præsiidiis et coloniis interclusam tenebunt; quæ spes tandem, quæ facultas recuperandæ vestræ libertatis relinquetur?

76. At enim ager Campanus hac lege dividetur, orbis<sup>15</sup> terræ pulcherrimus: et Capuam<sup>f</sup> colonia deducetur, urbem



nonnullæ interrog, signum ponunt.—8 Lamb. *atque in cerv.* Tum alii *nostris.* Ante *collocare* χ addit *posse*; et edd. ante Lamb. *possint.*—9 *Quo colonias* Mss. et edd. præter Grut. Ern. Oliv. Beck. Weiske, Schütz. et Orell. qui e conjectura Lauredani receperunt *quot col.*, ut est in C.—10 Mss. quidam *ad vim tuam etiam jud.* Lauredanus legi mavult *ad violentiam jud.*—11 Quinque Oxonn. Mss. *reducas.* Mox pro *istam* Ms. ap. Græv. *illam*, et pro *ditionem* in C et S *conditionem.*

CAP. XXVIII. 12 Pith. Franc. Erf. Ven. 1480. Junt. *cogitent*, prob. Grævid.—13 χ *ignoscite*: C *cognoscite.*—14 [*Pecuniam . . . obsidebunt*] Laured. hæc mendose legi existimat, cum non pateat quid sit *pecuniam* et *multitudinem obsidere.* Et Ern. quoque conjicit aliquid post *pecuniam* excidisse, cui vocabulo non convenient verba *suis opibus obsid.* Laured. igitur scribi mavult, *Cum iidem omn. pec. max. mult. obtinebunt, id est, &c.* Lambinus autem ex ingenio ita correxit, *cum iidem omn. pec., max. mult. obtinebunt, iidem tot.* Beck. Pro

#### NOTÆ

imminebat, inter ejus muros conclusus est, ne quando arx hostium esset.

<sup>f</sup> *Et Capuam*] Capua urbs totius Campaniæ nobilissima, quam Vultur-nus annis interfuit, et quam Virgilius

amplissimam atque ornatissimam. Atqui<sup>16</sup> quid ad hæc possumus dicere? <sup>n</sup> De commodo vestro prius dicam, Quirites: deinde ad amplitudinem et dignitatem revertar; ut, si quis agri aut oppidi bonitate delectetur,<sup>17</sup> ne quid expectet; si quem rei dignitas<sup>18</sup> commovet, ut huic simulatæ largitioni resistat. Ac primum<sup>19</sup> de oppido dicam, si quis est forte, quem Capua magis, quam Roma delectat.<sup>20</sup> Quinque millia colonorum Capuam scribi jubet: ad hunc numerum quingenos<sup>1</sup> sibi singuli<sup>s</sup> sument. 77. Quæso, nolite vosmetipsos<sup>2</sup> consolari:<sup>h</sup> vere et diligenter considerate: num vobis,<sup>3</sup> aut vestri similibus, integris,<sup>o</sup> quietis, otiosis hominibus,<sup>4</sup> in hoc numero locum fore putatis? Si est omnibus vobis, aut<sup>5</sup> majori vestrum parti; quamquam me vester honos vigilare dies atque noctes, et intentis<sup>6</sup> oculis omnes reipublicæ partes intueri jubet; tamen paulisper, si ita commodum vestrum feret, connivebo.<sup>p</sup> 7 Sed si quinque hominum millibus, ad vim, facinus, cædem-

<sup>n</sup> Respondere.

<sup>o</sup> Probis.

<sup>p</sup> Patiar.

//////////

*opibus in χ operibus.*—15 S χ ψ orbe terræ: H in orbe terræ.—16 Ernest. At qui deleri jubet. In H, Franc. et Ms. Turnebi *Atque*. Grævius mavult *At quid*. Tum ψ *ad hoc poss. dic.*—17 Lamb. *so'us delectatur*. Mox *expetat* C H S: *expectat* χ.—18 Franc. Ms. Turnebi, Ven. 1480. Junt. *rei indignitas*. Orell. *conjecit rei publicæ dignitas*.—19 In ψ *At primum*.—20 Weiske *conjecit delectet*.—1 *Quingenos* Crat. Laured. *quinguenos* C H S χ, Pith. Franc. Ms. Turnebi, Pall. et edd. ante Lamb. qui e conjectura Lauredani cum edd. seqq. *edidit quingenos*.—2 Schutz. e conjectura Ernesti *vosmet ipsi*.—3 In ψ *deest vobis*. Mox *vestris* quinque Oxonn. Mss.—4 *Pro hominibus* in χ *omnibus*. Ante *in hoc num.* C H χ ψ *addunt ut*.—5 *Quinque* Oxonn. Mss. *omitunt aut ante majori*. Mox *pro quamquam* C H S χ *addunt quam*.—6 *Intuitis* C H S: *in tuitis* χ: *intuytis* ψ.—7 *Quinque* Oxonn. Mss. *fert, commorebo*.—

#### NOTE

a Capi, Æneæ commilitone, qui eam condidit, dictam esse ait Georg. II. cui Suetonius in Julio Cæsare consentit.

ε *Quingenos sibi singuli*] Ad hunc numerum tantum conficiendum, ad arbitrium suum decemviri, lege permittente, deligent singuli quingenos, ut quinque colonorum millia sint, quos sibi, ob collatum beneficium,

adictos habebunt: deinde, quos in agrum Campanum deduci lex jubet, eorum nomine agrum ipsi tenebunt, et eo fruentur.

<sup>h</sup> *Consolari*] Non est quod spe illius agri consolationem accipiant, cum inde maximum periculum imminet reipub. ut aggreditur jam ostendere.

que delectis,<sup>8</sup> locus atque urbs, quæ bellum facere atque instruere<sup>9</sup> possit, quaeritur; tamenne patiemini, vestro nomine contra vos<sup>10</sup> firmari opes? armari præsidia? urbes, agros, copias comparari? 78. Nam agrum quidem Campanum, quem vobis ostentant, ipsi concupiverunt: deducunt suos, quorum nomine ipsi teneant et fruuntur: coëment præterea: <sup>11</sup> ista dena jugera continuabunt.<sup>i</sup> Nam, si dicent per legem id non licere; ne per Corneliam<sup>k</sup> quidem licet. At videmus (ut longinqua mittamus<sup>12</sup>) agrum Prænestinum<sup>l</sup> a paucis possideri; neque istorum pecuniis quicquam aliud deesse video, nisi ejusmodi fundos, quorum subsidio familiarum magnitudines, et Cumanorum<sup>m</sup> ac Puteolanorum prædiorum<sup>13</sup> sumtus sustentare possint. Quodsi vestrum commodum<sup>14</sup> spectat; veniat, et coram mecum de agri Campani divisione disputet. XXIX. 79. Quæsivi ex eo Kalendis Jan. quibus hominibus et quemadmodum illum agrum esset distributurus. Respondit, a Romilia<sup>15</sup> tribu<sup>n</sup> se initium esse facturum. Primum, quæ est ista superbia et contumelia, ut populi pars<sup>16</sup> amputetur, ordo tribuum negligatur? ante<sup>17</sup> rusticis detur ager, qui habent,<sup>18</sup> quam urbanis,<sup>o</sup> quibus ista agri spes et jucunditas



8 *Deductus C: delectus* χ.—9 *H instituere*. Tum χ *possit: queritur*.—10 *Fal. l. contra nos, non improb. Grutero*.—11 *ψ fruuntur quo emant. Præterea*. Turnebus observat quosdam legere *præterea dena jugera*; et in Varr. *Lect. ed. Græv.* monetur alios distinguere, *coëmant, præterea ista dena jug.* Pro *coëment* in C H S χ, Pith. Franc. et aliis Mss. edd. Ven. 1480. 1483. Naug. Hervag. *coëmant*, commate post *præterea* posito. Mox *ψ continebunt*.—12 *ψ ut long. mutamus*. Mox *ψ Penestrinum*.—13 *H S χ ψ præsidiorum*.—14 *H nostrum comm. et quinque Oxonn. Mss. expectat*.

CAP. XXIX. 15 *H et Ms. Turnebi Romilia*. Mox *ψ esse futurum*.—16 *ψ et pop. pars*.—17 *Pro ante* in C legitur *aut*; in χ *un*.—18 *Pro qui habent Erf.*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Continuabunt*] Jugeribus decem ex lege concessis addent alia, quæ ab eis ementur.

<sup>k</sup> *Cornelium*] Quæ lata est a Sulla.

<sup>l</sup> *Agrum Prænestinum*] Prænestinus ager in Latio fuit, quo Sulla coloniam misit.

<sup>m</sup> *Cumanorum*] Cunnæ civitas Cam-

paniæ ad mare, juxta Puteolos, a Cumæis, Asiæ populis, condita.

<sup>n</sup> *A Romilia tribu*] Romilia, nua ex 35. tribubus, a Romulo instituta ex Veientibus et Sabinis.

<sup>o</sup> *Urbanis*] Urbanæ tribus non habebant agros.



ostenditur? aut, si hoc ab se dictum negat, et satisfacere omnibus vobis cogitat; proferat: in jugera dena describat: <sup>p</sup> a Suburana <sup>q</sup> usque <sup>19</sup> ad Arniensem nomina vestra proponat. [p. 82.] Si non modo dena jugera dari vobis, sed ne constipari <sup>q 20</sup> quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis; tamenne vexari rempublicam, contemni majestatem populi Romani, deludi <sup>1</sup> vosmetipsos diutius a tribuno plebis patiemini? 80. Quodsi posset ager iste ad vos pervenire; nonne eum tamen in patrimonio vestro remanere malletis? <sup>1</sup> unumne fundum pulcherrimum populi Romani, caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, <sup>2</sup> solatium annonæ, disperire patiemini? An obliti estis, Italico bello, <sup>3</sup> amissis ceteris vectigalibus, quantos <sup>3</sup> agri Campani fructibus exercitus alueritis? An ignoratis, cetera illa magnifica populi Romani vectigalia, <sup>4</sup> perlevi <sup>4</sup> sæpe momento fortunæ, incli-

<sup>q</sup> Coacervari.



habet qui emetur, prob. Grævio. Tum in C S  $\chi \psi$  *quanquam urbanis.*—19 *Proferat . . . a Suburana usque*] Magna est in h. l. codd. varietas. In C et H *proferat in jugera dena: describat abusura. Nam usque.* Pro dena S *domina; pro describat  $\chi$  scribat.* Tum S *abusura. Nam usq.;* sed  $\chi \psi$  *ab usura. Nam usq.;* atque *ab usura nam usq.* Græv. e Franc. affert; Laured. autem dicit omnes antiqq., quos viderit, libros ita exhibere; et Gruter. hæc notavit, ‘Omnes Pall. item nostri et velt. edd. *ab usura nam ad usque.*’ Postea editum est *ab Otriculana usque.* Id primi emendarunt in Italia Manutius, in Gallia Turnebus (Advers. xxx. 17.); et Lamb. ostenderat, scribendum fuisse *Otriculana*, sed *Suburana* ipse cum aliis præfert. Beck. *Otriculana* habent Junt. Crat. Laured. Dein pro *Arniensem* in S *Arnensem*; Franc. *Arinensem*; Mss. aliqui et edd. ante Lamb. *Narniensem.*—20  $\chi$  *sed non const.*—1 Idem in *patr. nostro*; et C *rem. malletis.*—2 H S  $\chi$  *regionum.*—3 C  $\chi \psi$  *quanto.*—4 Lam-

#### NOTE

<sup>p</sup> *Describat*] Id est, dividat agrum Campanum.

<sup>q</sup> *Suburana* [*Otriculana*] *Otriculana* tribus dicta est ab *Otriculo*, ultima *Umbricarum* urbium versus meridiem, *Romæque* proxima.

<sup>1</sup> *Deludi*] Vana spe agrorum.

<sup>2</sup> *Italico bello*] Bellum *Italicum*,

quod *Sociale* bellum quidem dictum est; sed revera civile fuit: cum enim plurimi in Italia populi jure civitatis *Romanæ* promisso destitui se viderent, populo *Rom.* bellum intulerunt. Vide *Florum* III. 18.

<sup>3</sup> *Magnifica populi Romani vectigalia*] De vectigalibus loquitur, quæ

natione<sup>r</sup> temporis, pendere? Quid nos<sup>s</sup> Asiæ<sup>u</sup> portus, quid Syriæ rura,<sup>6 x</sup> quid omnia transmarina vectigalia juvabunt, tenuissima suspicione prædonum aut hostium injecta?<sup>7</sup> SI. At vero hoc agri Campani vectigal cum ejusmodi<sup>8</sup> est, ut domi sit,<sup>y</sup> et omnibus præsidii oppidorum tegatur; tum neque bellis infestum, nec fructibus varium,<sup>9 z</sup> nec cælo ac loco calamitosum<sup>a</sup> esse solet. Majores nostri non solum id, quod a Campanis<sup>10</sup> ceperant, non imminuerunt, verum etiam, quod ei tenebant,<sup>11</sup> quibus adimi jure non poterat,<sup>b</sup> cœmerunt. Qua de causa nec duo Gracchi,<sup>c</sup> qui de plebis Romanæ commodis plurimum cogitaverunt, nec L. Sulla, qui omnia sine ulla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus

<sup>r</sup> *Mutatione.*



binus e perlevi aut e levi, &c. Gulielm. a levi legendum (prob. Grævio), censuerunt.—5 χ vos.—6 Tura Franc. et Ms. Turnebi: cura H S χ ψ et alii, atque edd. pr. Mox Lamb. solus jurant.—7 Quinque Oxonn. Mss. *invecta*. A Franc. et Ms. Turnebi abest.—8 Schutz. e conjectura edidit *vect. tum ejusm.* Tum in quinque Oxonn. Mss. *sit, ut cum domi sit*: Franc. Pith. et Mediol. 1498. *est, ut cum domi sit*.—9 ψ virium. Dein *nec cælo nec loco duo* Mss. Lauredani, Ven. 1480. Junt. et Lamb. qui legi maluit *neque fructibus, neque cælo ac loco*.—10 Lamb. et Orell. e conjectura Lauredani receperunt *quod de Camp.* In Erf. Franc. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. Med. 1498. præpositio deest.—11 *Verum etiam, quod et teneb.* Mss. plerique, Ven. 1483. Junt. Crat. Laured. *verum etiam id, quod teneb.* e Franc. 1. dederunt Græv. Beck. Schutz. et Orell. *verum etiam, quod ei teneb.* ceteri e conjectura Lauredani.—

#### NOTÆ

veniunt ex remotis provinciis quæ extra mare sunt, et longe majorem quam Italica, reipub. fructum afferunt.

<sup>u</sup> *Asiæ*] Vide orationem pro Lege Manilia: ibi sæpe de Asia dixit.

<sup>x</sup> *Syriæ rura*] Sæpe Syria et Assyria pro eadem dicuntur: ea autem populi Rom. provincia fuit usque ad Ephratem et Tigrim.

<sup>y</sup> *Domī sit*] Id est, Romæ proximum sit, et 'sub signo claustrisque reipub. positum,' ut superiori oratione dixit.

<sup>z</sup> *Fructibus varium*] Vectigal Cam-

paniæ non colligitur ex rebus, quarum fructus incerti sint et imminuti.

<sup>a</sup> *Nec cælo ac loco calamitosum*] Id est, subjectum cæli intemperiei; grandini nempe, vel terræ sterilitati.

<sup>b</sup> *Adimi jure non poterat*] Campani nunquam bellum gesserunt contra pop. Rom. unde suis agris spoliare eos jure non potuerunt.

<sup>c</sup> *Duo Gracchi*] Hi leges agrarias tulerunt, de quibus supra: at nunquam agrum Campanum attigerunt.

est.<sup>12 d</sup> Rullus extitit, qui ex ea possessione rempublicam demoveret,<sup>13</sup> ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Sullæ dominatio dejecisset. XXX. Quem agrum<sup>e</sup> nunc prætereuntes vestrum esse dicitis, et quem per iter qui faciunt,<sup>14</sup> externi homines, vestrum esse audiunt; is cum erit divisus, neque erit,<sup>15</sup> neque vester esse dicitur. 82. At qui homines possidebunt? Primo quidem acres, ad vim prompti, ad seditionem parati, qui simulac decemviri concrepuerint,<sup>16 f</sup> armati in cives, et expediti ad cædem esse possint. Deinde ad paucos, opibus et copiis affluentes, totum agrum Campanum perferri<sup>17</sup> videbitis. Vobis in-terea, qui illas a majoribus pulcherrimas vectigalium sedes armis captas<sup>18</sup> accepistis, gleba nulla de paternis atque avitis<sup>g</sup> possessionibus relinquetur: ac tantum<sup>19</sup> intererit inter vestram et privatorum diligentiam; quod, cum a majoribus nostris<sup>20</sup> P. Lentulus (qui princeps senatus)<sup>h</sup> in ea loca missus esset, ut privatos agros, qui in publicum Campanum in-



12 *H ausus non est.*—13 *Al. dimoveret.*

CAP. XXX. 14 *Et quem pariter qui faciunt* Mss. plerique et edd. pr. *et quem pariter, iter qui fac.* Junt. *et quem pariter, qui iter fac.* Crat. Laured. *et per quem iter qui fac.* Lamb. *et quem per eum iter qui fac.* e conjectura edidit Schutzins. Ceteri ut Ern.—15 Verba *neque erit* absunt a Pith. Franc. Pall. et quinque Oxonn. Mss. atque edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Tum  $\chi$  et ed. Junt. *nec vester dic.* C H S  $\psi$ , Ven. 1483. Crat. *neque vestrum dic.* Franc. et Pall. *neque vestrum esse dic.*—16 Franc. Ms. Turnebi, et Ven. 1480. *increpuerint.* Mox in H non leguntur verba *ad cædem.*—17 C H S  $\chi$ , ed. Wald. et Ven. 1480. *præferri.* ‘*Perferri*’ Hoc quidem verum non puto, nec ‘*perferre agrum ad aliquem*’ recte dici. ‘*Tolerabilius esset deferri: sed malim pervenire e cap. 29.*’ Ern. non improb. Weiske. Tum in  $\psi$  *videbatis.*—18 Lamb. *solus partus.*—19 Quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. *at tantum.*—20 *Quod tum a maj.* C H S  $\psi$ ; et *vestris* C H S  $\psi$ , ac edd. ante Lamb.—I Crat. et Laured. omittunt *qui.* In Mss. Lauredani *is, qui pr. sen.* Lamb. *is, qui pr. sen. fuit.* Pro *senatus* in H S  $\chi$   $\psi$  *senator.* Mox *ut et priv.* Mss. plerique et edd. ante

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Attingere ausus est*] In quo saltem religiosus fuit.

<sup>e</sup> *Quem agrum*] Id est, per quem agrum, poetico more.

<sup>f</sup> *Concrepuerint*] Id est, vel minimo digitorum crepitu signum dederint decemviri.

<sup>g</sup> *De paternis atque avitis*] Si possideatur ille ager a decemviris, ne glebam possidebunt, deinceps, ex illis terris quas patres et avi, publico vectigalium, non privato nomine, tenebunt.

<sup>h</sup> *Princeps senatus*] Qui lectus a

currebant, pecunia publica coëmeret,<sup>2</sup> i dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum cujusdam<sup>3</sup> emerere potuisse: eumque, qui nollet vendere, ideo negasse se adduci posse, uti venderet, quod, cum plures fundos haberet, ex illo solo fundo nunquam malum nuntium<sup>k</sup> audisset. S3. Itane vero? privatum<sup>4</sup> hæc causa commovit: populum Romanum, ne agrum Campanum privatis, gratis,<sup>1</sup> Rullo<sup>5</sup> rogante, tradat, non commovebit? Atqui idem populus Romanus de hoc vectigali potest dicere, quod ille<sup>m</sup> de suo fundo dixisse dicitur. Asia<sup>6</sup> multos annos<sup>n</sup> vobis fructum Mithridatico<sup>7</sup> bello non tulit: Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis<sup>o</sup> nullum fuit: Siciliæ civitatibus bello fugitivorum M' Aquillius<sup>8</sup> p etiam mutuam frumentum dedit. At<sup>9</sup> ex

//////////

Græv. qui auctoritate Erf. et Franc. delevit copulam, et quem Ern. Lall. Beck. Wieseke, Schutz. et Orell. secuti sunt. In edd. paucis ut etiam priv.—2 Coëmerit H χ: quo emerit ψ.—3 ψ cujusquam.—4 Privaturum C S χ: privatorum Ms. ap. Græv. Mox H S χ ψ commovet. Tum Lamb. Grut. Græv. Oliv. populus Romanus, errore typographico, ut Ern. et Orell. censuerunt. In H populo Romano.—5 Pro Rullo χ habet nullo. In eodem Ms. deest tradat. Paulo post, commoverit C H S χ, edd. Rom. Brix. Ven. 1483. Med. Junt. Denique, pro Atqui idem, Pith. et quinque Oxonn. Mss. habent At fide; Ven. 1483. At fide; Junt. At vide si; Franc. Crat. Hervag. Cam. Laured. Manut. Vict. At quidem. In C et H populi R.—6 χ Asia vero.—7 Ante Mithridatico quinque Oxonn. Mss. addunt præpositionem in. Mox Hispanorum H.—8 Attilius Mss. et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e conjectura Lauredani recepit Aquillius. Pro M' in quinque Oxonn. Mss. et Ven. 1483. Manlius.—9 Pro At, quod in χ deest, C H S habent Et. Mox χ malis nun-

#### NOTÆ

censore primus sententiam rogabatur, princeps senatus dicebatur.

<sup>1</sup> Pecunia coëmeret] Ne publicus ager privata possessione interrumpere.

<sup>k</sup> Malum nuntium] Nunquam renuntiatum erat quod Campanus ager bellis infestus, vel grandine vel aliqua calamitate vastatus fuisset.

<sup>1</sup> Gratis] Quia vult Rullus huc coloniam deducere: gratis autem colonis, non persoluta pecunia, agri dividebantur.

<sup>m</sup> Quod ille] Idem potest dicere æquiore jure populus Romanus, quod

privatus ille Campanus, qui noluit suum agrum vendere.

<sup>n</sup> Asia multos annos] Quadraginta annos, propter bellum Mithridaticum, nullum ex Asia fructum populus Rom. percepit.

<sup>o</sup> Temporibus Sertorianis] Sertorius Hispaniam octo annis tenuit, proscriptus a Sulla, quod Marium secutus esset: is a suis tandem interfectus est.

<sup>p</sup> Aquillius] Aquillius bellum Servile confecit in Sicilia. Vide Flor. III. 13.

hoc vectigali nunquam malus nuntius auditus est. Cetera vectigalia belli difficultatibus<sup>10</sup> affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur. 84. Deinde in hac assignatione<sup>11</sup> agrorum ne illud quidem dici potest, quod in ceteris, agros desertos a plebe atque a cultura hominum liberorum<sup>12</sup> esse non oportere. XXXI. Sic enim dico: si Campanus ager dividatur, exturbari et expelli plebem ex agris, non constitui et collocari.<sup>13</sup> [p. 83.] Totus enim ager Campanus colitur et possidetur a plebe, et a plebe<sup>14</sup> optima et modestissima: quod genus hominum optime moratum, optimorum et aratorum et militum, ab hoc plebicola<sup>9</sup> tribuno<sup>15</sup> funditus ejicitur. Atque illi miseri, nati in illis agris et educati,<sup>16</sup> glebis subigendis exercitati, quo se subito conferant, non habebunt: his robustis, et valentibus, et audacibus<sup>17</sup> decemvirum satellitibus agri Campani possessio tota tradetur: et, ut vos nunc de vestris majoribus prædicatis, ‘Hunc agrum nobis<sup>18</sup> majores nostri reliquerunt;’ sic vestri posteri de vobis prædicabunt, ‘Hunc agrum patres nostri acceptum a patribus suis perdiderunt.’ 85. Equidem<sup>19</sup> existimo, si jam campus Martius dividatur, et unicuique vestrum, ubi consistat, bini pedes assignentur; tamen promiscue toto, quam proprie parva frui parte malitis.<sup>20</sup> Quare, etiamsi ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro perventurum, qui vobis<sup>1</sup> ostenditur, aliis comparatur; ta-



tiis.—10 Mss. nonnulli et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Laured. Grut. Græv. Oliv. *belli facultatibus*. Paulo post, *belli difficultates* Pith. et Pal. 2.—11 Quinque Oxonn. Mss. *in illa assign.*—12 Erf. *liberos*, ut Puteanus conjecerat.

CAP. XXXI. 13 ‘*Constitui et collocari*] Excidit *in agris ante et*. Intelligi durum est.’ Ern.—14 Verba *et a plebe* in edd. nonnullis omittuntur.—15 In C H S *tribuno pl.* in  $\chi \psi$  *tr. pl.*—16 S *At illi mis.* et C H S  $\chi$  *nati nullis agris educ.*—17 Verba *et audacibus* in quinque Oxonn. Mss. omittuntur. Utraque Ven. periodum novam a verbis *His rob.* exorditur, et deinde *tradatur* legit, improbante Garaton. In C *tradatur?* H *tradetur?* S  $\chi$  *tradatur.*—18 In  $\chi$  *deest nobis.* C H S habent *vobis.* Tum C H S  $\chi$  *maj. vestri.*—19 C H S *Et quidem.*—20 Ern. e conjectura cum Beck. et Weiske edidit *malitis*: Schutz. e tribus Oxonn. Mss. *maletis*, non improb. Beck. Omnes aliæ edd. *malletis*.

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Plebicola*] Ironia ad contemptum. Plebicola: enimvero dicebantur, qui optime de plebe meriti erant. Cum igitur Rullus affligat populum, per ironiam plebicola vocat.

men honestius eum<sup>2</sup> vos universi, quam singuli possideretis.<sup>3</sup> Nunc vero, cum ad vos nihil pertineat,<sup>4</sup> sed paretur aliis, eripiat vobis; nonne acerrime,<sup>5</sup> tanquam armato hosti, sic huic legi<sup>6</sup> pro vestris agris resistetis? Adjungit Stellatem campum agro Campano, et in eo duodena describit in singulos homines jugera. Quasi vero paulum differat ager Campanus ac Stellatis.<sup>7</sup>†

86. Et multitudo, Quirites, quæritur, qua illa omnia oppida compleantur. Nam dixi antea, lege permitti, ut, quæ velint municipia, quas velint veteres colonias, colonis suis occupent. Calenum<sup>8</sup> municipium complebunt: Theanum<sup>8</sup> opprimet: Atellam,<sup>9</sup> Cumas,<sup>x</sup> Neapolin,<sup>y</sup> Pompeios,<sup>z</sup> Nuceriam<sup>a</sup> suis præsiidiis devincient:<sup>9</sup> Puteolos<sup>b</sup> vero, qui nunc in sua potestate sunt, suo jure libertateque utuntur, totos novo populo

//////////

—1  $\chi$  quia vobis.—2 C et  $\chi$  cum.—3 H possederetis.—4 Lamb. perueniat.—5 Idem non acerr.  $\chi$  nonne acerrimo.—6  $\chi$  si huic legi.—7 Ac Stellatus C S  $\chi$   $\psi$ : ac Stellates H. In paucis edd. vett. legitur ac Stellatis, et mult., Quir., quær. quæ Laured. ita correxit, a Stellati: scilicet mult., Quir., quær. idque recepit Lambinus. Idem tamen Laured. etiam has conjecturas proposuit, scilicet et mult. aut sed mult. aut vis et mult. Turnebus conjecit, a Stellati; sed mult. Gulielmius, servatis verbis ac Stellatis, legit sed mult. prob. Manntio. Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr. Porro in  $\psi$  deest quæritur.—8 C H S, Ven. 1483 et Beek. Teanum: Ven. 1480. Tranum, et c. 35. Trano. Mox in C Atellani.—9 C H S  $\chi$  devincient.

#### NOTÆ

† Paulum differat ager Campanus ac Stellatis] Videtur melius legi posse a Stellate, licet quibusdam placeat illum campum Stellatem Campani partem facere; Cicero tamen in superiori orat. divisit.

<sup>8</sup> Calenum] Calenum Campaniæ municipium est vini generositate celebre.

<sup>1</sup> Theanum] Theanum urbs Campaniæ, a Capua 12. pass. mill. in colle.

<sup>9</sup> Atellan] Atella Campaniæ oppidum est, in quo fuit amphitheatrum nobile.

<sup>x</sup> Cumas] Vide superius.

<sup>y</sup> Neapolin] Urbs est Campaniæ maritima, nunc regni Neapolitani caput, ac totius fere Italiæ nobilis-

sima.

<sup>z</sup> Pompeios] Pompeii, seu Pompeium, colonia et oppidum Campaniæ ad Sarrum fluvium, quod ab Hercule conditum dicitur, cum boves Geryonis abduceret.

<sup>a</sup> Nuceriam] Nuceria urbs Campaniæ, trans Vesuvium montem, sita in valle, quam fluvius Sarnus inter Vesuvium et Sactarium montem alluit.

<sup>b</sup> Puteolos] De hoc oppido sic Varro de L. L. l. iv. loquitur: 'A puteis oppidum Puteoli, quod sint circa eum locum aquæ frigidæ et calidæ multæ; nisi a putore potius, quod putidus sit odoribus sæpe ex sulfure et alumine.'

atque adventiciis copiis occupabunt. XXXII. Tunc illud Campanæ vexillum<sup>c</sup> coloniæ,<sup>10</sup> vehementer huic imperio timendum, Capuæ<sup>11</sup> a decemviris inferetur: tunc, contra hanc Romam, communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quæretur. 87. In id<sup>12</sup> oppidum homines nefarii rempublicam nostram transferre conantur, quo in oppido majores vestri<sup>13</sup> nullam omnino rempublicam esse voverunt: qui tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. Deleta Carthago est,<sup>14</sup> quod cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco, succincta portibus,<sup>15</sup> armata muris, excurrere ex Africa, imminere ita fructuosissimis<sup>16</sup> insulis populi Romani videbatur. Corinthi<sup>e</sup> vestigium vix relictum est: erat enim posita in angustiis atque in faucibus Græciæ sic, ut terra claustra locorum teneret, et duo maria,<sup>f</sup> maxime navigationi<sup>17</sup> diversa, pæne conjungeret, cum pertenui discrimine separarentur.<sup>18</sup> Hæc, quæ procul erant a conspectu imperii, non solum affligerunt, sed etiam, ne quando recreata exurgere



CAP. XXXII. 10 *Vexillum Camp. col.* Lamb. et Orell. e conjectura Laure-dani: *Camp. vexillum col.* Grnt. Verburg. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schntz. *exilium Camp. col.* χ ψ, Ven. 1483. Crat. Laured. *exitium Camp. col.* Junt. *Camp. exilium col.* Græv. In Erf. *auxilium.*—11 Mannt. Lamb. Oliv. Lall. e conjectura Laure-dani receperunt *Capuam*, ut est in C H S: *Capuæ* e Ms. Turnebi dederunt Ern. Beck. Weiske, Schntz. et Orell. *Capua ceteri.* Mox C H S χ *inferetur.*—12 Quinque Oxonn. Mss. omittunt *id* ante *oppidum.* Mox *nefarie* H S χ.—13 Erf. Ven. 1480. Junt. Lamb. et Orell. *maj. nostri*, ut Laure-danus conjecit.—14 In C H S χ *est* omittitur. Mox pro *cum* Schntz. tacite edidit *tum.*—15 *Al. portibus.*—16 Lamb. et Schntz. e conjectura Laure-dani atque Ant. Angustani receperunt *imminere Italiæ ac fruct.* Pantagathus correxit *imm. in fruct.* Gulielm. maluit *imm. situ fruct.* Cluverius It. Ant. iv. 5. p. 1176. hunc locum ita laudavit, *exc. ex Afr., et imm. fruc.* prob. Garaton.—17 Ern. censebat vocem *navigationi* spuriam esse. ‘Mollior sit oratio, si *navigationi* reponitur ante *duo maria.*’ Weiske.—18 Erf. Franc. Ms. Turnebi, quinque Oxonn. Mss. edd. Rom. Brix. Ven. 1483. Junt. Græv. Oliv. Lall.

## NOTE

<sup>c</sup> *Illud vexillum [illud exilium]* Metonymia pro exulum multitudine; quasi Capuam cives Romani mittantur in exilium.

<sup>d</sup> *Deleta Carthago est*] Vide superiorem orat. § 5. not.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>e</sup> *Corinthi*] Vide sup. orat. § 5. not.

<sup>f</sup> *Duo maria*] Ionium et Ægæum mare, quorum primum ad Italiam, secundum ad Asiam spectat: isthmo sex millibus passuum separantur.

*Cicero.*

4 H H

atque erigere<sup>19</sup> se possent, funditus, ut dixi, sustulerunt. 88. De Capua multum est et diu consultum:<sup>20</sup> extant literæ, Quirites, publicæ:<sup>1</sup> sunt senatusconsulta complura. Statuerunt homines sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe<sup>2</sup> consilium sustulissent, imaginem reipublicæ nullam reliquissent, nihil fore,<sup>3</sup> quod Capuam timeremus. Itaque hoc perscriptum<sup>4</sup> in monumentis veteribus reperietis, ut esset urbs, quæ res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset, ut esset locus comportandis<sup>5</sup> condendisque fructibus, ut aratores, cultu agrorum defessi, urbis domiciliis uterentur: idcirco illa ædificia non esse deleta. XXXIII. 89. Videat, quantum intervallum<sup>6</sup> sit interjectum inter majorum nostrorum consilia, et inter istorum hominum dementiam. [p. 84.] Illi Capuam, receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt: hi,<sup>7</sup> expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eandem Capuam sedem novæ reipublicæ constituunt, molem contra veterem rempublicam<sup>8</sup> comparant. Quodsi majores nostri<sup>9</sup> existimassent, quenquam in tam illustri imperio, et tam præclara populi Romani disciplina, Bruti<sup>10</sup> aut P. Rulli similem futurum, (hos enim nos duos adhuc vidimus,<sup>11</sup> qui hanc rempublicam Capuam totam transferre vellent) profecto nomen illius urbis non reliquissent. 90. Verum arbitrabantur, Corintho



*separentur.*—19 Quinque Oxonn. Mss. *eripere*.—20 Lamb. *consultatum*, ut volebat Ern. *dubitatum* Franc. et duo Mss. Turnebi.—1  $\chi$  *publice*.—2 Idem Ms. *illa urbe* sine præpositione.—3  $\chi$  *forte*.—4  $\psi$  *præscriptum*.—5 *Comparandis* Mss. plerique et edd. ante Lamb. qui cum edd. seqq. e conjectura Lauredani dedit *comportandis*, ut est in C H S.

CAP. XXXIII. 6 Vocab. *intervallum* Ernesto de glossemate suspectum est. Pro *interjectum* H et S *interrectum*;  $\chi$  *inter rectum*.—7  $\psi$  *his*.—8 Ursini Ms. *contra nostram remp.*—9 *Nostri* in C H S  $\chi$  deest.—10 Prænomen *M.* ante *Brutum* inseri jussit Laured. unde id addiderunt Manut. Grut. Oliv. Lall. Weiske, Schutz. et Orell.—11 *Vidimus* e conjectura Lauredani receperunt Lamb. Grut. Ern. Beck. Weiske, et Orell. *videmus* ceteri.—

#### NOTÆ

<sup>3</sup> *Bruti*] Brutus primus legem tulit de colonia Capuam deducenda.



et Carthagini,<sup>12</sup> etiamsi senatum et magistratus<sup>13</sup> sustulissent, agrumque civibus ademissent, tamen non defore, qui illa restituerent, atque qui<sup>14</sup> ante omnia commutarent, quam nos audire possemus: hic vero, in oculis senatus populique Romani, nihil posse existere, quod non ante exstingui atque opprimi posset, quam plane exortum<sup>15</sup> ac natum esset.<sup>16</sup> Neque vero ea res fefellit homines, divina mente et consilio præditos: nam post Q. Fulvium, Q. Fabium<sup>17</sup> consules, quibus consulibus<sup>h</sup> Capua devicta atque capta est, nihil est<sup>18</sup> in ea urbe contra hanc rempublicam, non dico factum, sed omnino excogitatum.<sup>19</sup> Multa postea bella gesta cum regibus, Philippo,<sup>i</sup> Antiocho,<sup>k</sup> Persa, Pseudophilippo,<sup>l</sup> Aristonico,<sup>m</sup> Mithridate,<sup>n</sup> et ceteris: multa præterea bella gravia, Carthaginensium,<sup>o</sup> Corinthium,<sup>p</sup> Numantium:<sup>q</sup> multæ in hac republica seditiones domes-



12 *Corinthi et Carthagini* χ, Franc. edd. Rom. Brix. Ven. 1483. et Græv. *Corinthi atque Carthagini* Ms. Turnebi.—13 *Magistratum* omnes Mss. et edd. præter Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. qui e conjectura Grævii ediderunt *magistratum*.—14 Ernestus qui deleri mavult. In ψ deest ante.—15 χ *exortum*.—16 C H S χ, Ven. 1480. 1483. omittunt *esset*, prob. Garaton.—17 H *Fabium*, sed in marg. ab eadem manu *Flaccum*. Lamb. e Liv. xxvi. l. coniecit legend. Cn. *Fulvium*, Cn. *Sulpicium*. Pantagathus legi voluit Q. *Fulvium*, Ap. *Claudium*. In C lacuna habetur post *consulem*, ac si aliquid deesset. Verba quibus *consulibus* in ψ desunt.—18 Verba *nihil est* non sunt in H.—19 *Sed nihil omnino excogitatum* Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Grut. *sed nihil omnino est cogitatum* ex Erf. dederunt Græv. Lall. Beck. et Orell. *sed omnino cogitatum*, e conjectura Lauredani, Lambinus 1566. Weiske et Schutz. Ceteri ut Ern. Vid. Nott. Varr.—20 *Carthaginensium* omnes Mss. et edd. præter Lamb. 1566. Beck. Schutz. et Orell. qui habent *Carthaginense*. Lau-

## NOTÆ

<sup>h</sup> *Quibus consulibus*] Dissentit a Livio, qui non a Q. Fulvio consule, sed ab eo proconsule, biennio ante captam fuisse Capuam scribit.

<sup>i</sup> *Philippo*] Philippus, et Persa filius; ille a T. Quintio Flaminio, hic a L. Æmilio Paulo victus est.

<sup>k</sup> *Antiocho*] Antiochus a L. Scipione, Majoris Africani fratre, superatus est.

<sup>l</sup> *Pseudophilippo*] Pseudophilippus in Macedonia a Q. Metello victus est.

<sup>m</sup> *Aristonico*] Aristonicus Attali ex

pellice filius fuit, et a M' Aquillio devictus.

<sup>n</sup> *Mithridate*] Hic a Sulla, Murena, Lucullo, et Pompeio superatus est.

<sup>o</sup> *Carthaginensium*] Tertium bellum, eversa Carthagine, Scipio Minor Africanus confecit.

<sup>p</sup> *Corinthium*] Corinthum L. Mummius delevit.

<sup>q</sup> *Numantium*] Urbs fuit Numantia Hispaniæ Tarraconensis, quæ fere annos viginti cum pop. Rom. bellum gessit, et tandem a Scipione

ticæ, quas prætermitto: bella cum sociis, Fregellanum,<sup>1</sup> Marsicum:<sup>2</sup> quibus omnibus domesticis externisque bellis Capua non modo non obfuit, sed opportunissimam se nobis<sup>2</sup> præbuit et ad bellum instruendum, et ad exercitus ornandos, et tectis ac sedibus suis recipiendos. 91. Homines non inerant in urbe, qui malis concionibus,<sup>3</sup> turbulentis senatusconsultis, iniquis imperiis rempublicam miscerent, et rerum novarum causam aliquam<sup>4</sup> quærent. Neque enim concionandi potestas erat cuiquam, nec consilii capiundi publici:<sup>5</sup> non gloriæ cupiditate efferebantur, propterea quod, ubi honos publice non est, ibi gloriæ cupiditas esse non potest: non contentione,<sup>6</sup> non ambitione discordes. Nihil enim supererat,<sup>7</sup> de quo certarent; nihil, quod contra peterent; nihil, ubi dissiderent.<sup>8</sup> Itaque illam Campanam arrogantiam,<sup>9</sup> atque intolerandam ferociam, ratione et consilio majores nostri<sup>10</sup> ad inertissimum et desidiosissimum otium perduxerunt. Sic et crudelitatis infamiam effugerunt,<sup>11</sup> quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt;<sup>12</sup> et multum in posterum providerunt, quod, nervis urbis omnibus exsectis,<sup>13</sup> urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt. XXXIV. 92. Hæc consilia<sup>14</sup> majorum M. Bruto, ut antea dixi, re-



red. et Lamb. legi maluerunt *Carthaginense III.*—1 C  $\chi$   $\psi$  *Flagellanum.*—2 C H S  $\chi$  *robis.*—3 C S  $\chi$   $\psi$  *conditionibus.*—4 In Erf. deest *aliquam.*—5  $\chi$  *capiendi cuiquam publ.*—6 Idem Ms. *contentione.*—7  $\chi$  *superat.*—8 Idem Ms. *ibi diss.*—9 C H  $\chi$   $\psi$  et Erf. *arrogantem.*—10 Verba *majores nostri* in  $\chi$  desunt.—11 Grnt. *fugerunt*, errore typographico, ut aiunt Garaton. et Orell.—12  $\chi$  *nunc sust.*—13 Mss. plerique, Ven. 1480. et 1483. *ejectis.* In Erf. *nervis omnibus urbe ejectis*: unde Garaton. scribi posse censebat, *nervis omnibus urbis exsectis.*

#### NOTÆ

Minori Africano, qui Carthaginem deleverat, capta et funditus eversa est. Vide *Florum* II. 18.

<sup>1</sup> *Fregellanum*] Fregella, seu Fregellæ, urbs Italiæ inter Formias et Sinuessam sita, non procul a Liri anne; quæ cum a Romanis defecisset, a L. Opinio excisa est.

<sup>2</sup> *Marsicum*] Quod et Sociale dictum est, et ideo Marsicum, quia a Marsis primo excitatum est. Vide supra § 81. not.

<sup>3</sup> *Exsectis*] Allegoria ab animalis corpore, cujus sensus, et motus, et vis omnis nervis continetur.

prehendenda,<sup>u</sup> et P.<sup>15</sup> Rullo visa sunt: neque te, P. Rulle, omina<sup>16</sup> illa M. Bruti<sup>17</sup> atque auspicia a simili furore deterrent. Nam et ipse, qui deduxit,<sup>x</sup> et qui magistratum Capuæ, ea lege creati,<sup>18</sup> ceperunt, et qui aliquam partem illius deductionis,<sup>19</sup> honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum<sup>20</sup> pœnas pertulerunt. Et quoniam Bruti atque temporis illius<sup>1</sup> feci mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi, cum venissem Capuam, coloniam deductam L. Considio<sup>2</sup> et Sext. Saltio (quemadmodum ipsi loquebantur) prætoribus; ut intelligatis,<sup>3</sup> quantam locus ipse afferat superbiam; quæ paucis diebus, quibus illo<sup>4</sup> colonia deducta fuit,<sup>4</sup> perspici atque intelligi potuit. 93. Nam primum,<sup>5</sup> (id quod dixi) cum ceteris in coloniis duumviri<sup>6</sup> appellentur, hi se prætores appellari volebant [p. 85.] Quibus primus annus<sup>7</sup> hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? Deinde anteibant<sup>8</sup> lictores, non cum bacillis,<sup>9</sup> sed, ut hic<sup>10</sup> prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus.<sup>y</sup> Erant

<sup>1</sup> *Illuc.*



CAP. XXXIV. 14  $\chi$  et  $\psi$  *Nec cons.*—15 C H S  $\chi$  omittunt prænomen ante *Rullo*. Mox, abest etiam ab edd. nonnullis ante *Rulle*.—16 Pro *omina* in H et S *omnia*; in C *oia*.—17 Post *Bruti* in C H S est spatium duarum circiter vocum, quasi quid desideraretur. In S non est lacuna, sed in marg. notatur, ‘Deficit.’—18 *Capua et locreanti* C H: *Capua et Leocranti* S: *Capuæ et Locreanti*  $\psi$ , Pith. Franc. Ms. Turnebi, Ven. 1483. *Capuæ locare ante Erf.* prob. Guilielm. *Capuæ et Lucinati* Junnt. *Capuæ et Leocranti*  $\chi$  et ed. Oliv. *Capuæ et Leocreanti* Crat. Hervag. Cam. Laured. Græv. Oliv. Weiske, et Orell. *Capuæ ea lege creati* e conjectura Manutii dederunt Grnt. Ern. Beck. Schutz. *Capuæ ab illo creati* Lall. e conjectura Grævii. Turnebus conjecit *Capuæ illo creante*; Augustinus, *Capuæ coloniæ creati*; Ursinus, *Capuæ ab eo creati*; Laured. atque Ferratius, *Capuæ et Tarenti*. Vid. Nott. Varr.—19 Pith. Franc. et quinque Oxonn. Mss. *deditionis*.—20 Franc. et Turn. *impiorum*.—1 *Illius temp.* edd. ante Grnt. cum Orell.—2 *Quinque Oxonn.* Mss. *Consio*.—3 H S  $\chi$  *intelligas*.—4 H *ded. sit*: S  $\chi$  *ded. sint*.—5  $\psi$  *Nam cum pr.*—6 Pro *duumviri* in C H  $\chi$  *divini viri*. Mox, pro *se pratores* C S  $\chi$   $\psi$  habent *se tores emptores*; H *sectores emptores*.—7 *Post annus*  $\chi$   $\psi$ , Ven. 1480. et 1483. addunt *cum*, prob. Garaton.—8  $\chi$  *anteibant*.—9 *Erf. bacillis*: nonnulli ap. Lamb. *batillis*. Cf. Hor. Sat. i. 5. 36.—10 Pro *hic* in Franc. *his*. Post *prætoribus* Pal. 2. et *Erf.* addunt *urbanis*. Mox *fascibus duabus* Franc.

#### NOTE

<sup>u</sup> *Reprehendenda*] Brutus et Rullus voluerunt colonias Capuam deducere.

<sup>x</sup> *Ipse qui deduxit*] Brutus, qui legem tulit, deduxit ipse coloniam.

<sup>y</sup> *Fascibus duobus*] In urbe duos lictores prætores habuerunt, sex in provinciis.

hostiæ majores<sup>a</sup> in foro constitutæ, quæ ab his prætoribus<sup>a</sup> de tribunali,<sup>11</sup> sicut a nobis consulibus de consilii sententia, probatæ,<sup>12</sup> ad præconem et ad tibicinem<sup>b</sup> immolabantur. Deinde patres conscripti<sup>13c</sup> vocabantur. Jam vero vultum Considii<sup>14</sup> videre, ferendum vix erat. Quem hominem, vegrandi<sup>15</sup> macie torridum, Romæ contemptum atque<sup>16</sup> abjectum videbamus, hunc Capnæ Campano supercilio<sup>17</sup> ac regio spiritu cum videremus,<sup>18</sup> Magios,<sup>d</sup> Blossios<sup>e</sup> mihi<sup>19</sup> videbar illos videre, ac Jubellios.<sup>f</sup> 94. Jam vero qui metus erat tunicatorum illorum!<sup>g</sup> et<sup>20</sup> in Albana et Seplasia,<sup>h</sup> quæ

~~~~~  
*facibus duabus* C S ψ, Pal. 1. 2. Pith. et Ven. 1480.—11 Lambinus legi jussit de tribunali. Vid. Nott. Varr. Mox in quinque Oxonn. Mss. a vobis.—12 Lamb. Ern. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz, et Orell. e conjectura Laudani dederunt *probatæ*, ut est in C H S. Ceteri *probatīs*. Pantagathus conjecit *probatā* legend., probante Ursino. Vid. Nott. Varr.—13 Pro patres conscripti in χ P. Catulus.—14 C H S χ Consilii. Tum *videri* H S χ. Pro *vix* erat in H et χ *jusserat*.—15 Pro *vegrandi* Mss. plerique et edd. ante Lamb. ut *grandi*. In ed. pr. et *grandi*. Nonnulli ap. Lamb. legerunt *vel grandi*, ant *videlicet torridum*. Pro *macie*, Weiske, e conjectura Ursini, recepit *facie*. Dein Passerat. et Puteanus legi jusserunt *horridum*. Pricæns ad Apuleium legendum censuit *retorridum*, prob. Jac. Gronov.—16 Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Beck. omittunt *atque*. Orell. uncis inclusit.—17 Mss. et edd. ante Vict. *præsidio*.—18 Pro *videremus* in ψ *adveheremus*. In Erf. Pall. quinque Oxonn. Mss. et edd. Ven. 1483. Junt. Crat. Hervag. deest *Magios*.—19 Pro *mihi* S habet *nisi*. Mox *Jubullios* H: *Jubellos* Pith. *Imbellos* C S χ

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Hostiæ majores*] Inter majores hostias fuere taurus, juveneus, vel alia id genus animalia, quæ uberius pasta nullam deformitatem haberent.

<sup>a</sup> *Quæ ab his prætoribus*] Ironice loquitur: cum tantum enim essent duumviri, se prætores nominabant.

<sup>b</sup> *Ad tibicinem*] In sacris tibicines adhibebantur, qui victimas præcedebant, ut Livius sæpe dicit.

<sup>c</sup> *Patres conscripti*] Romulus senatores nominavit, quos ad consultationes de republ. selegit: ii senes fere omnes erant: ex eorum auctoritate omnia agebat, hos et patres appellavit, nempe 'a curæ similitudine,' ut Sallustius ait in Catil. sed denique omnes uno patrum conscriptorum

nomine vocati sunt.

<sup>d</sup> *Magios*] Magius inter veteres Campanos celeberrimus fuit, qui solus Hannibalis societatem improbat. Vide Livium lib. XXIII.

<sup>e</sup> *Blossios*] Blossius Capnæ prætor fuit, cum fœdus illud sancitum est. Ibidem apud Livium.

<sup>f</sup> *Jubellios*] Jubellius Tanrea se ad pedes Flacci consulis interfecit. Vide Liv. lib. XXVIII.

<sup>g</sup> *Tunicatorum illorum*] Gerebant illi tunicas, quæ breviores togis erant; quibus peregrini utebantur, cum longiores togas Romani gestarent.

<sup>h</sup> *Albana et Seplasia*] Albana et Seplasia vici duo seu fora fuere, ubi maxime unguenta vendebantur.

conkursatio percontantium, quid prætor<sup>1</sup> edixisset! ubi cœnaret! quid enuntiasset!<sup>2</sup> Nos autem, hinc Roma<sup>1</sup> qui veneramus, jam non hospites,<sup>3</sup> sed peregrini atque advenæ nominabamur. XXXV. 95. Hæc qui prospexerint,<sup>4</sup> (majores nostros dico, Quirites) non eos in Deorum immortalium numero venerandos a nobis<sup>5</sup> et colendos putatis? Quid enim viderunt? Hoc, quod nunc vos, quæso, perspicite, atque cognoscite. Non ingenerantur hominibus mores<sup>k</sup> tam a stirpe<sup>6</sup> generis ac seminis, quam ex iis rebus, quæ ab ipsa natura loci, et a vitæ<sup>7</sup> consuetudine suppeditantur, quibus alimur<sup>8</sup> et vivimus. Carthaginenses fraudulentum et mendaces, non genere,<sup>9</sup> sed natura loci, quod, propter portus suos, multis et variis mercatorum et advenarum<sup>10</sup> sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur. Ligures<sup>l</sup> montani, duri<sup>m</sup> atque agrestes: docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura et magno labore



ψ.—20 Lamb. copulam omittit. Dein *Seblasia* H: *Seblaxia* C S χ ψ.—1 Loco prætor in C legitur *populo R.* Tum χ *edixisse*.—2 Pith. Pall. et edd. vett. quod *enuntiasset*. Gulielm. coniecit *quoi (cui) denuntiasset*, prob. Ernesto. Turnebus mavult *quid denuntiasset*. Mox, nonnulli ap. Laured. *Roma deleri jusserunt*.—3 In Pith. *tam non hosp.* Paulo post, *nominabatur* S: *nominabantur* C χ et Pith.

CAP. XXXV. 4 ψ *prospexerunt*: Turnebi Ms. *perspexerunt*, et mox *majores vestros*.—5 C S χ *a vobis*.—6 *Ex stirpe* Junt. *e stirpe* Lamb.—7 *Pro loci et a vitæ* C H S habent *bonis arita*; χ *bonis a vita*; ψ *bois arita*. In tribus Mss. ap. Laured. *ex ipsa natura bonis a vitæ consuetudine*: Ms. Turnebi *ab ipsa nat. nobis ad vitæ consuetudinem*: Franc. 1. 2. *ab ipsa nat. bonis ad vitæ consuetudinem*: Erf. Ven. 1480. 1483. Crat. *ab ipsa nat. bonis a vita cons.* Laured. *natura nobis ac vitæ consuetudine*. Garaton. legi vult *natura loci nobis ad vitæ consuetudinem*, cum Turnebo; aut, *ab ipsa nat. loci ad vitæ consuetudinem*. Schutz. et Orell. dederunt *ab ipsa nat. loci ad vitæ consuetudinem*.—8 C *alimus*.—9 Verba *non genere* in χ desunt.—10 Quinque Oxonn. Mss. omittunt verba

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Hinc Roma*] Tantus erat Capuanorum fastus, ut, qui Roma Capnam venirent, tanquam ex urbe ignobili adventare viderentur.

<sup>k</sup> *Ingenerantur hominibus mores*] Per inductionem Cicero ostendit ex natura loci et consuetudine mores ingenerari.

<sup>l</sup> *Ligures*] Ligurum alii littorei dicuntur, inter ostia Vari, et Galliam

Narbonensem, et Etruriam; alii Mediteranei, inter Apenninum montem et mare Ligusticum, ubi Mons Ferratus, magna pars Pedemontii, et Mediolanensis ducatus.

<sup>m</sup> *Duri*] Duri dicuntur, quia hæc gens bellorum laboribus fuit assueta; de qua sic canit Virgil. Georg. II. 'Assuetumque malo Lignrem.'

quæsitum. Campani semper superbi bonitate agrorum, et fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primum illa nata sunt;<sup>11</sup> arrogantia, quæ a majoribus nostris alterum Capua<sup>12</sup> consulem<sup>n</sup> postulavit; deinde ea luxuries, quæ ipsum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit. 96. Huc isti decemviri cum numerum colonorum<sup>13</sup> ex lege Rulli deduxerint,<sup>14</sup> centum decuriones,<sup>o</sup> decem augures,<sup>p</sup> sex pontifices<sup>q</sup> constituerint; quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam, in montibus positam<sup>r</sup> et convallibus, cœnaculis<sup>s</sup> sublatam atque suspensam, non optimis viis,<sup>15</sup> angustissimis semitis, præ sua Capua, planissimo in loco explicata, ac præ illis<sup>16</sup> semitis, irridebunt atque contemnent. Agros vero, Vaticanum,<sup>u</sup> et Pupiniam,<sup>17</sup> x cum suis

//////////

*et advenarum.*—11 Pro nata sunt, C habet apta sunt, omisso illa; H S ψ et nonnullæ edd. vett. apta sunt; χ et Ven. 1480. aperta sunt; Ms. Turnebi apta fuit; Pal. 2. capta sunt, quod in cæpta mutari posse Gruter. censet. Schutz. edidit nata fuit: Weiske e conjectura Schelleri nata sunt: primum arrog. Ceteri nata sunt. Tum qua a maj. C H S ψ, Hervag. Cam. Laured. Lamb. Oliv. Lall. Denique vestris C S χ.—12 C Capuam. In Pith. Capua consulere postularit.—13 In quinque Oxonn. Mss. armis modo colonorum, mediis omissis. Pro vulg. cum num. col. Mss. nonnulli et Ven. 1483. habent cum md colonorum; Junt. cum modo colonos. Mann. Lamb. Weiske, Schutz. et Orell. e conjectura Lauredani dederunt cum IOO colonorum. Gulielm. coniecit cum modum colonorum.—14 H deduxerit: χ deduxerunt. Mox H constituerunt.—15 Pro viis in Franc. et quinque Oxonn. Mss. legitur suis.—16 C H S χ pro illis.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Alterum consulem*] Bello Punico secundo Liv. lib. xxiiii. ait Capuanos petivisse ut alter consulum Capuæ esset, si rem Romanam adjuvari vellent.

<sup>o</sup> *Centum decuriones*] Qui vices Romani senatus gerent; sic enim aliarum urbium senatores vocabantur.

<sup>p</sup> *Decem augures*] Ad captanda auspicia.

<sup>q</sup> *Pontifices*] Ad sacra peragenda.

<sup>r</sup> *In montibus positam*] Septem Romæ montes sunt, Capitolinus, Quirinalis, Aventinus, Cælius, Viminalis,

Esquilinus, Janicularis.

<sup>s</sup> *Cœnaculis*] Cœnacula sunt altiora domus loca, ad quæ scalis ascenditur.

<sup>1</sup> *Non optimis viis*] Livius Romæ vicos inordinatos fuisse narrat lib. xxv. 'Cum enim urbe incensa et capta, F. Camilli consiliis impulsus denuo urbem ædificarent, festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum, omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant: ea causa est, ut forma urbis sit occupatæ magis, quam divisæ sive illis.'

<sup>u</sup> *Vaticanum*] Vaticanum collis fuit

opimis<sup>18</sup> atque uberibus campis conferendos<sup>19</sup> scilicet putabunt! Oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac, per risum ac per jocum, contendent: <sup>20</sup> Labicos,<sup>y</sup> Fidenas,<sup>z</sup> Collatiam,<sup>a</sup> ipsum hercle Lanuvium,<sup>1</sup> <sup>b</sup> Ariciam,<sup>c</sup> Tusculum,<sup>d</sup> cum Calibus,<sup>e</sup> Theano,<sup>2</sup> <sup>f</sup> Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeiis, Nuceria<sup>3</sup> comparabunt. 97. Quibus illi rebus elati et inflati, fortasse non continuo, sed certe, si paulum assumserint vetustatis<sup>4</sup> ac roboris, non continebuntur: progredientur<sup>5</sup> longius, efferentur. Singularis homo, privatus, nisi magna sapientia præditus,<sup>6</sup> vix facile

<sup>1</sup> Conferent.

//////////

Lamb. legi vult ac semitas pro suis illis riis. In Ven. 1480. legitur ac præ illius sem. Pro semitis Orell. suspicatus est *Septasiis* legend.—17 *Vaticantius et Pupinam* C S  $\chi$ : *Vaticantium et Pupinam* H. Pro *Pupiniam* in uno Ms. Paris. *Pupinianum*.—18 *Optimis* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. qui e conjectura *Lauredani* receperunt *opimis*. Mox *uberrimis*  $\chi$  et Ven. 1483.—19 C *conferendis*:  $\chi$  *conferendo*. Tum C *putabant*. Particulam *non ante putabunt* habent omnes Mss. et edd. præter Junt. *Laured. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell.*—20 C S  $\chi$   $\psi$  et edd. vett. *contement*. Pro *Labicos* in quinque Oxonn. Mss. *Vicos*; et sic Excerpta Pithæi.—1 *Lanuvium* C H S  $\psi$ : *Lavinium*  $\chi$  et Mss. nonnulli ap. Græv. non improbante Orellio. *ipsum Eracleianum* Erf.—2 *Trano* C H S  $\chi$ : *Teano* Beck. passim.—3 C  $\chi$  *Nuceria*. Tum *comparabuntur* C H S  $\chi$ : *non comparabunt* Manut. et Lamb. e conjectura *Lauredani*. Porro alii *Quibus illis rebus*.—4 C S  $\chi$   $\psi$  *venustatis*.—5 *Progredientur* C S  $\psi$ . In Erf. *progredientur cuncti secum ferentur*: unde Grævius legi jubet *progredientur longius, cunctique efferentur*, improb. Ernesto; et Orellius suspicatur *progredientur, cuncta secum ferent*. Pro *efferentur* in C *efferuntur*; in  $\psi$  *offeruntur*. Ern. legi maluit *et ferentur*: Wolfius conjecit *evitentur*, vel *evhentur*.—6 Verba nisi...

#### NOTÆ

non procul a Tiberi, conterminus Janiculo, vinum copiosum, sed parum laudatum gignens: a vaticiniis, teste Gellio, dictus est.

<sup>x</sup> *Pupiniam*] Pupinia ager in Latio est circa Tusculum, cujus solum sterile est, teste Val. Max.

<sup>y</sup> *Labicos*] Labicum, Italiæ oppidum, est situm in Latio.

<sup>z</sup> *Fidenas*] Fidenæ, et Fidena, urbs Latinorum mediterranea.

<sup>a</sup> *Collatiam*] Collatiæ oppidum, quod ait Livius in agro Sabinorum; at Plinius III. 3. cis Anienem in Latio collocat. Ab Albanis conditum creditur, et a Tarquinio Superbo restauratum.

<sup>b</sup> *Lanuvium*] Oppidum Latii, in Via Appia, ab urbe Roma 16. mill. pass. distans.

<sup>c</sup> *Ariciam*] Aricia Latii oppidum est, post Albanum montem, in Via Appia.

<sup>d</sup> *Tusculum*] Tusculum, Latii oppidum, arduo in colle situm, duodecimo ab urbe lapide (nunc *Frescoti*); ubi Tusculanum, villa Ciceronis celebratissima.

<sup>e</sup> *Calibus*] Cale, seu Cales, Campaniæ oppidum, cujus vinum laudat Horatius Carm. IV.

<sup>f</sup> *Theano, &c.*] De his superius dictum est.

sese<sup>7</sup> regionibus officii, magnis in fortunis et copiis, continet; <sup>8</sup> nedum isti, ab Rullo et Rulli similibus conquisiti atque electi coloni, Capuæ, in domicilio superbiam, atque in sedibus<sup>9</sup> luxuriæ collocati, non statim conquisituri sint aliquid sceleris et flagitii. [p. 86.] Immo vero etiam hoc magis, quam illi veteres germanique<sup>10</sup> Campani, quod in vetere fortuna illos natos<sup>10</sup> et educatos nimiam tamen rerum omnium copiam depravabant: hi,<sup>11</sup> ex summa egestate, in eandem rerum abundantiam traducti, non solum copia, verum etiam insolentia<sup>12</sup> commovebuntur.

XXXVI. 98. Hæc tu, P. Rulle, M. Bruti sceleris vestigia,<sup>5</sup> quam monumenta majorum sapientiæ sequi maluisti: hæc tu cum istis tuis actoribus<sup>12</sup> excogitasti, ut vetera

<sup>10</sup> Veri.

<sup>12</sup> Novitate.

//////////

*præditus* in H desunt. Pro *vix* in  $\chi$  *vis*.—7 C H  $\chi$  *facilis esset*, sed in marg. 'al. *facili scse.*' S *facilis sese*;  $\psi$  *facilis sese vix facilis esset*. In ed. Junt. deest *sese*.—8 Quinque Oxonn. Mss. et ed. Junt. *continetur*. Tum C et  $\chi$  *nedum*.—9  $\chi$  *atque sedibus* sine præpositione. Dein, pro *luxuriæ*, Erf. Franc. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Med. habent *luxuriosis*.—10 Lamb. *illos in vet. fort. natos*.—11 C et S *hic*. Mox  $\chi$  *eandemque*.

CAP. XXXVI. 12 Ms. Lauredani *auktionibus*, unde ipse conjecit *legend. auctoribus*, quam conjecturam receperunt Lamb. Grut. Oliv. Beck. Schütz. et Orell. Sic etiam legitur in S  $\chi$   $\psi$  et uno Ms. Paris. *Coactoribus* Junt. *actoribus* ceteri. Mox, 'Ut vetera *vectigalia*, &c.] Locus conelamatus, quia et Oxonn. aliqui et Ven. 1483. triginta minime literarum defectum sincere notant. Sic igitur Ven. 1483. Crat. cum Erf. Franc. H S  $\psi$ , Pall. *ut vet. vect. ea expleretis (exploretis* Erf. Franc. Ven. 1480.) *noxo* (lacuna Venetæ, H S  $\psi$ ) *Urbi ad cert. dign. opponere vis. Ut vet. vect. ea expleretis, novam urbi ad cert. dign. opponere vis* Junt. E Ms. Turnebi notatur *exploraretis*, quod non sine causa placuit Wolfio. *Ut vet. vect. venderetis et expleretis nova: Urbi Capuam ad cert. dign. opponere vis* Hervag. Cam. Steph. Laured. Grut. Græv. in quibus e conjectura accessisse videntur verba *venderetis* et *Capuam*. In hac lectione Laured. conjecit *expilaretis*, et probavit aliorum suspitionem *opponeretis* proculdubio recte legentium. Hinc Lamb. 1566. *ut vet. vect. venderetis, ut expilaretis nova; Urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis. Ut vet. vect. venderetis et expleretis nova; ut urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis* Ern. e conjectura, Beck. *ut vet. vect. venderetis, et exigeretis nova; ut urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis* Schütz. e conjectura. Inanibus his tentaminibus aliud supplementum e Turnebi Ms. et Juntina potissimum ductum; ego quoque proponere audebo, *ut vet. vect. expilaretis, novam exploraretis; ut novam urbem Urbi Capuam ad cert. dign. opponeretis*. Cf. Agrar. 1. § 16. et 18. Orell. Pro *venderetis* et . . . *certamen* C habet et, ceteris omissis;  $\chi$  *ea comple-*

#### NOTÆ

<sup>12</sup> M. Bruti sceleris vestigia] Brutus cere, et Campanum agrum a republico conatus est coloniam Capuam deducere, et Campanum agrum a republico transferre ad privatos.



vectigalia venderetis, et expleretis nova; <sup>h</sup> ut urbi <sup>v</sup> Capuam ad certamen dignitatis opponeretis; ut sub vestrum jus, jurisdictionem, potestatem, <sup>13</sup> urbes, nationes, provincias, liberos populos, reges, terrarum denique orbem <sup>14</sup> subjungeretis; ut, cum omnem pecuniam ex ærario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis, ab omnibus regibus, <sup>15</sup> gentibus, imperatoribus nostris coëgissetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum vestrum penderent; ut iidem partim invidiosos agros <sup>16</sup> a Sullanis possessoribus, partim desertos ac pestilentes a vestris necessariis, <sup>17</sup> a vobismetipsis emtos, quanti velletis, populo Romano induceretis; ut omnia municipia coloniasque Italiae novis colonis occuparetis; ut quibuscumque in locis vobis videretur, ac quam multis <sup>18</sup> videretur, colonias collocaretis; 99. ut omnem rempublicam vestris militibus, vestris urbibus, vestris præsidiiis cingeretis, atque oppressam teneretis; ut ipsum Cn. Pompeium, cujus præsidio <sup>19</sup> sæpissime populus Romanus contra acerrimos hostes et contra improbissimos cives victor <sup>20</sup> extitit, proscribere, atque horum conspectu privare possetis; ut nihil auro et argento violari, nihil numero et suffragiis declarari, nihil vi ac manu <sup>1</sup> perfringi posset, quod

<sup>v</sup> Romæ.

//////////

*retis novo.* Pro *opponeretis* in  $\chi$  *opponere jus*;  $\psi$  *opponere ejus vis*. Post *novo* in Franc. et Pal. 1. est lacuna.—13 *Quinque Oxonn. Mss. potestatis.* Mox, in iisdem deest *liberos*.—14  $\chi$  *urbem*.—15  $\psi$  *rebus*. Mox *ab imp. vestris coëg.* quinque Oxonn. Mss. Pro *tamen* Ms. Turnebi et Franc. habent *tum*, prob. Turnebo.—16 *H agris*.—17 *Quinque Oxonn. Mss. a nostris necess.* Tum *et a nobismet et ipsis* C S: *a nobismet ipsis*  $\psi$ : *et a vobismet ipsis* H, Erf. Franc. Mss. nonnulli ap. Laured. cum Junt. et Græv.—18 Beck. conjecit *multas legend.*—19  $\chi$  *omittit prasidio.* In Ven. 1480. *quavis prasidio.* Dein, pro *populus Romanus* C habet *reip.* H et S *remp.*—20 Pro *victor* in Erf. quinque Oxonn. Mss. et edd. vet. legitur *victorem*, iidemque verba *extitit, proscribere* non habent. Vict. Lamb. Hervag. Cam. *victor est, proscribere atque horum consp.* Maunt. e conjectura Lauredani recepit *victor crasit, proseribere, atque horum consp.* Ceteri ut Ern. Hunc locum esse corruptum censet Orell.—1 *Nihil elata manu* Hervag. Cam. Græv. Oliv. Lall. *nihil relata manu* Pith. Franc. *nihil relata manu* C  $\chi$ , Pal. 1. Ven. 1483. Crat. *vi et nihil relata manu*  $\psi$ : *nihil vel leta manu* Pal. 2. *nihil vel lecta manu* Ms. Lauredani: *nihil elata manu* Hervag. Cam. Græv. *nihil vi et facta manu* Lamb. *vi et manu* ex

#### NOTE

<sup>h</sup> *Expleretis nova*] Quæ nempe Pompeii victoriis reipub. comparata sunt.

non vos oppressum atque ereptum teneretis; ut volitaretis interea per gentes, per regna omnia, cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia; ut veniretis in castra Cn. Pompeii, atque ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis; ut interea magistratus reliquos,<sup>2</sup> legibus omnibus soluti, sine metu iudiciorum, sine periculo, petere possetis; ut nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere,<sup>3</sup> non senatus cogere, non consul<sup>4</sup> coercere, non tribunus plebis retinere posset.

100. Hæc ego vos concupiisse pro vestra stultitia atque intemperantia, non miror: sperasse,<sup>5</sup> me consule, assequi posse, demiror. Nam cum omnium consulum gravis in republica custodienda<sup>6</sup> cura ac diligentia debet esse, tum eorum maxime, qui non in cunabulis,<sup>7</sup> sed in Campo sunt<sup>7</sup> consules facti. Nulli populo Romano pro me majores mei sponponderunt: mihi creditum est: a me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis.<sup>8</sup> Quemadmodum, cum petebam, nulli me vobis auctores generis mei commendarunt; sic, si quid deliquero, nullæ sunt imagines,<sup>k</sup> quæ me a vobis deprecentur.<sup>9</sup> XXXVII. Quare, modo ut vita suppetat, (quanquam ego sum is, qui eam possim ab istorum scelere insidiisque defendere)<sup>10</sup> polliceor hoc vobis, Qui-



H et S dederunt Beck. Schütz. et Orell. Ceteri ut Ern. Gulielmius conjecit *nihilve lecta manu*; Putean. *nihil violenta manu*. Plura Lambinus proposuit, *nihil vi illata et manu*; *nihil vi et allata manu*; *nihil vi et dilecta manu*. Orellius, qui totum locum esse corruptum putat, conjecit, *ut nihil, quod auro et arg. viol., nihil, quod num. et suffr. debilitari, nihil, quod vi et manu perfr. posset, [id] non vos oppr., &c.* Vid. Nott. Varr. Porro pro *ereptum*, in  $\psi$  *erectum*.—2 H *magistr. aliquos*.—3 Ven. 1480. *vos educere*; et C H S  $\chi$  *nemo perducere*. Pro *senatus* quinque Oxonn. Mss. in *senatum*.—4 C H S *consules*. Dein H *tribunos*. Porro *possit omnes* Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura, cum Beck. Weiske, Schütz. et Orell. dedit *posset*.—5 Lamb. *sperare*.—6 C  $\chi$  *in re cust.*—7 Pro *sunt* in C H S  $\chi$  *fuit*. Tum C *consul facti*. Denique  $\chi$  *Nulla*.—8 C S  $\chi$  *debet*: H *debet*.—9 Edd. nonnullæ *quæ a me vobis depr.*

CAP. XXXVII. 10 Erf. *Quam rem modo si vita supp. quam ego sum is ab . . .*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Non in cunabulis*] Ait se non natalium splendore, sed populi beneficio, et virtute sua consulatum adeptum esse, adeoque sibi majorem esse curam adhibendam.

<sup>k</sup> *Nullæ sunt imagines*] Quia novus homo Cicero est, et suam habet a se nobilitatem; nullas habet, quibus illustretur, majorum imagines.

rites, bona fide: rempublicam vigilantium homini, non timido; diligenti, non ignavo commisit. 101. Ego is consul,<sup>11</sup> qui concionem metuam? qui tribunus<sup>12</sup> plebis perhorrescam?<sup>1</sup> qui sæpe et sine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si tribunus plebis duci iussisset?<sup>13</sup> Ego nondum<sup>14</sup> vestris armis armatus, insignibusque amplissimis ornatus, imperio, auctoritate, non horru in hunc locum<sup>m</sup> progredi, vobisque auctoribus impro-

//////////

*defendere*: hinc Schutz. e conjectura Grævii recepit *Quare, si vita supp.*; *modo ego sim is, qui eam possim ab . . . defendere*. In Ven. 1450. *Quare modo ut vita supp., quam ego ab . . . defendere*: Ven. 1483. *Crat. Quare modo ut vita supp., quam ego sum is qui ab . . . defendere*: Junt. *Quare, modo ut vita supp., quam ego, si quitero, ab . . . defendere*; et sic Orell. nisi quod dedit *defendam*. In Ms. Lauredani *Quare, modo ut vita supp., quam ego spero ab . . . defendere*: in altero ap. eund. *Quare, modo ut vita supp., quam ego ab ist. scel. summisque insidiis def.* in Ms. Egnatiano et aliis ap. Laured. *Quare, modo ut vita supp.: quanquam ego sum is ab . . . defendere*. Ms. Franc. *Quare, modo ut vita supp., quam ego sum is ab . . . defendere*: ed. Med. 1498. *Quare, modo ut vita supp., quam ego sum is qui ab . . . defendere*. Ceteri e conjectura Naugerii dederunt *Quare, modo ut vita supp.: quanquam ego sum is, qui eam possim ab . . . defendere*. Lauredanus coniecit, *Quare, modo ut vita supp., quam ego sum is qui ab . . . defendere*: Beckius legi mavult *quam ego sum is qui ab . . . defendam*; aut, *quam ego summis vigiliis ab . . . defendam*. Pro *quanquam* in quinque Oxonn. Mss. legitur *quam*: pro verbis *sum is qui eam possim* C S  $\chi$   $\psi$  *summ*; H *summ* *vigiliis*. [*Quare, modo, &c.*] Hæc in libris valde corrupta reperiuntur. Itaque et post *suppetat* lacuna fortasse facta est. Sic et seqq. *polliceor . . . commisit* manca et perturbata: nam post *polliceor* sequi debebat *vos commisit*. Et cur non potius *confirmit*? Videtur igitur post *bona fide* excidisse *quod pollicitus est*, ut et Ernesti monet. Weiske. In quinque Oxonn. Mss. et Ven. 1480. 1483. legitur *bonæ fidei remp.* Tum H *rigilantique*. Paulo post, *diligenti, non ignavo* in H  $\chi$  desunt: in C S  $\psi$  tantum legitur *diligenti*. Denique  $\chi$  et  $\psi$  *commisit*.—11 [*Ego is consul, &c.*] Hæc, et quæ sequuntur, Ciceronis non esse P. Manutius existimat. Laured.—12 H, Franc. et Ms. Turnebi *tribunum*; atque ita etiam ediderunt Græv. et Lalle.—13 Manutius mavult *jusserit*.—14 Pro *nondum* Pal. 1. Pith. quinque Oxonn. Mss. et edd. vett. habent *cum*; Pal. 2. *tum*; Franc. et Ms. ap. Turneb. *enim*; Wolff. vult *jam*. In Erf. deest. Deinde pro *horru* S  $\chi$   $\psi$ , Erf. Franc. Pall. Ms. ap. Turneb. atque edd. vett. *horreo*. Post *progredi* C S  $\chi$   $\psi$ , Erf. Franc. Pall. et edd. ante Lamb. addunt *posse*. Mox Pal. 1. et edd. pr. *resistere: nec vereor ne R. P.* Pal. 2. *resistere, vereor ne P. R.* In C S  $\chi$   $\psi$  *ne vereor*: in H et Ms. Turnebi *nec vereor*. Schutzius, qui suspicatur *imperii auctoritatis* legendum, e conjectura Lambini recepit *nunc vereor, ne tantis rei publicæ munitis præsidii, ab istis viri, aut opprimi possim?* Otellius e conjectura Beckii dedit *Ego enim vestris . . . non horru . . . progredi . . . vobisque . . . resistere; nec vereor . . . possit*, siue interrogatione. Putcanus coniecit *nunc vereor, tantis munitis præsidii, ne resp.*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Tribunos plebis perhorrescam*] Asserit Cicero se cum non esse qui tribunus seditiosos timeat, vel qui se abduci in carcerem sinat, ut Brutus

et Nasica coss. abducti sunt.

<sup>m</sup> *In hunc locum*] Rostra intelligit, ubi legem Manilianam jam suaserat, et unde hanc orationem ad populum ha-

bitati hominis resistere: nunc verear, ne respublica, tantis munita præsiidiis, ab istis vinci aut opprimi possit? Si antea timuissem, hac concione,<sup>15</sup> hoc populo, certe non vererer. Quis enim unquam tam secunda concione legem agrariam suavit, quam ego dissuasi? si hoc dissuadere est, ac non disturbare ac pervertere.<sup>16</sup> 102. Ex quo intelligi, Quirites, potest, nihil esse tam populare, quam id quod ego vobis in hunc annum consul popularis assero, pacem, tranquillitatem, otium. [*p.* 87.] Quæ, nobis designatis, timebatis,<sup>n</sup> ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisum sunt. Non modo vos eritis in otio, qui semper esse volueritis,<sup>17</sup> verum etiam istos, quibus otiosi negotium<sup>18</sup> facessimus, otiosissimos reddam.<sup>o</sup> Etenim illis honores, potestates, divitiæ, ex tumultu atque ex<sup>19</sup> dissensionibus civium comparari solent: vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, honos<sup>20</sup> in judiciis et æquitate magistratus,<sup>1</sup> et res familiares in pace, omni



*ab istis vinci aut oppr. possit?* Pro *possit* C S  $\chi$   $\psi$  habent *posset*.—15 Ante *hac concione* quinque Oxonn. Mss. et edd. vet. cum Beck. et Orell. addunt *tamen*.—16 Junt. Lamb. Weiske, et Orell. *dist. atque perv.*—17 Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. *volueratis*: Grævius cum edd. seqq. e Pith. Franc. et Ms. Laurendani edidit *volueritis*. ‘Anribus Germanicis aptius foret *voluistis*.’ Ern.—18 Pro *negotium* Erf. Franc. Pall. quinque Oxonn. Mss. et edd. vet. habent *otium*. Tum *fecissemus* edd. omnes ante Lamb. qui e Sigonij conjectura, a Pith. confirmita, dedit *faecissimus*; et sic edd. seqq. Schutz. e conjectura dedit *qui vobis otiosis negotium facesserint*. Grævius malit *qui nobis negotium facessunt*, aut *facessissent*: Ern. coniecit *qui otiosis negotium facessunt*; et Wolff. *quibus otiosi odium fecissemus*. Dein *otiosos redd.* Erf. atque *otiosos redd.* Pal. 2. atque *otiosissimos redd.* C H S  $\psi$  et Ven. 1483.—19 In  $\chi$  deest *ex*.—20 Pro *honos* Ven. 1480. habet *hoc*; Franc. Pith. Pall. et quinque Oxonn. Mss. *hos*: Grævius mavult *salus*, prob. Ern.—1 Pro *magistratus* Lamb. 1566. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. e conjectura Laurendani dederunt *magistratum*, ut volebat Grævius, prob. Ern. Pro *magistr. et res* C S  $\chi$   $\psi$ , Franc. Pall. Ms. Turnebi, Mss. Laurendani, et edd. vet. habent *magnos timores*; Pith. *magnos honores*. Manutius, Laurendanus, Lambinus, Weiske, et Orellius deleverunt copulam ante *res*. In ed. Junt. totus locus ita legitur, *honos in judiciis et æquitate, magistratus et*

## NOTE

bebat.

\* *Designatis, timebatis*] Timebant plerique, cum Cicero novus esset homo, adeoque multos haberet inimicos, ne in republ. seditiones a com-

petitoribus excitarentur.

o *Otiosissimos reddam*] Pollicetur reipub. otium, impediendo videlicet ne respub. ab iis perturbetur, qui obsistere ejus dignitati voluerunt.

ratione otium tenere debetis. 103. Nam, si ii,<sup>2</sup> qui propter desidiam in otio vivunt, tamen in sua turpi inertia capiunt voluptatem; sub ipso otio, quo vos fortunam regitis, si hunc statum, quem habetis, esse meliorem non ignoratis, non ut quæsitum,<sup>3</sup> sed vita partum, otium tenueritis. Quod ego et concordia,<sup>4</sup> quam mihi constitui cum collega,<sup>p</sup> (invitissimis<sup>5</sup> iis hominibus, quos in consulatu

//////////

*res familiaris in pace.* Mox Pith. *retinere deb.*—2 Pro verbis *Nam si ii* in C et  $\chi$  legitur *Tametsi ei*; H et Pith. *Tametsi hi*; S *Nam et si ei*;  $\psi$  *Nam tametsi ei*; Pal. 1. et Franc. *Nam etsi ei*; Pal. 2. *Tamen si hi*; edd. vett. *Nam ctsi hi*, aut *Nam etsi ii*.—3 'Esse meliorem non ignoratis, non ut quæsitum] C  $\chi$  esse non ignoravi non quæsitum: H esse non ignoravi quæsitum: S esse non ignoravi an quæsitum:  $\psi$  esse non ignoravi an non quæsitum: Ms. Franc. esse non ignoramini an quæsitum sed vita partum ot. ten. Pro verbis *esse mel. non ign.* ex Pith. affertur *non ignoravi esse*; ex Pal. 2. et ed. pr. *esse et ignoravi*. Pro verbis *non ut quæs. sed* ex Pal. 1. *an quæsitum sed*; ex Pal. 2. et ed. pr. *non quæsitum sed, &c.* Ms. Turneb. ita exhibet, *si nunc statum quem habetis, esse non ignoratis ante quæsitum, sed vita artum, otium tenueritis*. Nonnulli critici, auctore Lauredano, legunt *non ignavia quæs., sed vita partum*; alii *non ut quæsitum, sed ut partum ot. . . .* Legendum, *vos qui hunc statum, quem hab. mel. esse non ign., non ignavia quæsitum, sed virtute partum otium ten.* Verba *sub ipso otio quo fort. reg. glossatori adscripsi.* Beck. unde Schutz. edidit *voluptatem: vos qui hunc statum, quem habetis, esse meliorem non ignoratis, hoc ipso fortunam tegetis, si non ignavia quæsitum, sed virtute partum otium tenueritis*. Vid. Nott. Varr.—4 Ms. Egnatianus, Ms. Lauredani, Med. 1472. et Lamb. *ex concordia*.—5 Pro *invitissimis* in  $\psi$  *inimicissimis*. 'Post iis C addit esse, sed  $\chi$   $\psi$  esse pro iis scribunt. Pal. 1. *invitissimis iis esse hom. quos vos in cons. inimico esse et corporis jactibus providi*: Pal. 2. *invictissimus esse hominibus quos vos in cons. inimico esse et corporibus actibus providi*: atque iis fere similia legi in edd. vett. ostendit Gruter. In Erf. *invictissimis esse hominibus quos vos in consulatu inimico esse et corporis actibus providi*. Prior ed. Ven. 1480. *invitissimis his esse hom. quos vos in cons. inimicos esse et corporis actibus providi omnibus prospexi sane. Revocavi idem trib. pl. denunciari, quid . . . constarent*. Ed. Ven. sec. (1483.) a vulg. lectione, quæ Nangerio debetur, in his tantum recedit, *quos vos in cons. inimice esse et corporis et actibus prævidi omnibus prospexi sane revocari.* Beck. 'Quos in cons. inimicos] C quos vos in in (sic) consu inimice cum spatio exigno: H quo vos in eos inimicos: S  $\psi$  vos quos in consulatu inimice:  $\chi$  quos vos in cons. inimicæ. Vetus liber ap. Turneb. (ut etiam Pith. Franc. Pal. 1.) *quos vos in consulatu*; unde Turnebus conjecit *quos rideo in consulatu.* Idem. 'Inimicos esse et animis et corp. actibus] Pal. 1. et Pith. *inimicos esse corporis jactibus*: Franc. *inimicos esse et corporis jactibus*. In Pith. tamen *actibus* legitur. Verba *animis et* in CS  $\chi$   $\psi$  desunt. Pro *corporis*  $\psi$  habet *corporibus et. . .* Pro *animis* Oliv. ex Lamb. affert *animi*. *Actibus* Turnebo suspectum est, neque enim Ciceronem *actus* dixisse. Itaque conjecit *et animi et corporis artibus*. Lambinus in notis dicit se reposuisse *acie*, amicum autem quendam ipsius maluisse *aciebus*. Et ante *revocari* in Pith. et quinque codd. Oxonn. deest. Lambinus auctor est, pro *revocari* in nonnullis Mss.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Cum collega*] Antonius collega picenti Macedoniam concessit. erat Ciceronis in consulatu, cui cu-

inimicos esse et animis, et corporis actibus, providi) omnibus prospexi sane, et revocavi. Idem tribunis<sup>6</sup> plebis denuntiavi, ne quid turbulenti, me consule, conflarent. Summum et firmissimum est illud communibus<sup>7</sup> fortunæ præsidium, Quirites, ut, quales vos hodierno die<sup>8</sup> maxima concione mihi pro salute vestra præbueris, tales reliquis temporibus reipublicæ<sup>9</sup> præbeatis. Pro certo polliceor<sup>10</sup> hoc vobis, atque confirmo, me esse perfecturum, ut jam tandem illi, qui honori inviderunt<sup>11</sup> meo, tamen vos universos in consule deligendo plurimum vidisse fateantur.<sup>12</sup>



legi (nescio tamen quibus) rogavit, se reposuisse præcari.' Idem. In Ms. Bergeri *invitissimis iis hominibus, quos in cons. communes inimicos esse, et animi et corporis viribus providit: omnibus prospexi sane et rogavi.* Beckius conjecit legend. *invitissimis iis hom., quos in cons. inimicos et animis et corporibus prævidi, omnibus sane revocari.* Schutzius e conjectura totum locum sic constituit, *invitissimis iis hominibus, quos in cons. nobis inimicos fore et animis, et corporibus, prævidi: et ceteris rebus omnibus prospexi sane et revocari.* Vulg. ut Ern. Vid. Nott. Varr.—6 Ed. Mann. *tribunus.* Mox *ne ante quid* e conjectura Lanredani et Turnebi addiderunt Lamb. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Ceteri omittunt. Dein C S  $\chi$   $\psi$  *constarent.*—7 Pro *communibus*  $\chi$  habet *omnibus.*—8 C H S *hodierna die.* Mox  $\chi$  *tribuistis.*—9 Pro *reipublicæ* in C, edd. Med. Ald. Vict. Crat. *populi R. vel populi Romani:* alii Mss. et edd. vett. P. R. Hervag. Laured. Grut. Oliv. *populo Romano:* Junt. Lamb. Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *reipublicæ,* ut volebat Lanredanus.—10 Pro *certo repeto poll.* S: *Pro certo reperto poll.,*  $\chi$ , Pal. 2. Erf. *Pro certo repeto poll.*  $\psi$ : *Pro certo, reperto, poll.* Ven. 1483, prob. Garaton.—11 *Inviderunt* non est in  $\chi$ , qui pro *tamen* habet *tum.*—12 Post *fateantur* C addit *Finis.* In C et S legitur *Explicit liber II. de lege Agraria. Incipit tertius.*

M. TULLII CICERONIS,  
DE LEGE AGRARIA,  
CONTRA P. SERVILIUM RULLUM,  
TRIBUNUM PLEBIS,  
AD POPULUM,  
ORATIO XVII.

---

I. 1. COMMODIUS<sup>a</sup> fecissent tribuni plebis,<sup>a</sup> Quirites, si, quæ apud vos de<sup>1</sup> me detulerunt, ea coram potius, me præsentem, dixissent: nam et æquitatem vestræ disceptationis,<sup>b</sup> et consuetudinem superiorum,<sup>b</sup> et jus suæ potestatis retinuissent. Sed quoniam adhuc præsens certamen contentionemque<sup>2</sup> fugerunt; nunc, si videtur eis, in meam concionem prodeant, et, quo provocati a me venire noluerunt,<sup>3</sup> revocati saltem revertantur. 2. Video quosdam, Quirites, strepitu significare nescio quid, et non eosdem vultus,<sup>4</sup> quos

<sup>a</sup> *Rectius.*

<sup>b</sup> *Deliberationis.*



CAP. I. 1 Ab Erf. abest *de ante me*. Tum C *ferunt*: Lamb. Ern. Beck. Schutz. *detulerunt*, ut Boulietius (1562.) volebat. Ceteri *deferunt*. Cujacius scribi mavult *disserunt*.—2  $\chi$  *contentionem sine copula que*.—3  $\chi$  *voluerunt*.—

NOTÆ

<sup>a</sup> *Tribuni plebis*] Rullum arguit imprudentiæ, qui de Cicerone absente conqueritur, cum publice id apud populum facere potuisset.

<sup>b</sup> *Superiorum*] Tribunorum plebis consuetudinem servasset, quorum est apud populum agere.

proxima mea concione præbuerunt,<sup>5</sup> in hanc concionem mihi retulisse.<sup>6</sup> Quare a vobis, qui nihil de me credidistis, ut eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis, peto: a vobis autem, quos leviter immutatos<sup>7</sup> esse sentio, parvam exigui temporis usuram bonæ de me opinionis postulo, ut eam, si, quæ dixero, vobis probaro,<sup>8</sup> perpetuo retineatis; sin aliter, hoc ipso in loco depositam atque abjectam relinquatis. 3. Completi sunt animi auresque vestræ, Quirites, me gratificantem septem tyrannis,<sup>c</sup> ceterisque Sullanarum assignationum<sup>d</sup> possessoribus, agrariæ legi et commodis vestris obsistere. Hæc si qui crediderunt, illud prius crediderint necesse est,<sup>9</sup> hac lege agraria, quæ promulgata sit, adimi Sullanos agros, vobisque dividi, aut denique minui privatorum possessiones, ut in eas vos deducamini. [p. 88.] Si ostendo, non modo non<sup>10</sup> adimi cuiquam glebam de Sullanis agris, sed etiam<sup>11</sup> genus id agrorum certo capite legis impudentissime<sup>e</sup> confirmari atque sanciri;<sup>12</sup> si doceo, agris his,<sup>13</sup> qui a Sulla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, ut facile appareat, eam legem, non a vestrorum commodorum patrono, sed a Valgii genero<sup>14f</sup> esse conscriptam; num quid est causæ, Quirites,<sup>15</sup> quin illa criminatione, qua in me absen-

//////////

4 Idem Ms. *vultis*.—5 Beck. *tacite præbuerant*.—6 C et  $\chi$  *præbuisse*.—7 C H S  $\chi$  *inritatos*.—8 Pro vulg. *probabo* Ern. e conjectura cum Beck. et Schutz. dedit *probabo*.—9  $\chi$  *Hæc si cred., illud prius crediderint. Necesse est*.—10 Non ante *adimi* in  $\chi$  deest.—11 C omittit *etiam*.—12 Pal. 2. et Cujac. *sanari*.—13 Ven. 1183. Junt. Laured. Lamb. et Orell. *agris iis*. Tum qui *Syllæ* S  $\chi$ : qui *Syllæ* C.—14 H a *Vulgi genero*: C S  $\chi$  a *Vulgi genere*.—15 C H S  $\chi$  omittunt *Quirites*. A Pith. abest *quin*.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *Septem tyrannis*] Septem potissimum invidia laborabant, quod maximas a Sulla possessiones obtinuerunt; tres potissimum suspecti fuere, Crassus, Faustus, et Metellus. De aliis nihil scriptum invenitur.

<sup>d</sup> *Sullanarum assignationum*] Sulla 47. legionibus agros proscriptorum assignavit. Vide Livium, l. LXXXIX.

<sup>e</sup> *Impudentissime*] Ex capite legis suæ Rullus proscriptiones agrorum

factas a Sulla confirmat contra populi commoda, quæ se defendere proficitur Cicero.

<sup>f</sup> *Valgii genero*] Vult ostendere Cicero, Rullum tribunum plebis non tam ad reipub. quam ad Valgii commoda attendisse, 'qui,' ut dixit superiori oratione, 'tantum agri in illis reipub. tenebris occupavit, quantum concupivit.'



tem usus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam prudentiamque despexerit?

II. 4. Caput<sup>16</sup> est legis<sup>g</sup> XL, de quo ego consulto, Quirites, neque apud vos ante feci mentionem, ne aut refricare<sup>h</sup> obductam<sup>17</sup> jam reipublicæ cicatricem viderer, aut aliquid,<sup>18</sup> alienissimo tempore, novæ dissensionis commovere. Neque vero nunc ideo disputabo, quod hunc statum reipublicæ<sup>19</sup> non magnopere defendendum putem; præsertim, qui otii et concordiæ patronum me in hunc annum reipublicæ professus sim; sed ut doceam Rullum, posthac in his<sup>20</sup> saltem tacere rebus, in quibus de se et de suis factis taceri velit. 5. Omnium legum iniquissimam dissimillinamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus, interrex,<sup>i</sup> de Sulla tulit, ut omnia, quæcumque ille fecisset, essent rata. Nam cum ceteris in civitatibus, tyrannis institutis, leges omnes extinguantur atque tollantur, hic reipublicæ tyrannum lege constituit. Est invidiosa lex, sicut dixi; verumtamen habet excusationem: non enim videtur hominis lex esse, sed temporis.<sup>k</sup> 6. Quid, si est hæc multo impudentior?<sup>1</sup> Nam Valeria lege Corneliisque legibus eripitur, cum datur;<sup>2</sup><sup>1</sup> conjungitur impudens grati-

//////////

CAP. II. 16 C et S *Caput*.—17  $\chi$  *referre abductam*: C S *refr. abductam*.—18  $\chi$  *ut aliq.*—19 *Pro reipublicæ*, quia superfluum est, Laured. et Lamb. *populo Romano*, Gulielm. *publice* rescribi maluerunt. Ern. antem pro glossem. habet. Dein *confessus sim* C H S  $\chi$  et edd. ante Manut.—20 Laured. et Orell. *in iis*.—1 H S  $\chi$  *est hoc*; et C H S *multo imprudentior*.—2 C H S  $\chi$ , Franc. Cujac. Pall. et Mss. nonnulli ap. Laured. atque edd. vett. *erip.*, *cui datur*: alii ap. Laured. *cum erip. datur*: Pith. et Erf. *erip. civi datur*; unde Grævius conjecit Ciceronem scripsisse *eripitur civi, civi datur*. Orell., qui censet locum esse corruptum, conjecit *eripitur, datur*; vel *eripitur huic, illi*

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Legis*] Servilium legem intelligit, quæ a Servilio Rullo lata est.

<sup>h</sup> *Refricare*] Per allegoriam a plagis sumtam, significat bellorum civilium, quæ vix extinctæ sunt, calamitates.

<sup>i</sup> *L. Flaccus, interrex*] Interrex duabus de causis creabatur; aut, ut demortui regis locum teneret, dum alius crearetur; aut, ut, dissidente

populo, novi consules crearentur. Flaccus autem ille interrex creatus, ut novi consules in locum Carbonis et Marii interfectorum eligerentur, tulit, ut Sulla perpetuus dictator esset in repub. ut exortos tot motus compesceret.

<sup>k</sup> *Sed temporis*] Lex illa plane servit tempori.

<sup>1</sup> *Eripitur, cum datur*] Nempe cum

ficatio cum acerba injuria : sed tamen habet in <sup>3</sup> illis legibus spem nonnullam ille, cui ademptus est; <sup>4m</sup> aliquem scrupulum, cui datus est. Rulli cautio est hæc, 'Quæ <sup>5</sup> post C. Marium, <sup>6</sup> Cn. Papium, consules.' Quam <sup>6</sup> procul a suspicione fugit, <sup>9</sup> quod eos consules, qui adversarii Sullæ maxime fuerunt, potissimum nominavit? Si enim Sullam dictatorem nominasset; perspicuum fore et <sup>7</sup> invidiosum arbitratus est. Sed quem vestrum <sup>8</sup> tam tardo ingenio fore putavit, cui post eos consules, Sullam dictatorem fuisse, in mentem venire non posset? 7. Quid ergo ait Marianus tribunus <sup>p</sup> plebis, qui nos <sup>9</sup> Sullanos <sup>9</sup> in invidiam rapit? 'Quæ <sup>10r</sup> post Marium et Carbonem, consules, agros, <sup>11</sup> ædificia, lacus, stagna, loca, possessiones, (cælum et mare prætermisit, <sup>5</sup> cetera complexus est) publice data, assignata, vendita, concessa sunt.' A quo, Rulle? Post Marium et Carbonem consules quis assignavit? quis dedit? quis concessit, <sup>12</sup> præter Sullam? 'Ea omnia eo jure sint'... Quo



datur.—3 Pro habet in C H S χ Pall. Erf. Franc. Pith. Ms. Turnebi et edd. vett. exhibent *inhibet*. 'Schutzii si auctoritatem haberem, illico recepissem *imbibit illis leg.*' Orell. qui locum ut corruptum notavit. Mox, in Mss. plerisque et edd. ante Laured. deest *ille*.—4 χ *adeptus est*. Puteanus legi maluit *ademptum est*... datum est.—5 H et χ *qui*.—6 C H S χ *Quinam*.—7 Copula ante *invidiosum* in χ deest.—8 *Nostrum* Pal. 2. et Cnjac.—9 C H S χ *vos*.—10 Mss. iidem cum Pith. *Qui*.—11 *Agri* e Franc. et Ms. Turnebi receperunt Græv. Beck. Schutz. et Orell. Ceteri *agros*. Vid. Nott. Varr. Mox, Turnebus, *Advers.* xxv. 16. emendandum putavit *possessiones publicæ, cælum, &c.*—12 Lamb. e conjectura Puteani edidit *quis assign. ? quis dedit ? quis vendi-*

#### NOTE

agros suis largitur Sulla, eripit eos suis dominis, ut aliis det.

<sup>m</sup> *Cui ademptus est*] Subauditur ager, vel fundus.

<sup>n</sup> *Quæ post C. Marium*] Verba legis sunt. Marius junior et C. Papius Sullæ fuere inimici; hi vero annu duntaxat Sullæ dictaturam præcedunt.

<sup>o</sup> *A suspicione fugit*] Ne quis Rullo Sullanos agros confirmari et sanciri putaret, non ipse dixit post Sullam dictatorem, sed post Marium et C. Papium.

<sup>p</sup> *Marianus tribunus*] Ironice loqui-

tur: nam ita fuit ille Rullus Sullæ addictus, ut quæ dictator ille dederat, concesserit, et lege sua firmaverit.

<sup>q</sup> *Nos Sullanos*] Rullus, ut frandes suas tegat, Sullanum Ciceronem vocat; atque in utraque appellatione turpissime mentitur.

<sup>r</sup> *Quæ, &c.*] Verba legis sunt.

<sup>s</sup> *Cælum et mare prætermisit*] Iniquitatem illius legis ostendit, quæ omnia quæ prorsus concedi possunt, Sullæ permisit: restabat id unice, ut cælum et mare daret.

jure? labefactat<sup>t</sup> videlicet nescio quid. Nimum acer,<sup>13</sup> nimum vehemens tribunus plebis Sullana<sup>14</sup> rescindit. 'Ut quæ<sup>15</sup> optimo jure privata sint.' Etiamne meliore, quam paterna et avita? meliore.<sup>16</sup> 8. At hoc Valeria lex non dicit: Corneliæ leges non sanciant: Sulla ipse non postulat. Si isti agri partem aliquam juris,<sup>u</sup> aliquam similitudinem propriæ possessionis, aliquam spem<sup>17</sup> diuturnitatis attingunt; nemo est tam imprudens<sup>18</sup> istorum, quin agi secum<sup>x</sup> præclare arbitretur. Tu vero, Rulle, quid quæris? Quod habent, ut habeant? quis vetat? ut privatum?<sup>19y</sup> At ita latum est, ut melior tui soceri fundus Irpinus<sup>z</sup> sit, sive ager Irpinus,<sup>20</sup> (totum enim possidet) quam meus paternus avitusque fundus Arpinas.<sup>a</sup> 9. Id enim caves.<sup>b</sup> Optimo enim jure ea sunt profecto prædia, quæ optima conditione sunt. Libera meliore jure sunt, quam serva.<sup>c</sup> Capite hoc omnia, quæ serviebant, non servient. [p. 89.] Soluta meliore in causa sunt, quam obligata: <sup>1</sup> eodem

*dit? quis conc.*—13 χ, Ven. 1480. 1483. *acre.*—14 Sullanus Pith. Sillanis Pal. 2. Sullæ acta maluit Gulielm.—15 Lamb. Quo quæ, omisso Ut. Dein Turnebus legi maluit *privata sunt.*—16 Meliore post Avita in χ deest.—17 Al. *speciem.*—18 Crat. Laured. Lamb. Grut. Lall. *impudens.*—19 Pith. *Ut privatim:* al. *Et ut privatum.* Post *privatum* nonnulli, non interrogandi signum, sed punctum ponunt, ut sit Rulli responsum. Dein *Sed ita latum est* Mss. plerique et edd. ante Lamb. cum Orell. Ceteri *At ita latum est* e conjectura Lauredani. Ern. conjecit *At id ita latum est.*—20 Junt. et Orell. *Hirpinus.*—1 *Quam non obl.* C H χ: *quæ non obl.* S. Mox, pro vulg. *obligata* in C H

## NOTE

<sup>t</sup> *Labefactat*] Possessiones a Sulla assignatas ironice labefactare dicit.

<sup>u</sup> *Partem aliquam juris*] Nullam juris partem habent possessiones a Sulla datæ, quia injuste eas dedit.

<sup>x</sup> *Quin agi secum*] Id est, sed res non ita se habet; nam isti agri concessi sunt contra jus omne: non sunt igitur vere possessi, nec diuturna potest eorum esse possessio: ergo Rullus est iniquior, qui, quod quisque habet, habere vult.

<sup>y</sup> *Ut privatum*] Id est, ut habeant quasi rem privatam. Rullus vero eos agros longe meliori conditione habere vult.

<sup>z</sup> *Fundus Irpinus*] Irpini populi sunt ad Soractem montem, dicti ab Irpo, quo nomine Samnites Lupum appellant; seu quod Lupum secuti ducem, sedes suas ibi delegerunt; seu quod more luporum, ex rapto viverent.

<sup>a</sup> *Fundus Arpinas*] Arpinas ab Arpino oppido in Volscis, Ciceronis patria.

<sup>b</sup> *Caves*] Nempe iis verbis, 'ut quæ optimo jure privata sunt: non enim omnia optimo jure privata sunt.'

<sup>c</sup> *Quam serva*] Quæ serva sunt, neque libera, publice vectigal aliquod pensant.

capite obligata omnia, si modo Sullana sunt, liberabuntur.<sup>2</sup> Immunia commodiore conditione sint,<sup>3</sup> quam illa, quæ pensitant: ego Tusculanis pro aqua Crabra<sup>4d</sup> vectigal pendam, quia a municipio fundum accepi: si a Sulla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. III. 10. Video vos, Quirites, sicuti res ipsa cogit, commoveri<sup>5</sup> vel legis vel orationis impudentia; legis,<sup>6</sup> quæ jus melius Sullanis prædiis constituat, quam paternis; orationis, quæ ejusmodi causa<sup>e</sup> insimulare quenquam audeat, rationes Sullæ nimium vehementer defendere. At si illa solum sanciret, quæ a Sulla essent data, tacerem; modo ipse se Sullanum esse confiteretur. Sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit; et is, qui a me Sullanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit, verum ipse novas assignationes instituit, et repentinus Sulla nobis exoritur.<sup>f</sup> II. Nam attendite, quantas concessionem agrorum hic noster<sup>7</sup> objurgator uno verbo facere conetur. 'Quæ data, donata, concessa, vendita.' Patior. Audio: quid deinde? 'Possessa.' Hæc<sup>8</sup> tribunus plebis promulgare ausus est, ut, quod quisque post Marium et Carbonem consules possidet,<sup>9</sup> id eo jure teneret,

S χ, Cujac. Pall. et edd. vett. cum Orell. *subsignata*: Franc. *obsignata*. In Ms. Turnebi *ead. cap. nota obsignata omnia*.—2 Ern. e conj. cum Beck. et Schutz. dedit *liberabuntur*. Ceteri *liberantur*.—3 *Sunt* omnes edd. præter Lamb. Grut. Græv. Oliv. Ern. qui habent *sint*, errore typographico, ut ait Beckius.—4 Mss. nonnulli et edd. vett. *crebra*. Mox, pro *quia* Mss. plerique et Orell. habent *qui*. Pro *a municipio* Ven. 1483. habet *a municipio*: Mss. plerique, Beck. Schutz. et Orell. *municipio*.

CAP. III. 5 χ *cogito moveri*: Vict. Mannt. *cogat, comm.*—6 *Legis* ante *quæ jus* in C H S χ deest. Mox H S χ *Sull. prædiis const.*—7 Pro *noster* C H S χ habent *modo*. Dein χ *conatur*.—8 Pro *Hæc* Junt. Crat. Hervag. Cam. Laured. Lamb. habent *Hoc*; χ *Homine*.—9 Ern. conjecit *possideret*, vel *possederit*. Mox, Laured. legi vult *teneat*. Dein *quod optimo priv.* Mss. plerique et edd. vett. *quo optimo priv.* Junt. Laured. *quo quod optimo jure priv.*

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Aqua Crabra*] Aqua Crabra illa est, quam omnes villæ Tusculanæ per vicem, in dies, modulosque certos, dispensatam accipiebant. De hac Cicero loquitur epist. ad Tironem, et Frontinus de Aquæductibus.

<sup>e</sup> *Quæ ejusmodi causa*] Quæ eo no-

mine insimulare quempiam audeat, quod acrius rationes Sullæ defendere audeat.

<sup>f</sup> *Repentinus Sulla nobis exoritur*] Repentinus vocatur, quia ut alter Sulla possessiones agrorum distribuit.

quo qui optimo privatum? Etiamne si vi ejecit? etiamne si clam, si precario<sup>10</sup> venit in possessionem? Ergo hac lege jus civile, causæ possessionum, prætorum interdicta<sup>h</sup> tollentur. 12. Non mediocris res, neque parvum<sup>11</sup> sub hoc verbo furtum, Quirites, latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam<sup>12</sup> assignati, neque venditi, qui a paucis hominibus impudentissime possidentur. His cavet; hos defendit; hos privatos facit:<sup>i</sup> hos, inquam, agros, quos Sulla nemini dedit,<sup>13</sup> Rullus non vobis assignare vult, sed eis condonare, qui possident. Causam quæro, cur ea, quæ majores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia quæsiverunt,<sup>14</sup> venire<sup>c</sup> patiamini, cum ea, quæ vestra sunt, condonari<sup>15</sup> possessoribus<sup>k</sup> eadem lege videatis. 13. Jam, totam legem, intelligetis, cum ad paucorum dominationem<sup>16</sup> scripta sit, tum<sup>17</sup> ad Sullanæ assignationis rationes esse accommodatissimam. Nam soccer hujus vir multum bonus est: neque ego nunc de illius bonitate, sed de generi impudentia<sup>18</sup> disputo. Ille enim, quod habet, retinere vult, neque se Sullanum esse dissimulat. 14. Hic, ut ipse habeat,<sup>19</sup> quod non habet, quæ dubia<sup>m</sup> sunt, per vos sancire vult: et, cum plus appetat,

<sup>c</sup> *Vendi.*



Lamb. Denique in H desunt verba *etiamne...ejecit*. In C legitur *et ne si cui ejecit*: in S  $\chi$  *etiamne si cui ejecit*. Lamb. dedit *etiamne si vi dejecit*.—10 C H S  $\chi$  *sic jam prec.*—11  $\chi$  *parum*. Tum pro *furtum* C H S  $\chi$  *futurum*. In Ven. 1480. legitur *nec parum sub hoc verbo futurum malum, Quir., latet*.—12 Lamb. *solus neque cuiquam*.—13 Pro *nemini dedit* in H *vendidit*; in C S  $\chi$ , Ven. 1483. Steph. *renumdedit*. Paulo post, C H S  $\chi$  *non verbis assign.*—14 C H S  $\chi$  *Asia reliquerunt*. Tum Lamb. *solus venire hac lege pat.* Pro *cum ante ea quæ C et S habent sed.*—15  $\chi$  *condemnari*.—16 Idem Ms. *dominatione*.—17 Hervag. Laured. Lamb. Græv. omittunt *tum*. Mox *commodatissimam* C S: *commodissimam*  $\chi$ .—18 C H S  $\chi$  et al. *genere impudentiæ*.

CAP. IV. 19 Ramus in verbis *Hic ut ipse habeat* putat *certum*, aut *firmum*,

#### NOTÆ

<sup>8</sup> *Si vi ejecit? etiamne si clam, si precario*] Tria hic assignat illegitiuæ possessionis genera.

<sup>h</sup> *Prætorum interdicta*] Quibus de possessione disputatur. De his vide Orat. pro Cæcin.

<sup>i</sup> *Privatos facit*] Id est, tanquam privatos vult possideri Rullus.

<sup>k</sup> *Possessoribus*] Qui contra legem Corneliam eos possident.

<sup>l</sup> *Sed de generi impudentia [genere impudentiæ]* Occupatum a se totum Arpinum agrum retinere vult: in quo singularis est impudentia.

<sup>m</sup> *Dubia*] Dubia est, quorum non est certa possessio.

quam ipse Sulla, quibus ego<sup>20</sup> rebus resisto, Sullanas res defendere criminor.<sup>4</sup> 14. Habet agros nonnullos,<sup>n</sup> inquit, socer meus desertos atque longinquos: vendet eos mea lege,<sup>2</sup> quanti volet. Habet incertos, ac nullo jure possessos: confirmabuuntur optimo jure. Habet publicos: reddam privatos. Denique eos fundos, quos in agro Casinati<sup>30</sup> optimos et fructuosissimos continuavit, cum usque eo vicinos<sup>p</sup> prosciberet, quoad oculis conformando<sup>4</sup> ex multis prædiis unam fundi<sup>5</sup> regionem formamque perficeret;<sup>6</sup> quos nunc cum aliquo metu<sup>q</sup> tenet, sine ulla cura possidebit.

15. Et quoniam, qua de causa et quorum causa ille hoc promulgavit,<sup>7</sup> ostendi; doceat ipse, num<sup>8</sup> ego quem possessorem defendam, cum agrariæ legi resisto. Sylvam Scantium<sup>r</sup> vendis: respublica<sup>9</sup> possidet: defendo. Campanum agrum dividis: vos estis in possessione: non cedo. Deinde Italiæ, Siciliæ, ceterarumque provinciarum<sup>10</sup> possessiones, venales ac proscriptas hac lege video: [*p.* 90.] vestra sunt prædia, vestræ possessiones: resistam atque re-

//////////

aut simile quid deesse.—20 C H S χ omittunt *ego*.—1 *Def. criminatur* Manut. Laured. *def. me criminatur* Lamb.—2 C H S χ in *ea lege*.—3 *Al. Cassinati*. Tum Laured. corrigiit *opimos et fructuosos*. In C H S χ deest copula *ante fructuosiss*.—4 Mss. plerique, Ven. 1483. Crat. Hervag. *oculos confirmando*: Pith. Cujac. Pall. et edd. pr. cum Grut. Græv. Oliv. Lall. *oculis confirmando*: Cam. Laured. Lamb. *oculos continuando*: Franc. Ms. Turnebi, ed. Junt. et Orell. *oculis continuando*, ut Manut. Laured. et Turneb. maluerunt. Ern. Beck. et Schutz. *oculis conformando* e conjectura Gulielmii, cui etiam in mentem venit *angulos conformando*. Orellio persuasum est, Ciceronem scripsisse *oculis collineando*. Vid. Nott. Varr.—5 H S χ, Pith. *eundi*.—6 *Perfecerit* Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura cum Beck. Schutz. et Orell. dedit *perficeret*.—7 Beck. et Schutz. e conjectura Grævii receperunt *promulgavit*.—8 *Num* in C H S χ deest: sed in C est spatium quinque aut sex vocabulorum, et in marg. S 'Defecit' scribitur.—9 Laured. e Mss. et Græv. e Franc. cum Beck. Schutz. et Orell. ediderunt *populus Romanus*, prob. Ern. Ceteri *R. P.* vel *respublica*.—10 *Provinciarum* non est in C H S

#### NOTE

<sup>n</sup> *Habet agros nonnullos*] Rullii pro-popœia ad iniquitatem Valgii, et ipsius Rullii fraudem manifestius explicandam.

<sup>o</sup> *Agro Casinati*] In Samnio fuit ager ille Casinas.

<sup>p</sup> *Vicinos*] Id est, vicinorum agros.

<sup>q</sup> *Cum aliquo metu*] Quia scit injustam esse eorum agrorum possessionem.

<sup>r</sup> *Sylvam Scantium*] De ea sylva in prima orat. dictum est.

pugnabo; neque patiar, a quoquam populum Romanum<sup>11</sup> de suis possessionibus, me consule, demoveri:<sup>12</sup> præsertim cum vobis nihil quærat. 16. Hoc enim vos in<sup>13</sup> errore versari diutius non oportet. Num quis vestrum ad vim, ad facinus, ad cædem<sup>14</sup> accommodatus est? nemo. Atqui ei generi hominum, (mihi credite) Campanus ager, et præclara illa Capua<sup>5</sup> servatur: exercitus contra vos, contra libertatem vestram, contra Cn. Pompeium constituitur: contra hanc urbem, Capua; contra vos, manus hominum audacissimorum; contra Cn. Pompeium, decem duces<sup>4</sup> comparantur. Veniant coram, et,<sup>15</sup> quoniam me in vestram concionem, vobis flagitantibus, convocaverunt,<sup>16</sup> disserant.

//////////

χ.—11 H S χ omittunt *populum Romanum*.—12 Al. *dimoveri*.—13 Mss. nonnulli et edd. vett. cum Grut. non habent præpositionem ante *errore*. In Ven. 1480. legitur *vos errore versare*.—14 C H S *ac cædem*.—15 In C H S χ, Pith. deest *et* ante *quoniam*.—16 Gruter. coniecit *vocaverunt*. Tum in C χ *dixerant*, et margini apponitur eadem manu 'Deest reliquum.' In S *disserant*, et literis rubris in marg. scribitur 'Sic erat in exemplari.'

#### NOTÆ

- <sup>4</sup> *Præclara illa Capua*] Ironia. si tot duces erunt contra Pompeium  
<sup>5</sup> *Decem duces*] Decemviri illi qua- in rempub. comparati.

M. TULLII CICERONIS,  
PRO C. RABIRIO,  
PERDUELLIONIS REO,  
AD QUIRITES,  
ORATIO XVIII.

---

---

ARGUMENTUM.

Cum C. Mario et L. Valerio coss. seditiosus trib. pl. Saturninus,<sup>a</sup> permissa coss. Scto republica, interfectus esset; sex et triginta annis post, Cicero consule, C. Rabirius perduellionis reus factus est a T. Attio Labieno, qui hominem sacrosanctum Saturninum a Rabirio interfectum dicebat. Causa acta est primo ad duumviros, ex antiquo more, sed sorte a prætore datos, non a populo, more et instituto Romano, creatos. Ii erant Julius Cæsar et Lucius Cæsar. Julius Rabirium cupidissime condemnat. Hac acerbitate permotus Rabirius provocat ad populum. Itaque causa postea acta est ad populum in Campo Martio comitiatu maximo. Hic aut potius ante comitia in concione populi defendit Rabirium consul Cicero, sed in semihoræ curriculum coactus a tribuno Labieno. Sed nihilominus a populo condemnatus esset, nisi Metellus Celer, augur et prætor, cum a multitudine se non audiri, et Rabirium cupide condemnari videret, vexillum de Janiculo detraxisset, ut jam nihil sciscere populo liceret. Comitibus ergo tunc solutis, abjecit Labienus actionem, et Rabirius ita est liberatus.

I. I. **ETSI**, Quirites,<sup>a</sup> non est meæ consuetudinis,<sup>a b</sup> initio

<sup>a</sup> *Vitæ.*

NOTÆ

<sup>a</sup> *Quirites*] Vide orationem pro Lege Manilia, ubi fuse de Quiritibus dictum est § I. not. Nota porro in

comitiis, ubi iudex erat populus, oratores hac appellatione usos esse.

<sup>b</sup> *Meæ consuetudinis*] Etsi dicat non



dicendi rationem reddere, qua de causa quemque defendam, propterea quod<sup>1</sup> cum omnibus civibus in eorum periculis semper satis justam mihi causam necessitudinis<sup>c</sup> esse duxi; tamen in hac defensione capitis, famæ, fortunarumque omnium C. Rabirii, proponenda ratio videtur esse<sup>2</sup> officii mei;<sup>d</sup> propterea quod, quæ justissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri. 2. Nam me cum<sup>3</sup> amicitiae vetustas,<sup>d</sup> tum dignitas hominis,<sup>e</sup> tum ratio humanitatis,<sup>f</sup> tum meæ vitæ perpetua<sup>4</sup> consuetudo,<sup>g</sup> ad C. Rabirium defendendum est adhortata;<sup>5</sup> tum vero, ut id studiosissime facerem, salus reipublicæ,<sup>h</sup> consulare officium,<sup>6</sup> consulatus denique<sup>k</sup> ipse, mihi una vobiscum<sup>7</sup> cum salute reipublicæ commendatus, coëgit. Non enim C. Rabirium culpa delicti,<sup>l</sup> non invidia vitæ,<sup>g</sup>

<sup>b</sup> Defensionis hujus.

//////////

CAP. 1. 1 Pro quod  $\chi$  habet id.—2 Pro videtur esse in  $\chi$  tantum legitur est.—3 Schütz. e conjectura tum. Quatuor Oxonn. Mss. Ven. 1483. Lamb. ter quum.—4  $\chi$  perpetuæ.—5 Hortata T et ed. Lamb. adhortatum C  $\chi$ . Dein ut vero C H T  $\chi$  et Ven. 1483. In  $\chi$  quoque legitur ut studiosissimo fac.—6 Officium non est in  $\chi$ .—7 In Comment. Manut. legitur mihi uni a vobis, prob. Wolff. Schütz. e conj. Ernesti dedit mihi a vobis una. Orell. conjecit mihi una a vobis. Beck. vobiscum uncis inclusit.—8 Mss. nonnulli invidia vi-

#### NOTÆ

esse consuetudinis suæ rationem reddere cur aliquem defendat, tamen aliquando reddidit, ut patet ex oratione pro Sulla et Archia poëta.

<sup>c</sup> *Necessitudinis*] Tenetur necessitudine defendere Rabirium: quos enim æquius est defendere, quam quos amicos habemus?

<sup>d</sup> *Amicitiae vetustas*] Vetusta amicitia nulla certior est; quam ipse Cicero violaret, si periclitanti amico non adesset.

<sup>e</sup> *Dignitas hominis*] Auctore Dion. erat Rabirius senator.

<sup>f</sup> *Ratio humanitatis*] Humanitate instituimur ad sublevandam hominum calamitatem.

<sup>g</sup> *Perpetua consuetudo*] Gloriatu sæpe Cicero se quamplurimos defendisse, et accusavisse neminem: qua-

re Verrem accusaturus professus est id se fecisse potius, ut Siculis subveniret, quam ut enim accusaret.

<sup>h</sup> *Salus reipublicæ*] Agitur in hac causa de reipub. salute; quam convellere seditiosi cives conati sunt olim in Saturnini tumultu, ut patet ex argumento orationis.

<sup>i</sup> *Consulare officium*] Cicero consul hanc habuit orationem: illius autem est tueri consulare imperium, quo Saturninus interfectus est.

<sup>k</sup> *Consulatus denique*] Senatusconsulto Ciceroni et Quiritibus mandatum fuerat, ut consulatus dignitatem in Rabirio defendendo tuerentur; quæ labefactaretur, si fas non esset consulibus in seditiosos cives animadvertere.

<sup>l</sup> *Culpa delicti*] Rabirius non ob

non denique veteres, justæ, gravesque inimicitiaë civium,<sup>9</sup> in discrimen capitis vocaverunt: sed ut illud summum auxilium<sup>m</sup> majestatis<sup>n</sup> atque imperii, quod nobis<sup>10</sup> a majoribus est traditum, de republica tolleretur; <sup>o</sup> [p. 91.] ut nihil posthac auctoritas senatus,<sup>11</sup> nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum<sup>p</sup> contra pestem<sup>q</sup> ac perniciem civitatis valeret, idcirco [in his rebus evertendis<sup>12</sup>] unius hominis senectus,<sup>r</sup> infirmitas solitudoque<sup>c s</sup> tentata est. 3. Quamobrem, si est boni consulis, cum cuncta auxilia reipublicæ labefactari convellique videat, ferre opem patriæ, succurrere saluti fortunisque communibus, implorare civium fidem, suam salutem posteriorem salute communi ducere; <sup>d</sup> est etiam bonorum et fortium civium, quales vos omnibus reipublicæ temporibus extitistis, intercludere omnes sedi-

<sup>c</sup> Desertio.

<sup>d</sup> Pluris facere salutem civium quam suam.

//////////

*tæque*: H T et edd. pleræque ante Græv. cum Oliv. Lall. *invidia, vitæque turpitudine*: S χ *invidia vitæ quæ*, ommissa voce *turpitudine*, quam non agnoscunt C S χ ψ, Franc. Pall. 1. S. edd. Jenson. Ven. 1483. Junt. cum Ern. Beck. Schutz. et Orell. In Pal. 1. legitur *invidia, vitæque*. Mox in χ deest *veteres*.—9 Pro *civium* C habet *tm*, et S T χ *tantum*.—10 χ *vobis*.—11 χ *uctoritatis*, omisso *senatus*.—12 Schutz. delevit verba *in his verbis evertendis*, quæ Ern. et

#### NOTÆ

crimina vocatur in iudicium, sed quod consuli paruerit, cum ad arma cives vocaret; cui tum non obedire mali civis est.

<sup>m</sup> *Summum auxilium*] Per summum auxilium intelligit illud senatusconsultum, quod periclitante repub. fieri solebat, cum exorta aliqua seditione, aut tumultu, mandabatur ut viderent consules ne quid detrimenti caperet respub.; tum enim penes eos erat summum imperium cogendi exercitus, bellum gerendi, &c.

<sup>n</sup> *Majestatis*] Majestas est amplitudo ac dignitas reipubl.

<sup>o</sup> *Tolleretur*] Innuat quod nisi summum illud imperium penes esset consules, brevi reipubl. dignitas a seditiosibus civibus tolleretur.

<sup>p</sup> *Consensio bonorum*] Per bonorum

consensionem senatum intelligit; et qui partes et jussum senatus secuti sunt, cum Saturninus, egressus e Capitolio, oppressus est.

<sup>q</sup> *Contra pestem*] Scelerati et seditiosi cives reipubl. pestes sunt.

<sup>r</sup> *Hominis senectus*] Senex tum esse Rabirius debebat, cum a Cicerone defensus est; nam annis abhinc triginta sex Saturninum interfecerat, jam inter senatores ascriptus, ideoque trigesimum annum agere debebat.

<sup>s</sup> *Solitudo*] Solitudo proprie de iis dicebatur, qui ab omnibus deserti erant, qualis sane non fuit Rabirius, cum a principibus civitatis defenderetur; sed oratorie id dixit, ut commiserationem in eum populi excitaret.

tionum<sup>13</sup> vias,<sup>t</sup> munire præsidia reipublicæ,<sup>14</sup> summum in consulibus imperium,<sup>u</sup> summum in senatu consilium,<sup>x</sup> putare: ea qui secutus sit, laude potius et honore, quam pœna et supplicio dignum judicare.<sup>15</sup> 4. Quamobrem labor, in hoc defendendo,<sup>y</sup> præcipue meus est: studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debet.<sup>16</sup> II. Sic enim existimare<sup>17</sup> debetis, Quirites, post hominum memoriam rem nullam<sup>e</sup> majorem, magis periculosam, magis ab omnibus vobis<sup>18</sup> providendam, neque a tribuno<sup>19</sup> plebis<sup>z</sup> susceptam, neque a consule defensam, neque ad populum Romanum esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, quam<sup>20</sup> ut nullum sit posthac in republica publicum consilium, nulla bonorum consensus contra improborum furorem et audaciam, nullum extremis reipublicæ temporibus<sup>a</sup> per fugium et præsidium salutis.<sup>1</sup> 5. Quæ cum ita sint, primum, quod<sup>2</sup> in tanta dimicatione capitis, famæ, fortunarumque omnium fieri necesse est, ab Jove<sup>b</sup> Optimo Maximo, ceterisque Diis Deabusque im-

<sup>e</sup> *Nunquam ullam rem.*

//////////

Beck. uncis incluserunt.—13  $\chi$  *seditionum*.—14 In  $\psi$  *deest reipublicæ*. Tum ed. Lamb. habet *summum esse*.  $\psi$  non habet præpositionem ante *consulibus*.—15 In C H S T  $\chi$  et edil. vett. *judicari*.—16 *Debit C H S T; debet  $\chi$* .

CAP. II. 17  $\chi$  *Sic extimare*.—18 C et  $\chi$  *ab hominibus vobis*. In T *deest vobis*. Tum C *providenda*.—19 H *a tribunis*. In eodem Ms. non leguntur verba *neque a cons. defensam*. Dein T  $\chi$  *a po. Ro. esse*, omisso *delatam*.—20 A sex Oxonn. Mss. *abest quam*.—1 Post *salutis C H S*  $\psi$  addunt *R.*; et  $\chi$  *R. P.*

#### NOTE

<sup>t</sup> *Seditionum vias*] Indicat seditionem quam Saturninus ante annos triginta sex excitavit; et quibus, si quæ novæ excitarentur, toto conatu senatus populisque debet obsistere.

<sup>u</sup> *Summum in consulibus imperium*] Magna et quasi regia fuit consulum auctoritas, si eum reliquis aliis magistratibus conferatur; et auctoritate populi inferior, penes quem summa fuit.

<sup>x</sup> *In senatu consilium*] Pertinebat ad senatum deliberare de reipub. sine cujus consilio nulla ejus est auctori-

tas.

<sup>y</sup> *Labor in hoc defendendo*] Ait sæpe Cicero, defendendi laborem, quam accusandi majorem esse.

<sup>z</sup> *A tribuno plebis*] Loquitur de Labieno. Vide orat. argum.

<sup>a</sup> *Extremis reipub. temporibus*] Extrema sunt reipub. tempora, quibus periclitatur, et consulibus præscribitur ut videant ne quid detrimenti capiat reipub.

<sup>b</sup> *Ab Jove*] Non solis oratoribus Græcis, sed Romanis etiam familiare fuit Deorum numen initio dicendi

mortalibus, quorum ope et auxilio multo magis hæc respublica, quam ratione hominum et consilio gubernatur, pacem ac veniam<sup>c</sup> peto: precorque ab iis, ut hodiernum diem, et ad hujus salutem conservandam, et ad rempublicam constituendam,<sup>f</sup> illuxisse patiantur. Deinde vos, Quirites, quorum potestas proxime<sup>3</sup> ad Deorum immortalium numen accedit,<sup>d</sup> oro atque obsecro, quoniam uno tempore vita C. Rabirii, hominis miserrimi atque innocentissimi, et<sup>4</sup> salus reipublicæ, vestris manibus suffragiisque permittitur,<sup>e</sup> adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reipublicæ salute sapientiam, quam soletis.

6. Nunc, quoniam, T. Labiene,<sup>f</sup> diligentiae meae temporis<sup>5</sup> angustiis obstitisti, meque ex comparato et constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum<sup>6</sup> coëgisti, parebitur, et, quod iniquissimum est, accusatoris conditioni, et, quod miserrimum, inimici potestati. Quanquam in hac præscriptione<sup>g</sup> semihoræ<sup>g</sup> patroni<sup>h</sup> mihi partes reliquisti, consulis ademisti; propterea, quod ad defen-

<sup>f</sup> *Stabiliendam.*

<sup>g</sup> *Definitione.*

<sup>h</sup> *Defensoris.*

\*\*\*\*\*

—2 In CH S  $\chi$  *quidem*.—3 Franc. *maxime*.—4 Omnes edd. præter Junt. Ern. Beek. Schutz. et Orell. omittunt copulam ante *salus*. Præterea Ern. volebat *et vita et salus*.—5 *Temporibus*. Mox in  $\chi$  dæst copula ante *constituito*.—6 *T semii oræ circulum*:  $\psi$  *semihoræ curriculo*; Ms. Lambini et ed. vet. ap. Grut. *semihoræ circulum*, ut Budæus et Hotomannus legend. conjecerant.—7 *Quam in hac præscr. C: Quam in hac proscr.  $\chi$* . Pro verbis *semihoræ patroni*, in CS

#### NOTÆ

implorare. Jupiter autem quasi juvenis pater dictus est; Maximus, propter summam rerum omnium potestatem; Optimus, quia omnibus prodesse vult.

<sup>c</sup> *Pacem ac veniam*] Profitetur se Deorum opem et auxilium implorare. Proprie autem venia a Diis petitur, cum iratos metuimus, et propitios nobis postulamus.

<sup>d</sup> *Numen accedit*] Per numen Deorum vulgo potestas intelligitur: unde in lib. de Nat. Deor. 'Omnes naturæ numini divino parent.'

<sup>e</sup> *Suffragiisque permittitur*] Agebatur hæc causa apud populum, de qua suis suffragiis ferre sententiam debebat.

<sup>f</sup> *T. Labiene*] Tribunus plebis erat Labienus, qui a Cæsare defecit ad Pompeium.

<sup>g</sup> *Semihoræ*] Vox illa semel hic apud Ciceronem reperitur. Queritur autem hic quod tam breve temporis spatium sibi ad dicendum concedatur; cum accusatori vulgo horæ duæ, defensori tres permittantur.

dendum propemodum satis erit hoc mihi temporis,<sup>8</sup> ad conquerendum parum. 7. Nisi forte de locis religiosis<sup>b</sup> ac de lucis,<sup>9</sup> quos ab hoc<sup>10</sup> violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi<sup>11</sup> respondendum putas: quo in crimine nihil est<sup>12</sup> unquam abs te dictum, nisi a C. Macro<sup>k</sup> objectum esse crimen id C. Rabirio. In quo ego demiror, meminisse te, quid objecerit C. Rabirio Maecr inimicus, oblitum esse, quid æqui et jurati<sup>13</sup> iudices judicarent. III. 8. An de peculatu<sup>m</sup> facto,<sup>14</sup> an de tabulario incenso,<sup>n</sup> longa oratio est exprimenda?<sup>15</sup> quo in crimine propinquus C. Rabirii iudicio clarissimo, C. Curtius,<sup>16</sup> pro virtute sua, est honestissime liberatus: <sup>17</sup> ipse vero Rabirius non modo in iudicium horum criminum, sed ne in tenuissimam quidem su-

*χ se majorem patri.*—8 Græv. e Franc. edidit *satis erit mihi hoc temp.* Ernest. hoc. deleri jubet. Dein *ad cong. rerum* Franc. *ad cong. vero* Ven. 1480. *rerum ad cong.* vulg. In S T deest vocab. *rerum*; et id delevit Lamb. quem Ern. Beck. Schütz. et Orell. secuti sunt.—9 T, Ms. Lambini, et edd. Crat. Hervag. Cam. *ac delubris.*—10 C S *χ ψ ad hoc.*—11 In *χ* deest *tibi.*—12 *ψ* et Franc. *nihil esset*: Ven. 1480. *nihil esse.* Mox *objectum esset* C T *χ ψ*, Franc. Ven. 1480. 1483.—13 *Æque et jur.* C T: *æque ac jur.* Franc. *æque et juratim χ*; in quo etiam legitur *indicarint*.

CAP. III. 14 *Facto suspectum* est Lambino. Pro *an χ* et *ψ* habent aut.—15 Manut. Lamb. et Schütz. *expromenda*, prob. Ern.—16 *Curtius omnes* Mss. et edd. præter T, Ms. Bergeri, Ven. 1483. Lamb. Lall. Beck. Schütz. et Orell. qui habent *Curius*, ut volebant Turneb. et Hotom. ex orat. pro Rabir. Post-

## NOTÆ

<sup>b</sup> *De locis religiosis*] Loca religiosa habebantur quo mortui fuerant illati. Ita Marianus Juriscons. lib. Digest. Vel etiam luci in fundi villa que conspectu, in quibus lares certis diebus a dominis et famulis colebantur.

<sup>1</sup> *De lucis*] Luci nemora erant religiosis locis aut delubris vicina, quæ alieni numini consecrabantur. Ita Virg. Æn. vii. 'Unde etiam Triviæ templo luci que sacratis Cornipedes arcentur equi.' Possunt etiam intelligi arbores, quas ad tumulos soliti fuerant serere, quæ pro lucis habebantur.

<sup>k</sup> *A C. Macro*] Maecr in alia causa ejusdem criminis Rabirium insimulaverat, a quo iudicium sententia libe-

ratus est. Maecr ille, vir prætorius, fuit Calvi oratoris pater: de eo meminuit Cicero in Bruto.

<sup>1</sup> *Jurati*] Solebant iudices, antequam sententiam ferrent, se sincere iudicatos jurare.

<sup>m</sup> *An de peculatu*] Peculatus furtum est pecuniæ publicæ aut sacræ; cuius fur dicitur peculator.

<sup>n</sup> *Tabulario incenso*] Tabularium locus est ubi tabulæ et civitatis scripta reponuntur: tale fuit Saturni ac Libertatis templum. Cum autem objiceretur Rabirio ab eo fuisse tabularium incensum, nondum id patebat; nam postea id se fecisse Q. Sosius eques Rom. confessus est.

spicionem verbo<sup>o</sup> est unquam vocatus. An de sororis filio diligentius respondendum est? quem ab hoc<sup>18</sup> necatum esse dixisti, cum ad iudicii moram<sup>i</sup> familiaris funeris<sup>p</sup> excusatio quæreretur.<sup>19</sup> Quid enim est tam verisimile,<sup>20</sup> quam cariorem huic sororis maritum, quam sororis filium fuisse? [p. 92.] atque ita cariorem, ut alter vita crudelissime privaretur, cum<sup>1</sup> alteri ad prolationem iudicii biduum quæreretur? An de servis alienis contra legem Fabiam<sup>q</sup> retentis, aut<sup>2</sup> de civibus Romanis contra legem Porciam<sup>r</sup> verberatis aut necatis plura dicenda sunt, cum tanto studio C. Rabinus totius Apuliæ,<sup>s</sup> singulari voluntate Campaniæ<sup>3</sup> vicinitatis ornetur? cumque ad ejus propulsandum periculum non modo homines, sed prope regiones ipsæ concurrerint,<sup>4</sup> aliquanto etiam latius excitatæ, quam ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant? Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem mulctæ irro-

<sup>i</sup> Probationem.



cap. 2. teste Beckio.—17  $\chi$  *honestissimæ libertatis*.—18 Idem Ms. *ad hoc*.—19 Post *quæreretur* in S ponitur interrog. nota. T *quæretur*.—20 Ern. censet legend. *Quid est tam parum verisim.* prob. Wolff.—1 Lamb. solus omittit cum. Mox in C H S  $\chi$   $\psi$  *ad probationem*.—2 In T omittuntur verba *biduum . . . retentis, aut*.—3 Turneb. et Schutz. e conjectura Manutii *Campanæ*, prob. Ern. Pro voce *vicinitatis*, Beckio et Wolfio suspecta, in  $\chi$  legitur *civitatis*. Dein H *ornatur*.—4 *Concurrerint* C S T, Frauc. Græv. Oliv. Lall. Beck.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Verbo] Id est, ne uno quidem verbo.

<sup>p</sup> Familiaris funeris] Ulpianus Digest. lib. II. ait non licuisse in jus eum vocari, qui funus duceret, aut justa mortuis faceret.

<sup>q</sup> Legem Fabiam] Hac lege cavebatur ne quis hominem liberum pro servo, aut servum alienum pro suo vendat. Putant aliqui legendum esse *legem Flavianam*; cum illa de plagio agat. Is autem qui servos alienos sollicitat, vendit, emit, aut liberos pro servis, plagiaris dicitur.

<sup>r</sup> Legem Porciam] Hæc lex a Porcio Catone trib. pleb. lata est Valerio et Appuleio coss. A. U. C. 454. ne

quis magistratus civem Rom. virgis cæderet, necaretve: sed damnato exilium permetteretur, cum antea nudorum cervix insereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur.

<sup>s</sup> Totius Apuliæ] Credibile est ex Apulia fuisse Rabinum, aut in ea magistratum gessisse. Veniebant enim ex provinciis vel urbibus legati, qui reum publica oratione commendarent, cum periclitaretur in iudicio.

<sup>t</sup> Campaniæ] Rabinus fundos habuit in Campania, et domum Neapoli, ut ex Ep. ad Attic. patet. Illic etiam homines liberos verberasse et occidisse ipsi objiciebatur.

gatione <sup>5</sup> u perscriptum, hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiae pepercisse? 9. Quin etiam suspicor, eo mihi semihoram a Labieno præstitutam esse, ut ne plura de pudicitia dicerem.<sup>6</sup> Ergo ad hæc crimina, quæ patroni diligentiam desiderant, intelligis<sup>7</sup> mihi semihoram istam nimium longam fuisse.

Illam alteram partem, de nece Saturnini, nimis exiguum atque angustam esse voluisti; quæ non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implorat et flagitat.<sup>8</sup> 10. Nam de perduellionis iudicio,<sup>x</sup> quod a me sublatum esse criminari soles, meum crimen est, non Rabirii. Quod utinam, Quirites, ego id aut primus, aut solus, ex hac republica<sup>9</sup> sustulisset! utinam<sup>10</sup> quod ille crimen esse vult, proprium testimonium meæ laudis esset! Quid enim optari potest, quod ego mallet, quam me in consulatu meo carnificem de foro,<sup>y</sup> crucem de Campo sustulisset?<sup>11</sup> Sed ista laus primum est majorum nostrorum, Quirites, qui, expulsis regibus,<sup>12</sup> nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiæ retinuerunt; deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam,<sup>k</sup> sed leni-

<sup>k</sup> *Vexatam.*

Schutz. et Orell. *convenerunt* H: *convenerint* ceteri.—5 *Multa in rogatione* C S: *multa irrogatione* H ψ: *multa interrogatione* T: *multa irrogatio* χ. Tum *præscriptum* omnes Mss. et edd. præter Steph. Lamb. Grut. Ein. Beck. Schutz. et Orell. qui habent *perscriptum*.—6 Ms. Franc. *ut plura de pud. ne dic. prob.* Grævio.—7 Ed. Oliv. *intelligitis*.—8 Junt. *impl. et eflagitat.* A Ven. 1480. absunt verba *et flagitat.* Mox χ *perduellionis*.—9 Ven. 1480. *a republica*.—10 Pro *utinam* in C *ut hoc*; in H S T χ ψ *utinam hoc.* Mox *id e* conjectura delevit Beck.—11 C S T χ *sustulisset*.—12 T *regionibus.*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Mulctæ irrogatione*] Irrogatio lex est in aliquem lata. Mulcta porro a Mulgeo, muletum, dicta est, quod mulgeat, id est, exhaustiat: in ea autem hæc observabantur: reo magistratus diem dicebat: ter eum accusabat; tum rogabat populum ut certa bonorum parte mulctaretur. Hæc irrogatio per trinundinum durabat: tum reus accusabatur.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>x</sup> *Nam de perduellionis iudicio*] Hic rejicit quædam crimina quæ in eum Labienus jecerat; primum quod summi supplicium de perduellionis condemnatis prohibuerat; alterum Ciceronem crudelem esse, neque favere populo. Perduelles vero dicebantur, qui nunc hostes a nobis appellantur.

<sup>y</sup> *Carnificem de foro*] Labienus car-,  
Cicero. 4 K K

tate legum munitam esse voluerunt. IV. 11. Quamobrem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est? <sup>z</sup> tunc, qui civibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere; qui in<sup>13</sup> Campo Martio,<sup>a</sup> comitiis centuriatis,<sup>b</sup> auspicato in loco,<sup>c</sup> crucem ad civium<sup>14</sup> supplicium defigi et constitui<sup>15</sup> jubes; an ego, qui funestari<sup>16d</sup> concionem contagione carnificis<sup>e</sup> veto? qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii<sup>17</sup> sceleris<sup>f</sup> vestigiis esse dico? qui castam<sup>18g</sup> concionem, sanctum Campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum jus libertatis defendo servari oportere? 12. Popularis<sup>19</sup> vero tribunus<sup>b</sup> plebis, custos defensorque juris et libertatis! Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella retulit.<sup>20</sup> Porcia lex liber-



CAP. IV. 13 T omittit præpositionem ante *Campo*.—14 Pro *civium* in C *Caii*; in S T  $\chi$  C. Tum *supplicium* T; *Sulpitium*  $\chi$ .—15 Pith. *destitui*, prob. Grav.—16  $\psi$  *funestam*.—17  $\chi$   $\psi$  *nefariis*.—18  $\psi$  *istam*, sed in marg. *castam*.

#### NOTÆ

nificem in forum duxerat, cum Rabinii causa agebatur, ut damnatum eum inde in Campum Martium abduceret, ut ibi in crucem paratam ageretur.

<sup>z</sup> *Popularis est*] Popularis dicitur, qui et verbis et factis placere populo studet.

<sup>a</sup> *In Campo Martio*] Campus Martius ager fuit Tarquiniorum Marti consecratus, quem Livius lib. 1. Martium appellatum fuisse narrat.

<sup>b</sup> *Comitiis centuriatis*] Comitia centuriata omnium maxima habebantur, tum quia fiebant ex censu et ætate per centurias, in quibus singulis centum cives erant; tum quia in eis consules et majores magistratus creabantur; tum quia in his de maximis solum criminibus agebatur.

<sup>c</sup> *Auspicato in loco*] Auspicatus locus ille dicitur qui auspiciis consularibus consecratur: neque enim illa

comitia sine auspice, nec nisi in loco inaugurato haberi licuit.

<sup>d</sup> *Funestari*] Existimabant pollui eum non modo qui attrectasset, sed etiam qui vidisset cadaver hominis mortui.

<sup>e</sup> *Contagione carnificis*] Lex fuit ne carnifex impurus in concione quinquam attingeret, ne civis verberaretur.

<sup>f</sup> *Nefarii sceleris*] Nefarium scelus erat si caperetur civis Romanus, et ad patibulum duceretur, quod tanquam funestum aliquod piaculum expiandum erat.

<sup>g</sup> *Castam*] Castum id dicitur, quod purum est nec violatum: violabatur autem Campus Martius et carnificis et crucis contagione.

<sup>h</sup> *Popularis vero tribunus*] Ironice hic ludit Labienum dissimili collatione civium popularium, quorum memineral in oratione sua Labienus.



tatem civium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum injussu vestro<sup>i</sup> judicaretur: hic popularis a duumviris,<sup>k</sup> injussu vestro, non judicari<sup>l</sup> de cive Romano, sed indicta causa<sup>l</sup> civem Romanum capitis condemnari coëgit. 13. Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis,<sup>2</sup> tu cujusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui non modo supplicii inusitatis, sed etiam verborum<sup>3</sup> inaudita crudelitate, violare libertatem hujus populi, tentare<sup>4</sup> mansuetudinem, commutare disciplinam<sup>4</sup> conatus es? Namque<sup>5</sup> hæc tua, quæ te hominem clementem popularemque delectant, 'I<sup>6</sup> lictor:<sup>m</sup> colliga<sup>m</sup> manus,' non modo hujus libertatis mansuetudinisque<sup>7</sup> non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ<sup>n</sup> Pompilii. Tarquinii,<sup>8</sup>° superbissimi atque crudelissimi regis, ista<sup>9</sup> sunt cruciatus carmina;<sup>p</sup> quæ tu, homo

<sup>i</sup> Tollere.<sup>m</sup> Liga.

—19 H *populus*.—20 T *tulit*.—1 In eodem Ms. deest *non ante judicari*; post quod verbum  $\psi$  addit *judicaretur*.—2 Schutz. e conjectura Beckii *tu horum lib., tu C. Gracchi*.—3  $\psi$  *verberum*.—4 C *disciplina*.—5 In Franc. *Nam sine copula*. Lamb. solus dedit *Namque hæc tua sunt, hæc te hom.* In  $\chi$  deest *te*.—6 I in T, Ven. 1480. et ap. Aulum Gellium, Noct. Att. XII. 3. omittitur. Mox omnes edd. præter Junt. Ern. Beck. Schutz. et Orell. addunt *quæ* ante *non modo*. In T deest *modo*.—7 C H S  $\chi$  *mansuetudinis sine copula*. Dein pro sunt C habet *fuit*.—8 Ald. Crat. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. *sed Tarq.* Mss. plerique et edd. ante Ald. cum Beck. Schutz. et Orell. non agnos-

## NOTÆ

<sup>i</sup> *Injussu vestro*] Populus jubebat, censebat senatus.

<sup>k</sup> *A duumviris*] Suetonius in vita Cæsaris refert duumviros a Tullo Hostilio rege in causa Horatorum fuisse primum constitutos, cum potestate tamen ad populum provocandi: acta vero primum hæc Rabirii apud duumviros fuit, et ab iis condemnatus ad populum appellavit.

<sup>l</sup> *Indicta causa*] Nulla est audita Rabirii defensio; nam non dicunt causam, qui contra leges damnantur.

<sup>m</sup> *I lictor, &c.*] Formula fuit judi-

cii, quod ferebatur a duumviris in reos perduellionis.

<sup>n</sup> *Romuli quidem, aut Numæ*] Hi primi omnium regum Romanorum fuerunt; iique clementissimi principes.

<sup>o</sup> *Tarquinii*] Auctor illius sententiæ fuit Tullus Hostilius in judicio Horatianorum, non Tarquinius; sed eam ei attribuit, quod eam per summam tyrannidem erga cives Rom. sæpe usurparet.

<sup>p</sup> *Cruciatus carmina*] Id est, sunt voces, formulæ, et cantus. Carmen enim a canendo dictum est; immo

lenis ac popularis, libentissime commemoras : ‘ Caput obnubito; <sup>9</sup> arbori infelici <sup>r</sup> suspendito.’<sup>10</sup> [p. 93.] Quæ verba, Quirites, jam pridem in hac republica non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis <sup>t</sup> oppressa sunt.<sup>11</sup> v. 14. An vero, si actio ista <sup>u</sup> popularis esset, et, si ullam partem æquitatis haberet aut juris, C. Gracchus eam reliquisset? Scilicet tibi graviolem dolorem patruî tui<sup>12</sup> mors attulit, quam C. Graccho fratris? <sup>x</sup> et tibi acerbior ejus<sup>13</sup> patruî mors est, quem nunquam vidisti, quam illi ejus fratris, quicum concordissime vixerat? et <sup>y</sup> similis <sup>v</sup> viri tu ulcisceris patruî mortem, atque ille persequeretur <sup>15</sup> fratris sui, si ista ratione agere voluisset? et par desiderium <sup>z</sup> sui reliquit apud populum Romanum Labienus iste,

cunt sed. In C et S legitur *Tarquini*.—9 Sex Oxonn. Mss. *ita*.—10 In C et S post *suspendito* est spatium vacuum quinque circiter verborum. In T desunt *Quæ verba*.—11 Post *oppr. sunt* C H S addunt *K*;  $\chi$   $\psi$  *R*.

CAP. V. 12 Ern. deleri volebat *tui*, aut, paulo post, scribi *fratris sui*: unde Schutz. deleuit *tui*.—13 T, Ms. Lambini, Ven. 1480. Junt. Lamb. omittunt *ejus*.—14 In Franc. deest *et ante similis*. Pro *viri*  $\psi$  habet *juri*: unde Beck. coniecit *simili jure*, quod Schutz. recepit. Locus Ernesto suspectus erat; et Orellius eum esse corruptum notavit.—15  $\chi$   $\psi$  *atque ille si perseq.* Schutz. deleuit *sui post fratris*: Orell. uncis inclusit. In sex Oxonn. Mss. et

## NOTÆ

leges et judicium sententiæ, quæ per præconem denunciabantur, carmen appellatæ sunt. Vide Livium l. i.

<sup>9</sup> *Caput obnubito*] Id est, vela, ne videlicet aspectu patibuli reus terretur, aut in voces irrumperet; vel ut significarent luce indignum esse.

<sup>r</sup> *Arbori infelici*] Per arborem crucem intelligit, quæ ex aliquo ligno vel arbore infelici componebatur: porro arbores infelices, auctore Plinio xvi. 27. illæ censebantur, et damnatæ religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt, vel Diis Inferorum sacratæ sunt.

<sup>t</sup> *Suspendito*] Funibus religabantur, qui in crucem suspendebantur.

<sup>u</sup> *Tenebris vetustatis, rerum etiam luce libertatis*] Translata verba, illud a nocte, istud a die. Vult autem indicare illas durissimas perduellious

leges latis novis et mitioribus antiquatas esse.

<sup>u</sup> *Actio ista*] Actionem intelligit, qua Rabirii civis Rom. mortem persequitur Labienus.

<sup>x</sup> *Fratris*] Ex his verbis fas est coniecere Q. Labienum, Titi patruum, tum tribunum plebis fuisse, quando cum Saturnino occisus est. Duo autem Gracchi fuerunt fratres, Tiberius et Cains, uterque seditiosus, uterque tribunus plebis; primus, cum iterum tribunus creari vellet, Nasica auctore; alter a Lucio Opimio consule, interfectus est.

<sup>y</sup> *Et similis*] Vox ista ‘et’ interrogative ponitur. Sic apud Virg. ‘Et quæ tanta fuit Romam tibi cura videndi?’

<sup>z</sup> *Desiderium*] Tanto dolore affec-

patruus vester,<sup>16</sup> quisquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? An pietas tua major, quam Gracchi? an animus? an consilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia?<sup>a</sup> quæ, si in illo minima fuissent, tamen præ tuis facultatibus<sup>n 17</sup> maxima putarentur. 15. Cum vero his rebus omnibus C. Gracchus omnes vicerit, quantum intervallum tandem inter te atque illum interjectum putas?<sup>18</sup> Sed moreretur prius acerbissima morte millies<sup>19</sup> Gracchus, quam in ejus concione carnifex consisteret; quem non modo foro, sed etiam cœlo<sup>o</sup> hoc ac spiritu censoriæ leges,<sup>b</sup> atque urbis domicilio carere voluerunt. Hic se popularem dicere audet, me alienum a commodis vestris; cum iste omnes et suppliciorum et verborum<sup>20</sup> acerbitates, non ex memoria vestra ac patrum vestrorum,<sup>1</sup> sed ex annalium monumentis,<sup>c</sup> atque ex regum commentariis<sup>d</sup> conquisierit; ego omnibus meis opibus, omnibus consiliis, omnibus dictis atque factis repugnarem, et restiterim crudelitati? Nisi forte hanc conditionem<sup>p</sup> vobis<sup>2</sup>

<sup>n</sup> In comparatione facultatum tuarum.

<sup>o</sup> Aëre.

<sup>p</sup> Hanc sortem.



ed. Junt. deest *si ante ista*. Mox C S χ et ed. Junt. exhibent *noluisse*.—16 Schutz. e suspicione Ernesti et Beckii delevit *patruus vester*. Dein Franc. et nonnullæ edd. et Ti. Gracchus.—17 *Facultatibus* Ernesto et Beckio suspectum est.—18 In Franc. *injectum esse putas*.—19 Pro *millies* in C S χ *illies prius*; in ψ *illi es*. Mox, post *concione* ψ addit *prius*.—20 C S χ ψ, Pal. 1. et nonnullæ edd. vett. *verberum*.—1 C H S T *vestrum*.—2 C H S T χ *nobis*.—

#### NOTÆ

tus est de morte Gracchorum pop. Rom. ut Plutarchus asserit in eorum vita, erectas ipsis fuisse statuas in eodem loco ubi interfecti sunt.

<sup>a</sup> *Eloquentia*] Cicero in *Claris Oratoribus* ait, C. Graccho pleniorum et uberiorum ad dicendum oratorem ante eum nullum fuisse. Laudat vero Gracchum, quia libenter ejus laudes populus audiebat.

<sup>b</sup> *Censoriæ leges*] Quibus cavebatur ne carnifex civis Rom. esset, ne in foro conspiceretur, neve in urbe domicilium haberet.

<sup>c</sup> *Annalium monumentis*] Ex Cic. de *Orat.* l. II. erat aliud historia nihil, nisi annalium confectio, rei memoriæque publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Rom. usque ad P. Mucium pontificem max.; pontifex enim max. res omnes singulorum annorum mandabat literis.

<sup>d</sup> *Ex regum commentariis*] Constat ex Livio lib. I. reges Romanos de suis rebus gestis aut constitutis commentarios scripsisse: in quo probabile est eos fuisse imitatum Cæsarem.

esse vultis, quam servi, si<sup>3</sup> libertatis spem propositam non haberent, ferre nullo modo possent.<sup>4</sup> 16. Misera est ignominia judiciorum publicorum,<sup>e</sup> misera mulctatio<sup>g</sup> bonorum, miserum exilium: sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. Mors denique si<sup>5</sup> proponitur, in libertate morimur.<sup>6</sup> Carnifex vero, et obductio<sup>7</sup> capitis, et nomen ipsum crucis, absit non modo a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum, non solum eventus atque perpessio, sed etiam conditio,<sup>8f</sup> expectatio, mentio ipsa denique, indigna cive Romano atque homine libero est. An vero servos nostros horum<sup>9</sup> suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas una vindicta<sup>g</sup> liberabit; <sup>10</sup> nos a verberibus, ab unco,<sup>h</sup> a crucis denique terrore, neque res gestæ, neque acta ætas, neque nostri<sup>11</sup> honores<sup>g</sup> vindicabunt? 17. Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, et præ me fero,<sup>f</sup> <sup>12</sup> te ex illa crudeli, importuna,<sup>13</sup> non tribunicia actione, sed regia, meo consilio, virtute,<sup>u</sup> auctoritate esse depulsum. Qua tu in actione quanquam omnia exempla majorum,<sup>i</sup> omnes leges,<sup>k</sup> omnem

<sup>g</sup> *Publicatio.*

<sup>h</sup> *Magistratus.*

<sup>f</sup> *Non dissimulo.*

<sup>u</sup> *Fortitudine.*



3 C H S  $\chi$  omittunt si ante *libertatis*, et pro *propositam* exhibent *prope*.—4  $\chi$  *possint*.—5 In eodem Ms. deest *si*.—6 *Morimur* e conj. dedit Ern. qui etiam conjecit *moriemur*. Omnes aliæ edd. *moriamur*.—7 Lamb. e conjectura Pantagathi, Manutii, et Mureti, recepit *obnuptio*, prob. Hotom. Vid. Nott.Varr.—8 Lamb. e conjectura Mureti *condictio*. Vid. Nott.Varr.—9 *Prohorum* in T *omnium*.—10 *Liberavit* C H S T et edd. pr. *liberat* e palimpsesto Niebuhrii recepit Orell. *liberabit* ceteri.—11 Mss. plerique, Ven. 1483. et Orell. *vestri*. Dein T *vindicabant*.—12 Verba et *præ me fero* in  $\chi$  desunt.—

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Judiciorum publicorum*] In judiciis publicis de capite civium agebatur, et eorum executio cuique ex populo committebatur.

<sup>f</sup> *Conditio*] Misera illa est conditio in qua aliquis ita vivit, ut in eum cadere supplicii servilis nota possit.

<sup>g</sup> *Una vindicta*] Vindicta erat virga quam prætor vel lictor servi capiti imponens, eundem servum in li-

bertatem, verba quædam solennia proferens, vindicabat.

<sup>h</sup> *Ab unco*] Unco recurvo quorundam criminum damnati ad supplicium trahebantur.

<sup>i</sup> *Exempla majorum*] Majores nunquam carnifices erant, et crucem adhibuerunt in concione.

<sup>k</sup> *Omnes leges*] Intelligit leges censorias, quæ voluerunt carere foro

auctoritatem senatus, omnes religiones,<sup>1</sup> atque auspicioꝝ publica<sup>14</sup> jura neglexisti; tamen a me hæc, in hoc tam exiguo meo tempore, non audies. Liberum tempus nobis dabitur ad istam disceptationem.

VI. 18. Nunc de Saturnini crimine, ac de clarissimi<sup>15</sup> patris tui morte dicemus. Arguis, occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum: et id<sup>16</sup> C. Rabirius, multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissime defendente, antea falsum esse docuit. Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen,<sup>m</sup> agnoscerem, confiterer. Utinam hanc mihi facultatem causa<sup>n</sup> concederet, ut possem<sup>17</sup> hoc prædicare, C. Rabirii manu, L. Saturninum,<sup>18</sup> hostem populi Romani, interfectum!—(Nihil me clamor iste<sup>o</sup> commovet, sed consolatur, cum indicat<sup>19</sup> esse quosdam cives imperitos, sed non multos. Nunquam (mihi credite) populus Romanus hic, qui silet, consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. [p. 94.] Quanto jam levior est acclamatio! quin continetis vocem, indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis?<sup>20</sup>)—19. Libenter, inquam,<sup>p</sup> confiterer,<sup>1</sup> si vere possem, aut etiam, si mihi esset integrum, C. Rabirii<sup>2</sup> manu L. Saturninum esse occisum: et



13 H S  $\chi$  ex illa crudelitate opportuna. In C quoque opportuna legitur.—14 Franc. omittit publica, non improb. Grævio.

CAP. VI. 15 Manutius reponi maluit *carissimi*.—16 ‘Turnebus legi jusit ad id: num at id?’ Beck.—17  $\chi$  *possim*.—18  $\chi$  *Saturninum*.—19 Beck. conjecit *inducet*.—20 Jul. Rufinian. de Fig. cap. 33. ita landat, *quin cont. vocem vestram, ind. stult., testem pauc.* Quintil. XI. 3. *quin compescitis vocem istam, ind. stult., test. pauc.*—1 C H S T  $\chi$  *confiteor*.—2  $\chi$  *Rabiri*. Tum T

#### NOTÆ

carnifices.

<sup>1</sup> *Omnes religiones*] Cum in Campo Martio crucem defigi voluit, religiones et auspicia neglexit, quia observatum erat de cælo, et Labieno obnuntiatum quod mala erant auspicia; non tamen ab actione destitit.

<sup>m</sup> *Susciperem hoc crimen*] Crimen hoc, licet a Rabirio non sit commissum, tamen ultro commissum ab eo esse libenter ait se confessurum, et suum prædicaturum; quia crimen

non est appellandum, quod reipublicæ causa committitur.

<sup>n</sup> *Causa*] Rabirius volebat interfectoꝝ Saturnini appellari.

<sup>o</sup> *Clamor iste*] Si quid in concionibus dictum esset, quod populo placeret, acclamabatur; si quid vero displiceret, admurmurabat et obstrepbat.

<sup>p</sup> *Libenter, inquam*] Acclamatione et admurmuratione sedata, repetit suam propositionem.

id facinus pulcherrimum esse arbitrarer. Sed, quoniam id facere non possum, confitebor<sup>3</sup> id, quod ad laudem minus valebit,<sup>4</sup> ad crimen non minus. Confiteor, interficiendi Saturnini causa, C. Rabirium arma cepisse. Quid est, Labiene? quam a me<sup>4</sup> graviolem confessionem, aut quod in hunc majus crimen expectas?<sup>5</sup> Nisi vero interesse aliquid putas inter eum qui hominem occidit, et eum qui cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit; arma sumta esse contra Saturninum sine scelere non possunt. Si arma jure sumta concedis; interfectum jure<sup>6</sup> concedas necesse est.<sup>7</sup>

*Paucula quædam deesse videntur.*<sup>7</sup>

VII. 20. Fit senatusconsultum,<sup>8</sup> ut C. Marius, L. Valerius, consules, adhiberent<sup>8</sup> tribunos plebis<sup>1</sup> et prætores, quos eis videretur;<sup>2</sup> operamque darent, ut imperium populi Romani, majestasque conservaretur.<sup>9</sup> Adhibent omnes tribunos plebis præter Saturninum, prætores<sup>10</sup> præter

<sup>2</sup> Quos placeret sibi.

*Saturninum.*—3 H S χ, Venet. 1483. Junt. Steph. *confiteor.*—4 ψ *ad me.*—5 Franc. *expectabis.*—6 Pro *jure* C χ ψ habent *vere*; H *vero*; S *uare.*—7 In marg. quatuor Oxonn. Mss. scribitur, ‘In vetustissimo exemplari deest una charta,’ vel ‘pagina.’ In alio est spatium quatuor linearum. Gruter. monet in antiqq. edd. esse tantum, ut et in Pall. ‘qui ambo adnotant, integram deficere paginam in codice vetusto, medioque ejus collocatas habent binas has voces *nobis dabit.*’ In Francii Ms., auctore Grævio, trium quatuorve versuum intervallum vacuum erat post hæc verba. Ern. docet, in ed. Med. scribi, in Ms. vetustissimo esse lacunam unius chartæ. Nihil deesse contendit Pantagathus. Vide Not. Delph.

CAP. VII. 8 χ *adhiberentur.*—9 Franc. *servaretur.* Tum C *Adhiberent*: H S T χ ψ *Adhiberet.*—10 Mss. et edd. veti. non habent *prætores.* Lamb. Oliv. Lall. et Schutz. e conjectura Turnebi dederunt *omnes prætores.* Ceteri

NOTÆ

<sup>4</sup> *Ad laudem minus valebit*] Nam minor Rabirii laus est, quod arma ceperit Saturnini occidendi causa, quam fuisset, si eum occidisset.

<sup>7</sup> *Concedas necesse est*] Desiderantur hic omnia quæ de seditione Saturnini, et tumultu populi ad eam reprimendam dicta sunt.

<sup>6</sup> *Fit senatusconsultum* [*Fit S. C.*] Loquitur de senatusconsulto, quo probat arma jure sumta esse. Illud autem senatusconsultum fuit, ut consules viderent ne quid detrimenti caperet respub.

<sup>1</sup> *Tribunos plebis*] Decem tum erant tribuni plebis.

Glauciam: <sup>u</sup> qui rempublicam salvam esse vellent, arma <sup>11</sup> capere et se sequi jubent. Parent omnes. Ex ædificiis armamentariisque <sup>12 x</sup> publicis arma populo Romano, C. Mario consule distribuyente, dantur. Hic jam, ut omittam cetera, de te ipso, Labiene, <sup>y</sup> quæro: cum Saturninus Capitolium teneret armatus, esset una C. Glaucia, <sup>13</sup> C. Saufeius, <sup>z</sup> etiam ille ex compedibus atque ergastulo <sup>14 a</sup> Gracchus: <sup>b</sup> (addam, quoniam ita vis, eodem <sup>y</sup> Q. Labienum, patrum tuum) in foro autem C. Marius et L. Valerius Flaccus, consules, <sup>15</sup> post cunctus senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, (qui hos <sup>16</sup> patres conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam vocatis) quo facilius de hoc senatu detrahere possitis, laudare consuevistis; <sup>17</sup> cum equester ordo; at quorum <sup>18</sup> equitum, Dii immortales! patrum nostrorum, <sup>19</sup> atque ejus ætatis, quæ tum magnam partem reipublicæ atque omnem dignitatem judiciorum <sup>c</sup> tenebat; <sup>20</sup> cum om-

<sup>y</sup> Ad hos.

//////////

nt Ern.—11 In  $\chi$  deest arma.—12 T *æde sui Aucus armamentarium quæ*: ed. Wald. *æde sui aucus armamentariisque*:  $\psi$  *ædificiis sus ancus armamentariisque*: H *ædificiis ædibus sacris armamentariisque*; unde Schütz. et Orell. dederunt *ædibus sacris armamentariisque*. Pro *ædificiis* Ern. suspicatus est vel *ædibus* vel *officinis* legend.—13 C esse; et Ven. 1480. *una cum Glaucia*. In C H S  $\chi$  deest pronomen ante *Saufeius*, pro quo nomine C  $\chi$  habent *Saufrius*; T *Sauferiis*.—14 T *atque gastulo*: Lamb. *atque ex ergast.*—15 In T deest *consules*. Dein Pantagathus legit *post eos cunct. sen.* H non habet verba *atque ille senatus*.—16 C et  $\psi$  *hoc*.—17 Verba *laudare consuevistis* absunt a Franc. et sex Oxonn. Mss.—18 In H *aut quorum*. Vocem *Romanorum*, quæ vulgo post *equitum* inseritur, auctoritate ed. Ven. 1480. delevit Ern. quem Beck. et Schütz. secuti sunt.—19 C H S T *nostrum*.—20 Lamb. legi maluit *qui tum . . .*

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Glauciam*] Glancia turpissimus vir fuit et levissimus, de quo Cicero lib. III. de Oratore loquitur; et quem tum prætorem fuisse Livius lib. LXIX. refert.

<sup>x</sup> *Armamentariis*] Armamentarium locus est ubi omnia armorum genera; armarium vero ubi libri reponuntur.

<sup>y</sup> *De te ipso, Labiene*] Ostendit Rabirium arma debuisse sumere, non domi latere, non cum Saturnino Capitolium occupare; nam foro pulsus illud Saturninus occuparat.

<sup>z</sup> *C. Saufeius*] Is esse videtur Saufeius, quem C. Saffinium appellat Appianus lib. I. qui tum censor fuit.

<sup>a</sup> *Ergastulo*] Ergastulum locus est in quo vincti nequiores servi opus faciunt.

<sup>b</sup> *Gracchus*] Equitius quidam se Gracchi filium finxit, ut sibi populum demeretur, apud quem valebat plurimum Gracchorum familia. Is cum Saturnino, Glancia, et Saufeio arma cepit. Vide Val. Max. lib. IX.

<sup>c</sup> *Omnem dignitatem judiciorum*] Lege Gracchi equester ordo judicia

nes omnium ordinum homines, qui in salute reipublicæ salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent; quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? 21. De te ipso, inquam, Labiene, quæro: cum ad arma consules ex senatusconsulto vocavissent;<sup>1</sup> cum armatus M. Æmilius,<sup>d</sup> princeps senatus, in comitio<sup>e</sup> constitisset<sup>2</sup> (qui, cum ingredi<sup>f</sup> vix posset, non ad insequendum<sup>g</sup> sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat); cum denique Q. Scævola,<sup>h</sup> confectus senectute, præpeditus<sup>3</sup> morbo,<sup>i</sup> mancus, et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, et animi vim, et infirmitatem corporis ostenderet; cum L. Metellus,<sup>k</sup> Ser. Galba,<sup>4</sup> C. Serranus,<sup>m</sup> P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesque, qui tum erant, consulares, pro salute communi arma cepissent;<sup>5</sup> cum omnes prætores, cuncta nobilitas ac juvenus accur-



tenebant.—1 Garaton. conjecit *evocassent* legend. Mox in  $\chi$  *armatis*.—2 C T  $\chi$  *constitissent*.—3 *Perditus* tres Mss. Manntii, sex Oxonn. Mss. Ven. 1483. Græv. Verburg. Oliv. Lall. *præditus* duo alii Mss. Manntii: *præpeditus* ceteri.—4 Edd. nonnullæ *Serg. Galba*.—5  $\chi$  *consulare, pro sal. omnium arma cep*.—

## NOTE

administrabat, quorum auctoritas a Sulla devoluta est ad senatores: sed tandem legem tulit Anrelius Cotta, ut cum senatoribus equites et tribuni ærarii judicarent.

<sup>d</sup> *M. Æmilius*] M. Æmilius Scaurus, cujus constantiam et gravitatem sæpe Cicero laudat, cum videret concitatum a Saturnino aliisque populum, Marium sextum consulem hortatus est, ut libertatem reipub. tueretur, atque ipse in summa senectute armatus, et innixus spiculo, constitit ante curiæ fores. Vide Val. Max. lib. III.

<sup>e</sup> *In comitio*] Comitium erat curiæ proximum.

<sup>f</sup> *Ingrèdi*] Ambulare propter summam senectutem vix poterat.

<sup>g</sup> *Ad insequendum*] Putabat videlicet illam pedum tarditatem fore sibi impedimento, non ut fugeret; sed

quominus seditiosos cives insequeretur.

<sup>h</sup> *Q. Scævola*] Is Scævola cum L. Metello Dalmatico consul fuerat: nam alter quinquennio post Marium et Flaccum consules, qui Saturninum oppresserunt, consulatum gessit.

<sup>i</sup> *Præpeditus morbo*] Morbo pedum, seu podagra, laborabat.

<sup>k</sup> *L. Metellus*] Dalmaticus dictus est, et consulatu functus A. U. C. 636. Censura et triumpho de Dalmatis illustris fuit.

<sup>l</sup> *Galba*] Galba consul fuit cum M. Æmilio Scauro, cujus ex familia sex aut septem consulares extiterunt.

<sup>m</sup> *Serranus*] Serranus cum Q. Cæpione, Rutilius cum Cn. Manlio, Fimbria cum C. Mario, Q. Catulus cum eodem Mario consulatum gesserunt.



reret, Cn.<sup>6</sup> et L. Domitii,<sup>7</sup> L. Crassus,<sup>8</sup> Q. Mucius, C. Claudius,<sup>9</sup> M. Drusus;<sup>10</sup> cum omnes Octavii,<sup>7</sup> Metelli,<sup>5</sup> Julii,<sup>4</sup> Cassii,<sup>11</sup> Catones,<sup>12</sup> Pompeii;<sup>13</sup> cum L. Philippus,<sup>14</sup> L. Scipio,<sup>15</sup> cum M. Lepidus,<sup>16</sup> cum D. Brutus, cum hic ipse<sup>8</sup> P. Servilius,<sup>17</sup> quo tu imperatore,<sup>18</sup> Labiene, meruisti;<sup>19</sup> [p. 95.] cum hic Q. Catulus, admodum tum adolescens, cum hic C. Curio,<sup>20</sup> cum denique omnes clarissimi viri cum consulibus essent; quid tandem C. Rabirium facere convenit? utrum inclusum atque abditum latere in occulto, atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere; an in Capitolium pergere, atque ibi se<sup>9</sup> cum tuo patruo, et ceteris, ad mortem, propter vitæ turpitudinem, confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro,<sup>10</sup> Catulo, Metello, Scævola, cum bonis denique omnibus co-

<sup>2</sup> Militasti.

6 C H S T ψ, Franc. Ven. 1480. Junt. Græv. Ern. Beck. Schutz. et Orell. Cn. Ceteri C. Dein χ ψ et edd. nonnullæ Domitius.—7 C T χ Octavi. Tum in C H S χ Julia omittitur. Pro Cassii, C et χ habent Crassi; S Crassii. Porro C Pompeii.—8 χ ipsi. Mox, ψ quo tum imp.—9 χ ibi si.—10 C an cum M. Scauro.

## NOTÆ

<sup>6</sup> Cn. et L. Domitii] Uterque Domitius Ahenobarbus, ut opinor, fratres; quorum primus cum Cassio Longino, alter cum Cælio Caldo consul fuit.

<sup>8</sup> L. Crassus] Crassus orator fuit, Mucius vero pontifex max.

<sup>9</sup> Claudius] Claudius fuit consul cum Perpenna.

<sup>10</sup> M. Drusus] Drusus tribunus plebis domi suæ interfectus est.

<sup>7</sup> Octavii] Octavii tres consulatum gesserunt.

<sup>5</sup> Metelli] Q. Metellus Nepos consul anno 655. fuit cum T. Tidio. Ob dissipatam rem domesticam, Nepos dictus est.

<sup>4</sup> Julii] Sex Julius Cæsar consul cum Philippo, et L. Cæsar cum P. Rutilio Lupo.

<sup>11</sup> Cassii] C. Cassius Vetus consul cum L. Gellio.

<sup>12</sup> Catones] L. Porcius Cato consul cum Cn. Pompeio Strabone.

<sup>13</sup> Pompeii] Cn. Strabo Pompeius consul fuit cum Porcio Catone, Q. Pompeius Rufus cum L. Sulla.

<sup>14</sup> Philippus] Consul cum Sexto Julio Cæsare.

<sup>15</sup> L. Scipio] Consul cum Norbano.

<sup>16</sup> M. Lepidus] Lepidus cum Q. Catulo, Brutus cum Æmilio Lepido Liviano.

<sup>17</sup> P. Servilius] Servilius, qui Isauricus postea dictus est, ab Isanris urbe Ciliciæ captis, cum Appio Pulchro consul fuit.

<sup>18</sup> Imperatore] Cum bellum gereret in Cilicia, is primus omnium in Isauriam ingressus est; et triumphum, et Isaurici nomen adeptus est.

<sup>20</sup> C. Curio] Curio pater ejus Curionis fuit, qui bello civili, pro Cæsare pugnans, perit in Africa.

ire, non modo salutis, verum etiam periculi societatem? VIII. 22. Tu denique, Labiene, quid faceres tali in re ac tempore? <sup>f</sup> cum ignaviæ ratio te in fugam atque in latebras impelleret; <sup>11</sup> improbitas et furor L. Saturnini in Capitolium accesserit; <sup>12</sup> consules ad patriæ salutem ac libertatem vocarent; quam tandem auctoritatem, quam vocem, cujus sectam sequi, cujus imperio parere potissimum velles? Patruus, inquit, meus cum Saturnino fuit. Quid? pater quicum? <sup>13</sup> <sup>g</sup> quid? propinqui vestri, equites Romani? quid? omnis præfectura, <sup>h</sup> regio, vicinitas vestra? quid? ager Picenus <sup>i</sup> universus, utrum tribunicium furorem, an consularem auctoritatem secutus est? 23. Equidem hoc affirmo, quod tu <sup>14</sup> nunc de tuo patruo prædicas, <sup>k</sup> neminem unquam adhuc de sese <sup>15</sup> esse confessum: nemo est, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. At fuit <sup>16</sup> vester patruus. Fuerit: et fuerit nulla desperatione rerum <sup>l</sup> suarum, nullis domesticis vulneribus <sup>b</sup> coactus: induxerit eum <sup>17</sup> L. Saturnini familiaritas, ut amici-

<sup>b</sup> *Incommodis.*



CAP. VIII. II *Repelleret* ψ: *compelleret* coniecit Ern.—12 χ *accesserit*.—13 H χ *Qui pater? quicum?* al. *Quid pater? quicum?* Tum C H S χ *propinqui nostri*.—14 In χ *deest tu*. C H S χ *omittunt præpositionem de*.—15 T *de se*.—16 Pro *At fuit* sex Oxonn. Mss. Ven. 1480. 1483. Junt. habent *Affuit*.

#### NOTE

<sup>f</sup> *Ac tempore*] Quo Saturninus cum suis excitabat seditionem.

<sup>g</sup> *Quid? pater quicum*] Videtur hic significare Labieni patrem non cum seditiosis, sed cum consulibus fuisse.

<sup>h</sup> *Omnis præfectura*] Præfecturæ in Italia eæ urbes dicebantur, in quibus et jus dicebatur, et nundinæ agebantur: in eas legibus præfecti quotannis jus dicturi mittebantur. De his Festus.

<sup>i</sup> *Ager Picenus*] Ager Picenus est Italiæ quinta regio trans Apenni-

num, ab ipsis montibus ad Mare Adriaticum usque extensus. Vide Strab. lib. v. Hodie *Marchia Anconitana* dicitur, ab Aucona emporio celeberrimo.

<sup>k</sup> *Patruo prædicas*] Nemo est qui prædicet se cum Saturnino fuisse; et tamen ea est impudentia Labienus, ut id de patruo suo jactet.

<sup>l</sup> *Nulla desperatione rerum*] Qui enim ære alieno tenebantur astricti, ut plurimum seditiosos cives sequebantur.

tiam patriæ præponeret: idcircone<sup>18</sup> oportuit C. Rabirium desciscere a republica? non comparere<sup>19</sup> in illa armata multitudine bonorum? consulum voci<sup>20</sup> atque imperio non obedire? 24. Atqui videmus, hæc<sup>1</sup> in rerum natura tria fuisse; ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere, mortis erat instar<sup>c</sup> turpissimæ: <sup>2</sup> cum Saturnino esse, furoris et sceleris: virtus, et honestas, et pudor cum consulibus esse cogebat. Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisset, si oppugnasset; turpissimus, si reliquisset? 1X. At C. Decianus,<sup>m</sup> de quo tu sæpe commemoras, quia, cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis, P. Furius, accusaret summo studio bonorum omnium,<sup>3</sup> queri est ausus in concione de morte Saturnini, condemnatus est: <sup>4</sup> et Sex. Titius,<sup>n</sup> quod habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condemnatus est. Statuerunt equites Romani<sup>o</sup> illo iudicio,<sup>d</sup> improbum civem esse, et <sup>5</sup> non retinendum in civitate, qui hominis, hostilem in modum seditiosi, imagine<sup>6</sup> aut mortem ejus honestaret,<sup>7</sup> aut desideria imperitorum<sup>p</sup> misericordia commoveret, aut suam<sup>8</sup> significaret imitandæ improbitatis voluntatem. 25. Itaque mihi mirum videtur, unde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habes,<sup>9</sup>

<sup>c</sup> Imago.

<sup>d</sup> Consensu.

//////////

Schutz. censet *vester* delend. vel *tuus* scribend.—17 C et  $\chi$  cum.—18  $\chi$  idcirco, omisso *ne*.—19 Comparem C: *comparare* Vict. Manut. Dein C in *illa ornatu mult.*—20 C H S T  $\chi$  voce.—1  $\chi$  hoc. In  $\psi$  deest.—2  $\chi$  turpissimo.

CAP. 1X. 3 *Omnium* non est in C.—4 Verba *et Sex. Titius . . . condemn.* est in  $\chi$  desunt.—5  $\chi$  omittit copulam *et*.—6 In  $\chi$  et  $\psi$  imaginem.—7 C H S  $\chi$  honestate. Mox C H S  $\chi$  misericordiam. In Franc. 1. desunt verba *aut desid. imp. mis. comm.*—8  $\psi$  sua. Tum H S  $\chi$   $\psi$  imitandam.—9 Franc. *quam tu*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *At C. Decianus*] Hic ostendit a præjudiciis sive iudicatis, Labienum potius quam Rabirium perduellionis accusandum esse. Nam Decianus tantum damnatus est, quia de Saturnino questus est, cum Furius defendebat. Vide Val. Max. VIII. 1.

<sup>n</sup> *Sex. Titius*] Titius, homo loquax et acutus, ut ait Cicero, licet inno-

cens esset, et lege agraria gratus populo, tamen condemnatus est, quia domi Saturnini imaginem habebat.

<sup>o</sup> *Equites Romani*] Qui soli tum iudicabant.

<sup>p</sup> *Imperatorum*] Id est, imperitæ multitudinis, quæ facile rebus ejusmodi ducitur.

inveneris: nam Sex. Titio damnato, qui istam habere auderet, inventus est nemo. Quod tu si audisses, aut si per ætatem scire potuisses; nunquam profecto istam imaginem,<sup>9</sup> quæ domi posita, pestem atque exilium<sup>10</sup> Sex. Titio attulisset, in rostra<sup>r</sup> atque in concionem attulisses; nec tuas unquam rationes<sup>11</sup> ad eos scopulos appulisses, ad quos<sup>12</sup> Sex. Titii afflictam navem,<sup>t</sup> et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Sed in his rebus<sup>13</sup> omnibus imprudentia laberis,<sup>f</sup> causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua;<sup>u</sup> quæ causa ante mortua est, quam tu natus esses. [p. 96.] Qua in causa tute profecto fuisses, si per ætatem esse potuisses, eam causam in iudicium vocas. 26. An non intelligis, primum quos homines et quales viros mortuos summi sceleris arguas? deinde quot ex iis, qui vivunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? Nam si C. Rabirius fraudem<sup>s</sup> capitalem admisit, quod arma contra L. Saturninum tulit; huic quidem afferet<sup>14</sup> aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua tum fuit:<sup>x</sup> Q. vero Catulum, patrem hujus, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit; M. Scaurum, illa gravitate, illo consilio, illa prudentia; duos Mucios,<sup>y</sup> L. Crassum, M. Antonium,<sup>z</sup> qui tum extra

<sup>c</sup> Calamitatem et condemnationem.

<sup>f</sup> Cadis sensim.

<sup>s</sup> Crimen.



habes.—10 Edd. nonnullæ exitium. Vid. Not. Delph.—11 Pithæus conjecit rates.—12 Ad quod H: id quod S χ.—13 Beck. tacite omisit rebus.—14 Af-

#### NOTE

<sup>9</sup> *Istam imaginem*] Labienns produxerat imaginem L. Saturnini in concione, aut quam apud se Titius habebat, aut aliam huic certe similem.

<sup>r</sup> *In rostra*] Ubi hæc causa acta est.

<sup>s</sup> *Tuas rationes*] Quibus voluisti impellere pop. Rom. ad perdendum Rabirium.

<sup>t</sup> *Afflictam navem*] Per navem intelligit familiam et domum; metaphora a nave sumta, et naufragio.

<sup>u</sup> *Antiquiorem memoria tua*] Quia occisus est Saturninus annis quadraginta ante hanc Rabirii accusationem. Labienns autem juvenis erat; nam tribunatus anno ætatis vigesimo gerebatur.

<sup>x</sup> *Ætas illa, qua tum fuit*] Tunc enim erat adolescens Rabirius.

<sup>y</sup> *Duos Mucios*] Scævola m utrumque, pontificem et angurem.

<sup>z</sup> *L. Crassum, M. Antonium*] Oratores; de quibus sæpe in libris ora-

urbem cum præsidio fuit; quorum in hac civitate longe maxima consilia atque ingenia fuerunt; ceteros pari dignitate præditos, custodes gubernatoresque reipublicæ,<sup>15</sup> quemadmodum mortuos defendemus? 27. Quid de illis honestissimis viris atque optimis civibus, equitibus Romanis, dicemus, qui tum una<sup>16</sup> cum senatu salutem reipublicæ defenderunt? quid de tribunis ærariis,<sup>a</sup> ceterorumque ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi libertate ceperunt? x. Sed quid ego de iis omnibus, qui consulari imperio paruerunt, loquor? de ipsorum consulum fama quid futurum est? L. Flaccum,<sup>b</sup> hominem cum semper in republica, tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio cærimoniisque, quibus præerat,<sup>17</sup> diligentissimum, nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus?<sup>18</sup> adjungemus ad hanc labem<sup>19</sup> ignominiamque mortis, etiam C. Marii nomen? C. Marium,<sup>c</sup> quem vere patrem patriæ, parentem, inquam, vestræ libertatis,<sup>d</sup> atque hujusce reipublicæ possumus dicere, sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? 28. Etenim, si C. Rabirio, quod iit ad arma,<sup>20</sup> crucem T. Labienus in Campo Martio defigendam putavit; quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocavit?<sup>e</sup> Ac, si fides Saturnino<sup>f</sup> data est, (quod abs te sæpissime dicitur) non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit; idemque violavit, si in fide non stetit.



fert  $\chi$ : afferet  $\psi$ .—15 Reipublicæ non est in  $\psi$ .—16 C H S  $\chi$  qui cum una.

CAP. X. 17  $\chi$  prætereat.—18 Idem Ms. condonabimus.—19 Pro labem  $\chi$  habet urbem; edd. Lamb. et Grut. legem, errore typographico.—20 H quod ut

#### NOTÆ

toriiis.

<sup>a</sup> *Tribunis ærariis*] Tribunis ærariis pecunia militaris erat credita.

<sup>b</sup> *L. Flaccum*] Lib. i. de Divinatione Flaccum Martialem flaminem fuisse ait.

<sup>c</sup> *Marium*] Appellat Marium hunc, popularem suum, Cicero patrem patriæ propter relatam de Cimbris victoriam: quam laudem Q. Catulus Ciceroni omnium primo detulit.

<sup>d</sup> *Vestræ libertatis*] Ille Marius contra Sullam patriæ libertatem defendit.

<sup>e</sup> *Qui vocavit*] Ad arma.

<sup>f</sup> *Si fides Saturnino*] Cum in Capitolio Saturninus obsideretur, jussit Marius aquæductus rescindi: quare oppressus siti, coactus est se Mario in fidem dare. Hunc oclucit in curia, ubi, irruptione facta, a multitudine cum sociis occisus est.

Quæ fides, Labiene, qui potuit sine senatusconsulto dari? <sup>g</sup> Adeone <sup>2</sup> hospes hujusce urbis, adeone ignarus es <sup>3</sup> disciplinæ consuetudinisque nostræ, <sup>h</sup> ut hæc nescias? ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum gerere <sup>i</sup> videre? <sup>+</sup> 29. Quid jam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam <sup>5</sup> sensu et vita caret? Itane vero? tantis in laboribus C. Marius periculisque vixisset, si nihil longius, quam vitæ termini postulabant, spe <sup>6</sup> atque animo, de se et gloria sua cogitasset? At credo, cum innumerabiles <sup>k</sup> hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione rempublicam liberasset, omnia sua secum una <sup>7</sup> moritura arbitrabatur. Non est ita, Quirites: neque quisquam <sup>8</sup> nostrum in reipublicæ periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructuque <sup>9</sup> ducatur. <sup>4</sup> Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maxime, <sup>10</sup> quod optimi et sapientissimi cujusque animus ita præsentit <sup>1</sup> in posterum, ut nihil, nisi sempiternum <sup>11</sup> spectare videatur. 30. Quapropter equidem <sup>12</sup> et C. Marii, et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum civium, mentes, quæ mihi videntur ex hominum vita ad Deorum religionem <sup>13</sup> <sup>m</sup> et

<sup>h</sup> Tangitur sensu posteritatis.

//////////

ad arma: S quod iit in arma.—1 Ms. Franc. et ed. Junt. necavit.—2 H Adeo-  
quene. Pro hospes in  $\chi$  spes.—3 CHST  $\chi$  omittunt es. Post consuetud. nostræ  
Franc. addit civitatis.—4 C videre.—5 Pro quoniam Ern. conjecit Ciceronem  
dedisse qui jam, vel quando jam, improb. Beck. quia jam præcesserat.—6  $\chi$   
sape.—7 In H deest una.—8  $\chi$  ne quisquam.—9 Idem Ms. fructu sine copula.  
—10  $\chi$  cum maxime.—11 Idem Ms. ut nihil præter semp.—12 Equidem in  
Franc. deest. H habet Quapr. eq. ut C. Marii.—13 Lambinus regionem.—

#### NOTE

<sup>g</sup> Sine senatusconsulto dari] Arguit Labienns Marium, quod fidem Saturnino datam non servaverit. Respondet Cicero publicam non fuisse, nec valuisse sine senatus auctoritate.

<sup>h</sup> Consuetudinisque nostræ] Consuetudo non patitur fidem publicam valere sine senatus auctoritate.

<sup>i</sup> Magistratum gerere] Tribunatum plebis magistratum appellat, quem

Plutarchus non fuisse tradit, quia tribunus ejusmodi nulla erant insignia dignitatis.

<sup>k</sup> Innumerabiles] Refert Eutropius lib. v. trecenta quadraginta millia Cimbrorum, Thentorum, et Ambro-  
num occidisse Marium.

<sup>1</sup> Præsentit] Posteritatis præsen-  
sione et spe ducitur animus.

<sup>m</sup> Ad Deorum religionem] Colebant

sanctimoniam demigrasse,<sup>i</sup> testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus, ac<sup>14</sup> pro patriis fanis atque delubris propugnandum putare: ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus strenue caperem, quam illi pro communi salute ceperunt. Etenim, Quirites, exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscipit, immensum gloriæ.<sup>15</sup> XI. Quare, si eos, qui jam de vita decesserunt, ornabimus,<sup>k</sup> justiore nobis mortis conditionem<sup>1</sup> relinquemus. [p. 97.] Sed, si illos, Labiene, quos jam videre non possumus, negligis; ne his<sup>16</sup> quidem, quos vides, consuli putas oportere? 31. Neminem esse dico ex iis<sup>17</sup> omnibus, qui illo die Romæ fuerint,<sup>18</sup> quem tu diem in iudicium vocas, pubesque<sup>m</sup> tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules secutus sit.<sup>19</sup> Omnes ii, quorum tu ex ætate conjecturam<sup>20</sup> facere potes, quid tum fecerint,<sup>1</sup> abs te rei capitatis, C. Rabirii nomine, citantur. At occidit Saturninum Rabirius. Utinam fecisset!<sup>2</sup> non supplicium deprecarer,<sup>1</sup> sed præmium postularem. Etenim, si Scævæ,<sup>3</sup> servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data

<sup>i</sup> Accessisse ad numerum Deorum.

<sup>k</sup> Laudabimus.

<sup>1</sup> Non precarer ut parceretur ei.

14 Pro ac in C legitur quam. Pro fanis Ern. conjecit sacris legend. In H fanis ac delubris.—15 Post gloriæ Ern. supplendum censebat patefecit, vel aperuit, aut tale aliquid.

CAP. XI. 16 Pro ne his in sex Oxonn. Mss. legitur mihi.—17 Ex his C H T: et his χ.—18 C fuerit. Pro diem χ habet idem.—19 χ sis.—20 Idem Ms. conjectum.—1 Fecerunt H: fuerint ψ. Mox a sex Oxonn. Mss. abest rei.—2 χ Ut fecisset. Pricæus in not. ad Apul. deleri voluit fecisset.—3 Al. Sce-

#### NOTÆ

Romani non solum Deos qui cœlites dicebantur, verum etiam eos quos virtus ad cœlum extulerat. Unde ait Cicero omnium animos immortales esse, sed fortium bonorumque divinos.

<sup>1</sup> Mortis conditionem] Contendit, si a nobis vivis celebrentur ii, qui priores nobis mortui sunt, quod, et qui vivent post mortem nostram, nos eti-

am honoribus prosecuri sint: secus autem, si eorum memoriæ injuriam facimus.

<sup>m</sup> Pubes] Quando hoc verbum pubes substantive sumitur, significat proprie lauginem illam, quæ anno 14. genas vestit: quando adjective, eum designat, qui hanc ætatem attingit: ita pro Milone 'omnem Italiæ pubem commiserat.'

est; quod equiti Romano + præmium dari par fuisset? et, si C. Marius, quod fistulas,<sup>u</sup> quibus aqua suppeditabatur,<sup>o</sup> Jovis Optimi Maximi templis<sup>5</sup> ac sedibus, præcidi imperarat, quod in clivo Capitolino improborum civium \* \* \*<sup>6</sup>

*Desunt non pauca.*

re. In  $\psi$  *Secnæ serroque*.—A C S  $\chi$  *equitum R. H equitum Romanorum*.—5 H *suppeditabat*. In T *supp. idibus Martiis templis, &c.* in Franc. *supp. idibus Martiis Jovis Opt. Max. templis, &c.*—6 ‘Notant eodd. complures duo deesse folia. Niebuhrus ingeniose ex orat. Antequam iret in Exil. § 25. supplet *improborum civium cædem fecerat*, vel potius, nostra ex recensione *fecerat cædem*. Lamb. vero in ipso contextu hæc addidit, *improb. civium multitudo sese collocarat, rempublicam servasse ab univ. senatu judicatus est; cur supplicium in eam constitueretur, et non potius præmium ei decerneretur, qui improborum ducem sustulisset.*’ Orell. qui fecit sequens additamentum, quod Niebuhrus e palimpsesto Vaticano primus edidit: ‘...aret. Itaque non senatus in ea causa cognoscenda, me agente, diligentior [Sic Niebuhr. conjecit. *Diligenter* palimps. Vat.] aut inclementior fuit quam vos univ. quum orbis terræ distributionem atque illum ipsum agrum Campanum animis, manibus, vocibus *repudiavistis*. Idem ego, quod is, qui auctor hujus judicii *est*, clamo, prædico, denuntio: nullus est reliquus rex, nulla gens, nulla natio, quam pertimescatis: nullum adventitium, nullum extraneni malum est, quod *insinare* in hanc *rem publicam* possit: si *immortalem* hanc civitatem esse vultis, si æternum imperium, si *gloriam sempiternam manere*, nobis a nostris cupiditatibus, a turbulentis hominibus atque novarum rerum cupidis, ab *intestinis malis*, a domesticis consiliis est cavendum. Hiscæ autem malis magnum præsidium vobis majores vestri reliquerunt vocem illam consulis, qui *rem publicam* salvam esse *tult*. Huic voci favete, *Quirites*, neque vestro judicio abstuleritis mihi *rem publicam*, [Dubitatur ipse Niebuhr. de veritate hujus supplementi.] neque eripueritis *rei publicæ* spem libertatis, spem salutis, spem dignitatis. *Quid facerem*, si T. Labienus *cædem civium fecisset*, ut L. Saturninus, si carcerem *refragisset*, si Capitolium *cum armatis occupavisset*? Facerem *id*, quod C. Marius fecit: ad senatum referrem, vos ad *rem publicam defendendam cohortarer*, armatus *ipse* vobiscum *armato* obsisterem. Nunc quoniam armorum suspicio nulla est, tela non video, non vis, non cædes, non Capitolii atque arcis obsessio est, sed accusatio perniciosa, iudicium acerbum, res tota a tribuno plebis suscepta contra *rem publicam*, non vos ad arma *vocandos mihi esse*, sed ad suffragia cohortandos contra oppugnationem vestræ majestatis putavi. Itaque nunc vos omnes oro atque obtestor, hortorque: non ita mos est, consulem, cum es \* \* \* *timet*: qui hanc ore adverso pro re publica cicatrices ac notas virtutis accepit, is ne quod accipiat famæ vulnus pertimescit: [Sic Niebuhr. conjecit. *Perhorrescit* palimps. Vat.] quem nunquam incursiones hostium loco movere potuerunt, is nunc impetum civium, cui necessario cedendum est,

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Fistulas*] Per fistulas plumbeas aqua e fontibus in loca quælibet ducitur.

<sup>o</sup> *Aqua suppeditabatur*] Anio fons

primo in Capitolium deductus est A. U. C. 627. a Cnæo Servilio Capione est L. Casio Longino censoribus. Vide Frontinum de Aquæductibus.



perhorrescit. Neque a vobis jam bene vivendi, sed honeste moriendi facultatem petit: neque tam [Palimps. Vat. *jam*] ut domo sua fruatur, quam ne patrio sepulcro privetur, laborat. Nihil aliud jam vos orat atque obsecrat, nisi uti ne se legitimo funere et domestica morte privetis; ut eum, qui pro patria nullum unquam mortis periculum fugit, in patria mori patiamini. Dixi ad id tempus, quod mihi a tribuno plebis praestitutum est: a vobis peto quæsoque, ut hanc meam defensionem pro amici periculo fidelem, pro rei publicæ salute consularem putetis.'



M. TULLII CICERONIS  
C A T I L I N A R I Æ  
ORATIONES QUATUOR.

---

ARGUMENTUM.

L. Sergius Catilina, patricii generis, cum post præturam èt Africam administratam repetundarum et inter sicarios, (quanquam frustra) accusatus esset, bis consulatum frustra petit. Idem etiam bis conjuravit contra rempublicam. Et prima quidem conjuratio, qua L. Torquatum et L. Cottam coss. voluit interficere, casu dirempta est: altera autem occultis consiliis agitata, in consulatum Ciceronis erupit, cui ob hoc ipsum eo cupidius populus Romanus consulatum mandavit, quod de ea rumor in vulgus exierat. Hic cum esset tota res ad Ciceronem a Q. Curio conjurato per Fulviam delata, et Catilinam nihilominus in senatu a. d. VIII Id. Nov. vel ut aliis placet a. d. VI Id. Nov. vidisset, ita indignitate rei commotus est Cicero, ut gravissime in ipsum oratione inveheretur, qua totam rem sibi cognitam esse ostenderet, eique, ut urbe exiret, suaderet. Atque hæc est prima in senatu habita oratio. Huic orationi iratissimus cum respondisset Catilina, minatus se incendium suum patriæ ruina restincturum; e senatu se proripuit, ac nocte proxima cum quibusdam consociis ex urbe abiit. Quo mane cognito, Cicero in concionem populi profectus, dum senatus conveniret, habuit secundam orationem, qua de habitu Catilinæ triumphat. Sed quoniam intelligebat, quantum invidiæ sibi conflasset partim ab his qui nimis crudeliter ejectum a Cicerone Catilinam innocentem jaectabant, partim vero ab iis qui non dimittendum, sed puniendum fuisse putabant; hanc invidiam a se studet amoliri, cum conjurationem certo factam esse ostendendo, tum lenitatis suæ rationem afferendo. Demonstrat præterea, quantum periculi reipublicæ immineat, cum a Catilina, tum inprimis ab reliquis conjuratis qui in urbe remanserant, quorum sex genera facit, et de singulis quid sentiat, dicit. Paulo post legatorum Allobrogum a conjuratis sollicitatorum indicio cum comprehensi essent Lentulus ejusque socii, et, cognita ab senatu re, in custodiam traditi, Cicero invidia levatus, iterum, forte pridie Non. Dec. prodiiit in concionem, et quæ a se deprehendendæ conjurationis causa, quæ ad pontem Mulvium, quæ in senatu acta, dicta, decreta sunt, comprehensis conjuratis, de-

nocte<sup>m</sup> egeris,<sup>s</sup> ubi fueris, quos convocaveris,<sup>n</sup> quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?<sup>9</sup> 2. O tempora!<sup>o</sup> o mores! Senatus hæc<sup>10</sup> intelligit, consul videt: hic tamen vivit.<sup>p</sup> Vivit? immo vero, etiam<sup>11</sup> in senatum venit: **(fit)** publici consilii particeps: <sup>q</sup> notat et designat oculis ad eadem<sup>d</sup> unumquemque nostrum.<sup>12</sup> Nos autem, viri fortes,<sup>r</sup> satisfacere reipublicæ videmur, si istius furorem ac tela<sup>s</sup> vitemus. Ad mortem<sup>t</sup> te, Catilina,<sup>13</sup> duci, jussu consulis, jampridem oportebat; in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes<sup>14</sup> jamdiu machinaris.<sup>u</sup> 3. An vero vir<sup>x</sup> amplissimus, P. Scipio,<sup>15</sup> pontifex maximus, Ti. Gracchum,<sup>z</sup> mediocriter labefactantem statum reipublicæ, privatus<sup>a</sup> in-

<sup>d</sup> *Ad interficiendum.*

8 Steph. *gesseris.* Mox H S  $\chi$  *vocaveris.*—9 Unus Ms. *arbitrare.*—10 Pro hæc C H S  $\chi$  et edd. ante Lamb. præter Ven. 1480. habent *hoc.* Mox Ms. Erlang. *videt, et hic tamen vivit, ut volebat Gærenz.*—11 Pal. 9. et Ven. 1480. *immo vero et.* A Pal. 6.  $\psi$ , Duisb. Barber. *abest vero, quod Græv. delevit.* In Pal. 2. et Ms. Lamb. *deest etiam.*—12 H *vestrum.* Dein Erlang. *fortes viri,* prob. Gærenz. qui mox volebat *tela ac furorem.*—13 Ms. ap. Græv. *o Catilina.* Paulo post, Weiske legi mavult *jussu consulum.* In H *deest jampridem.*—14 Steph. *pestem, quam tu in omnes.*—15 Ms. Ursini et Barb. *vir ampl. præfectus P. Scipio.* Pro *pontifex maximus* in Ms. Grævii *pontificem maximum*

#### NOTE

<sup>m</sup> *Superiore nocte]* Quæ proximam præcedebat.

<sup>n</sup> *Convocaveris]* Suxæ seditionis particeps et socios advocaverat, ut de interficiendo consule Cicerone et bello patriæ inferendo deliberarent.

<sup>o</sup> *O tempora]* Teste Prisciano lib. xvi. *O* particula ibi indignantis est.

<sup>p</sup> *Vivit]* Vivit Catilina, cum ab eo jam repetere pœnas respub. debuisset, ut hostis patriæ judicatus.

<sup>q</sup> *Fit publici consilii particeps]* Augget indignationem Cicero, quod non venerit in senatum Catilina, ut rogaret, et aliquid peteret, ut multi; sed ut ipse particeps esset consiliorum, quæ a senatu caperentur.

<sup>r</sup> *Nos autem, viri fortes]* Ironia; nam jam a nobis interfici Catilina debuerat.

<sup>s</sup> *Tela]* Omne genus armorum intelligit, quibus meditabatur civitatem evertere.

<sup>t</sup> *Ad mortem]* Propositio, qua proponit interficiendum esse Catilinam exemplo aliorum.

<sup>u</sup> *Machinaris]* Metaphora ab architectis desumpta.

<sup>x</sup> *An vero vir]* Argumentum a minore ad majus, per comparisonem.

<sup>y</sup> *P. Scipio]* Scipio Nasica, qui, Livio referente lib. XLIX. vir optimus a senatu judicatus est; filius Scipionis censoris, qui porticum in Capitolio extruxit.

<sup>z</sup> *Ti. Gracchum]* Tiberius Gracchus largitione frumenti venit in regni affectati suspicionem, et a Scipione interfectus est.

<sup>a</sup> *Privatus]* Privatus is dicitur qui

terfecit; Catilinam vero,<sup>16</sup> orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem, nos consules perferemus? nam illa nimis antiqua<sup>17</sup> prætereo, quod C.<sup>18</sup> Servilius Ahala<sup>b</sup> Sp. Melium, novis rebus studentem,<sup>e</sup> manu sua occidit.<sup>19</sup> [p. 98.] Fuit, fuit ista quondam in hac republica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem coërcerent.<sup>c</sup> Habemus senatusconsultum<sup>20d</sup> in te, Catilina, vehemens et grave:<sup>f</sup> non deest<sup>1</sup> reipublicæ consilium,<sup>e</sup> neque auctoritas hujus ordinis: nos, nos,<sup>2f</sup> dico aperte, consules desumus. ¶ II. 4. Decrevit quon-

<sup>c</sup> *Affectantem regnum.*

<sup>f</sup> *Urgens et severum.*

//////////

P. M.—16 Naug. Cam. Lamb. Schutz. Matthiæ cum Quintil. VIII. 4. 14. omittunt vero, quod Orell. uncis inclusit. Tum in Ms. Barb. et nonnullis edd. vet. orbem terrarum. Porro cæde atque insidiis Ms. Franc. cæde ac incendiis Ven. 1480.—17  $\psi$  nimis et antiqua. Pro prætereo in H S  $\chi$  legitur *repeto*. In C superscribitur 'vel *repeto*;' in  $\psi$  'al. *repeto*.'—18 Q. Mss. et edd. ante Ern. qui e conjectura Mureti, Ursini, aliorumque dedit C. et sic Beck. Wetzel. Weiske, Schutz. et Orell. Tum *Athala*  $\psi$ : *Hala* Mss. pauci et edd. quædam. Pro *Sp. Melium* C et  $\psi$  habent *Sp. elium*; S  $\chi$  *Spr. elium*.—19 In Duisb. et Ms. Mureti *interfecit*. In C S  $\psi$  fuit semel tantum legitur.—20 *Hab. enim sen.* C H S  $\chi$   $\psi$ , Pall. et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *Hab. vero sen.* Pal. 2. unde Morgenstern. coniecit legend. *Hab. enimvero sen. Pith.* omittit verba *in te*, prob. Græv. Mox in ed. Steph. non leguntur voces *et grave*.—1 Post *deest*  $\psi$  addit *enim*. Dein Franc. exhibet *non auctoritas*; et al. Ms. Grævii *non quidem auct.*—2 *Nos* in S scmel tantum ponitur. Contra Priscian. l. XVII. p. 1076. ter ponit; *nos, nos, dico aperte, nos cons. des.* probb. Buhierio et Henmanno. Post *consules*  $\psi$  addit *non*.

#### NOTÆ

sine imperio est, quales erant sacerdotes, præcones, alique minimi magistratus. Vide Arist. Polit. l. IV.

<sup>b</sup> *Servilius Ahala*] Cum pop. Rom. fame premeretur, et Sp. Melius frumentum daret, venit ille in suspicionem regni affectandi. Servilius, magister equitum, eum imperio dictatoris non obtemperantem interfecit A. U. C. 315. Vide Livium lib. IV.

<sup>c</sup> *Coërcerent*] Magistratum est, et eorum qui sunt in imperio, coërcere eos qui reipub. perniciosi sunt.

<sup>d</sup> *Senatusconsultum*] De hoc ita Salustius: 'Hæc cum Ciceroni nuntiantur, constitutus in dubio, neque expedire potuit quid esset facien-

dum; Cicero tamen ad senatum tulit, qui decrevit ut consules viderent, ne quid respnb. detrimenti caperet: (scilicet C. Antonius et Cicero consules) permittitur cohibere milites et socios, et summum jus tenere.' Hæc autem potestas a solo populo concedebatur. Plutarchus in vita Ciceronis ait hoc senatusconsultum datum esse postquam C. Cornelius et L. Vargunteius opprimere Ciceronem consulem domi conati sunt, ut ipse postea declarabit.

<sup>e</sup> *Reipub. consilium*] Quo consilio hæc auctoritas senatusconsulti faciendi senatui data est.

<sup>f</sup> *Nos, nos*] Distinguit auctorita-

dam senatus,<sup>3</sup> ut L. Opimius<sup>g</sup> consul videret, ne quid res-  
publica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit: <sup>g</sup> inter-  
fectus <sup>4</sup> est propter quasdam <sup>g</sup> seditionum suspiciones C.  
Gracchus,<sup>h</sup> clarissimo patre, a<sup>o</sup>, majoribus: <sup>5</sup> <sup>i</sup> occisus est  
cum liberis M. Fulvius,<sup>k</sup> consularis. Simili senatuscon-  
sulto,<sup>6</sup> C. Mario et L. Valerio<sup>l</sup> consulibus, permissa est <sup>7</sup>  
respublica: num unum diem postea L. Saturninum tribu-  
num plebis, et C. Servilium prætorem, mors ac reipublicæ  
pœna remorata est? <sup>h</sup> <sup>8</sup> At nos vicesimum jam diem <sup>m</sup> pa-

<sup>g</sup> Eodem ipso die.

<sup>h</sup> Numquid interfecti sunt eodem die?

CAP. II. 3 Post senatus Duisb. addit *noxios cives interfici*.—4 Ante *inter-*  
*fectus* C H S  $\chi \psi$ , Barb. Ms. Lamb. et Ven. 1480, 1483. addunt *mor.* Dein in  
Ms. Franc. *susp. seditionum.* Porro C et duo Mss. Grævii G. Gracchus.—  
5 *Patre natus maj.* C H S, Barb. *patre natus a maj.* Duisb. *patre avitis maj.*  
 $\chi$ : *patre natus avitis moribus* Ven. 1480. *patre natus avitis majoribus* Ven. 1483.  
Hinc Vict. Mamut. Lamb. et al. *patre natus, aris, maj.* Gembl. Colon. Ms.  
Vict. Mss. Gulielmii et duo Mss. Grævii *patre, avo, maj.* et sic vulg. In Ms.  
Egmond. ap. Modinum, *claris patre, avo, maj.* Heumannus coniecit *clarissimo*  
*patre natus, claris majoribus*.—6 C H S  $\chi$  *senatusque consulto.* In  $\chi$  deest *con-*  
*sulibus*.—7  $\psi$  *commissa est.* Græv. e Ms. Franc. et duobus aliis Mss. dedit *est*  
*permissa.* Pro *respublica* C, Duisb. et Barb. habent *reip. potestas*.—8 C. *Servi-*  
*lium prætorem mors a reipubl. pœna rem. est nonnullæ* edd. vet. et sic H S  $\chi$ ,  
Hervag. Cam. Steph. nisi quod omittant *prætorum.* Vulg. ut Ern. Wolfius,  
Morgenstern. et Beck. dederunt C. *Servilium prætorem R. P. mors ac pœna*

## NOTÆ

tem a persona; quia si officio suo  
esset functus, jussisset Catilinam ad  
mortem rapi; sed noluit, tum ut fuga  
Catilinæ pateret ejus conjuratio,  
tum ut urbs periculo liberaretur.

<sup>g</sup> L. Opimius] Consul fuit L. Opi-  
mius cum Q. Fabio Maximo A. U. C.  
633.

<sup>h</sup> C. Gracchus] C. Gracchus filius  
fuit T. Sempronii Gracchi, qui bis  
consul fuit, et de Celtiberis trium-  
phavit.

<sup>l</sup> Avo, majoribus] Gracchi multa re-  
rum gestarum gloria in repub. cla-  
ruerunt. Primus extitit ejus nomi-  
nis ceterorum auctor Tiberius Grac-  
chus, a quo prodire Tiberii duo,  
consulatum et victoriarum gloria  
illustres; quorum postremus ex Cor-  
nelia, Africani Majoris filia, Tiberium

et Caium suscepit; in quibus sum-  
mum fuit ingenium, et summa elo-  
quentia: at cum uterque leges agraria-  
rias tribunus plebis promulgasset, in-  
terfectus est; Tiberius a Scipione  
Nasica in Capitolio, Caius ab Opimio  
in Aventino.

<sup>k</sup> M. Fulvius] M. Fulvius socius  
erat et particeps seditionis cum Caio  
Graccho, quare senatus sententia ab  
Opimianis cum duobus filiis cæsus  
est. Ejus domus eversa et publicata  
est, in qua porticum postea Catulus  
exstruxit.

<sup>l</sup> C. Mario et L. Valerio] C. Marius  
sextum consul Servilium Glauciam  
et Saturninum in curia Hostilia in-  
terfecit. Vide fusius in oratione pro  
Rab. Perd. reo.

<sup>m</sup> Vicesimum jam diem] Conqueri-

timur hebescere<sup>a</sup> aciem horum auctoritatis. Habemus enim hujusmodi<sup>9</sup> senatusconsultum, verumtamen inclusum in tabulis, tanquam gladium<sup>10</sup> in vagina reconditum<sup>10</sup>: quo ex senatusconsulto<sup>11</sup> confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Vivis; et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, patres conscripti,<sup>12</sup> me esse clementem: cupio in tantis reipublicæ periculis me<sup>13</sup> non dissolutum<sup>i</sup> videri: sed jam me ipse<sup>14</sup> inertiae nequitiaeque condemno. 5. Castra sunt<sup>o</sup> in Italia contra reipublicam<sup>15</sup> in Etruriæ faucibus<sup>k</sup> collocata: crescit in dies singulos hostium numerus:<sup>16</sup> eorum autem imperatorem<sup>p</sup>

<sup>i</sup> Negligentem.

<sup>k</sup> Aditu.

//////////

rem. est: Schutz. e conjectura Mureti C. Servilium prætorem P. R. pœna rem. est. Orell. reipublicæ nncis inclnsit. Ursinus ad orat. pro Rab. c. 7. omittit verba mors ac reipublicæ. In Ms. Franc. L. Saturnino tribuno pl. et C. Servilio prætoribus pœna r. p. rem. est: Lamb. dedit L. Saturnini tribuni plebis, et C. Servilii prætoris mortem ac pœnam dignitas eorum rem. est. Heumannus correxerit, Num unum diem potentia L. Saturnini tribuni pl. et C. Servilii prætoris, mortem eorum ac pœnam rem. est. Ern. conjecit L. Saturnini, tribuni pl. et C. Servilii pr. &c. prob. Weiske. Pro Saturninum in C Saturninum; et pro remota in C ψ remota. Vid. Nott. Varr. Tum Lamb. e Ms. Mureti At vero nos. —9 Ejusmodi Mss. ap. Muret. hujuscemodî C, Franc. Barb. Ven. 1480. ejusdemmodi Lamb. Mox Mss. nonnulli cum Steph. et Lamb. verum, omisso etiam. Tum ψ reclusum.—10 A Mss. plerisque et nonnullis edd. vett. atque ab edd. Grut. Græv. Henmann. Oliv. Lall. Matthiæ abest gladium, quod Orell. nncis inclnsit. Dein in vaginam ψ. Pro reconditum HS χ habent repositum; Grævii Ms. recondita.—11 Ms. Grævii ex senatus consilio. Pro confestim, Mss. Mureti habent statim. Tum interf. esse te Franc. te interf. esse Græv. e Franc. et alio Ms. In CHS χ deest Catilina. Pro convenit in Ms. Mureti cum venit. Vid. Nott. Varr.—12 Inter patres et conscripti comma interponi Heumann. vult, ut pateat esse duo genera senatorum.—13 Me omitunt C H S ψ et edd. Steph. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Male omissum est, nisi vero lectio vera est dissolutus. Ern.—14 Me ipsum Mss. plerique et edd. ante Græv. cum Oliv. Lall. ne ipse auctoritate Duisb. et al. ediderunt Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell.—15 Græv. 2. contra P. R. Pro faucibus HS χ partibus; in ψ superscribitur ‘al. partibus.’—16 Græv. numerus hos-

#### NOTÆ

tur Cicero, quod illi eodem ipso die interfecti sunt, quo senatusconsultum datum est; et jam a viginti diebus, simile contra Catilinam datum est, neque tamen contra Catilinam nisi sunt.

<sup>a</sup> Hebescere] Metaphora a gladiis sumpta, quorum ut acies hebescit, et rubiginem contrahit, si diutius re-

condantur, ita vim amittet illud senatusconsultum, nisi statim contra Catilinam exeratur.

<sup>o</sup> Castra sunt] Cn. Manlius habebat tum exercitum Fæsulis prope Florentiam, quem collegerat ex veteranis Sullæ militibus, in cujus castris ille militaverat.

<sup>p</sup> Eorum imperatorem] Catilina im-

castrorum, ducemque hostium, intra mœnia, atque adeo in senatu videmus,<sup>17</sup> intestinam aliquam quotidie perniciem reipublicæ molientem. Si te jam, Catilina, comprehendi,<sup>18</sup> si interfici jussero; credo, erit<sup>q</sup> verendum mihi, ne non hoc potius<sup>19</sup> omnes boni<sup>r</sup> serius a me, quam quisquam crudelius factum esse dicat.<sup>20</sup> Verum ego hoc, quod jam pridem factum esse oportuit, certa<sup>1</sup> de causa, nondum adducor, ut faciam.<sup>l</sup> Tum denique interficiam<sup>2</sup> te, cum jam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non jure factum esse fateatur.<sup>3</sup> 6. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives: et vives ita,<sup>4</sup> ut nunc vivis, multis meis et firmis præsiidiis obsessus,<sup>5</sup> ne commovere<sup>l</sup> te contra rempublicam possis: multorum te<sup>6</sup> etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.



tium. Mox Græv. 1. 2. Barb. Ven. 1480. Naug. Hervag. *castrorum imperato-rem*.—17 *Videtur* Græv. 1. 2. Franc. Pith. Hittorp. Ms. Viet. Mss. Mureti, et edd. Rom. Ven. 1483.—18 Franc. *Si te, Cat., jam compreh.* Vocab. *jam* abest a Duisb. et Mss. quibusdam ap. Quintil. ix. 3. Tum Græv. cum Lall. e Ms. Franc. recepit *si te interfici*.—19 C H S, Franc. *ne potius hoc: χ ne hoc potius*. Mss. Mureti et Ven. 1483. *ne hoc*. Mss. quidam ap. Quintil. l. l. omittunt *hoc*.—20 Mss. pauci et edd. Ven. 1483. Crat. Grut. *dicant*. Dein Mss. Mureti *Verumtamen*.—1 Pro *certa* in Franc. *crede*. Pro *adducor* ψ habet *advocor*.—2 *Interficiere* Græv. 1. Colon. duo Pariss. et alii Mss. cum Græv. et Lall. Vid. Nott. Varr. Mox C H S χ omittunt *tam ante improbus*. Pro *perditus* C *proditus*. In Pith. deest *tam ante tui sim*.—3 Ven. 1480. *cui id non jure factum esse videatur*. Post *fateatur* Franc. addit *si te non interfici jussero*.—4 Weiske legi jussit *sed vives, ita*. Mox pro *vivis* ψ habet *vivus*. In Græv. 1. legitur *et vivis ita, ut vivis*: in Duisb. *et vives ita, ut vivas*.—5 *Oppressus* C H S χ ψ, Duisb. Franc. Græv. 1. duo Mss. Lambini et Ven. 1483. *oppressus et obsessus* Ven. 1480.—6 In C H S χ deest *te*. Tum *sentientes* C H S.

## NOTÆ

perator erat illius exercitus, cujus Manlius prætor fuit in castris.

<sup>q</sup> *Credo, erit*] Ironia est, et sæpe per illud verbum usurpatur a Cicero.

<sup>r</sup> *Omnes boni*] Per bonos designat, qui salutis reipub. studiosi sunt. Itaque totius illius sententiæ sensus est, Si te interfici jussero, nemo honorum civium me id crudelius fecisse dicet; sed potius omnes dicent prius me id

facere debuisse.

<sup>5</sup> *Præsiidiis obsessus*] Id est, circumdatus: habebat enim Cicero multa tum ex Italiæ municipiis, tum ex urbe firmissima præsidia, quæ in ea erant contra Catilinæ impetus collocata.

<sup>l</sup> *Commovere*] Hyperbola; significat enim Catilinam ita observari in reipub. ut nihil contra possit.



III. Etenim quid est, Catilina, quod jam amplius expectes, si neque nox tenebris obscurare<sup>7</sup> cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem<sup>8</sup> conjurationis tuæ potest? si illustrantur,<sup>9</sup> si erumpunt omnia? Muta jam istam mentem: mihi crede:<sup>10</sup> obliviscere cædis, atque incendiorum. Teneris undique:<sup>11</sup> luce sunt clariora nobis tua consilia omnia:<sup>11</sup> quæ etiam mecum licet recognoscas.<sup>x</sup> 7. Meministine, me ante diem<sup>12</sup> XII Kalendas<sup>y</sup> Novembr. dicere in senatu, certo die fore in armis<sup>13</sup> (qui dies futurus esset<sup>14</sup> ante diem VI Kal. Novembris) C. Manlium,<sup>15</sup> audaciæ satellitem atque administrum tuæ? Num me fefellit,<sup>z</sup>



CAP. III. 7 C *obscura*. Dein *ceptus nefarios* ψ, Erf. Franc. Græv. 1. 2. et Pall. quatuor: *ceptus nefarios* C H S χ, Barb. Denique Lamb. *neque privata domus*.—8 *Voces* C ψ, Franc. Pith. et Mss. Modii cum Græv. Beck. Weiske, Matthiæ, Schntz. et Orell. Mox in C deest *potest*.—9 Erlang. *elustrantur*, ut volebat Modius Epist. v. *lustrantur* Nonius in voc. 'Lustrare.' In ψ *sed illustrantur, sed er. omn.* Pro omnia H et S *omnino*.—10 Verba mihi crede Heumann. transponi jubet ante *teneris*; pro qua voce ψ habet *tenebris*.—11 In C H S χ deest *omnia*. Tum *quæ jam mecum* Mss. Moreti et ed. Lamb. *quæ etiam licet mecum recogn.* Beck.—12 C et Colon. *in ante diem*, prob. Grutero. Dein edd. nonnullæ *Novembris*.—13 *Fore in armis certo die* Mss. plerique et Ven. 1480. cum Græv. Oliv. Lall. Beck. Matthiæ et Orell.—14 H et S *esse*. Post *esset* C H S χ, Franc. Barb. Pall. Græv. 1. 2. Ven. 1483. Hervag. addunt præpositionem *in*; et eam inseruit Græv. Tum *VIII Kal.* C H S χ ψ, Franc. Græv. 1. 2. *VII Kal.* Franc. et Matthiæ: *III Kal.* Steph. *VI Kal.* ceteri. Porro *Novembris* Ven. 1480. *Novembrium* Duisb. Barb. et Priscian. p. 1210. ed. Putsch.—15 *Manlium* Barb. *Manlium* χ, Franc. Pith. Duisb. Græv. 1. 2. Mss. Gulielmiani, atque Ascon. ad orat. pro Mil. c. 21. et Rufinian. de Fig. c. 27. Pro *audaciæ* in ψ *audacem*. Tum *satellitem, administrum* Ven. 1480. *satell. atque ministrum* H S χ ψ, Franc. Barb. Ven. 1483. Pro

## NOTÆ

<sup>7</sup> *Teneris undique*] Declarat quod omnia consilia Catilinæ patefacta sint.

<sup>x</sup> *Licet recognoscas*] Ait quod si ipsi e memoria exciderunt, ea illi omnia revocabit.

<sup>y</sup> *Ante diem XII Kalendas*] Ex Prisciano lib. xviii. dicitur, tertium et tertio Kal. vel Kalendarum: quod ad illum diem pertinet, primum scias in hunc edicta fuisse comitia consularia. Sed cum pridie ejus diei Cicero Catilinæ consilia ad senatum detulisset, factum est senatusconsultum ne postremo die comitia haberentur,

ut de iis rebus in senatu agi posset. Nam aliter comitali die senatus haberi non poterat. Postridie igitur, id est, ut ait Plutarchus, ipso comitiorum die, Cicero frequenti senatu Catilinam excitavit. Tum senatus decrevit, ut viderent consules ne quid detrimenti resp. caperet. Cum igitur Asconius dicat, diem quo hæc habita est oratio, a commissa consularibus repub. duodevigesimum fuisse, videbat profecto habitam fuisse vi Id. Novemb.

<sup>z</sup> *Num me fefellit*] Indicat Cicero

Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis,<sup>16</sup> verum (id quod multo magis est admirandum) dies? Dixi ego idem<sup>17</sup> in senatu, eadem te optimatum contulisse<sup>1</sup> in ante diem<sup>a</sup> v Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Roma<sup>18</sup> non tam sui conservandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa<sup>b</sup> profugerunt.<sup>19</sup> Num inficiari potes, te illo ipso die<sup>c</sup> meis præsidiis,<sup>20</sup> mea diligentia circumclusum, commovere te contra rempublicam non potuisse, cum tu, discessu ceterorum, nostra tamen, qui remansissemus,<sup>d</sup> cæde contentum te esse<sup>1</sup> dicebas? 8. Quid?<sup>2</sup> cum tute Præneste<sup>e</sup> Kalendis ipsis Novembris<sup>3</sup> occupaturum nocturno impetu esse confideres; sensistine, illam coloniam<sup>f</sup> meo jussu, præsidiis,<sup>4</sup> custodiis, vigiliis-

<sup>1</sup> *Destinasse.*

*tua* ψ habet *tum*. Denique ψ et Græv. 1. *Non me fefellit.*—16 ψ et Lamb. *tanta, et tam atrox, tamque incred.* Steph. *tanta, tamque incred.* Dein ψ *verum is quod . . . admirandus dies.* Ern. coniecit legend. *verum ipse dies, mediis omis-* sis.—17 ψ *quidem*. Tum *eadem te optimatum* Græv. 1. 2. *eadem optimatum contulisse te* Duisb. Porro Franc. *ante diem VI Kal.*—18 Græv. 2. et al. *Romæ: H Romanæ. Mox C servandi.*—19 Græv. 2. *profugerent.*—20 Græv. e Franc. 1. tacite edidit *illo ipso die te meis præ.* Pro *te* ψ habet *esse*. In C H S χ deest *illo.*—1 Græv. 2. et Barb. *cæde te contentum esse*. In H S χ *te* omittitur.—2 Pro *Quid* ψ habet *Qui*. Dein pro *tute* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Grnt. cum Oliv. Lall. habent *te*, omisso *tu*.—3 Erl. Græv. et Orell. *Novembribus*, prob. Gærenz.—4 Vulg. *meis præsidiis*, sed Ern. e suspitione delevit *meis*, et eum secuti sunt Wetzel. Beck. Weiske, Matthia, et Schutz.

#### NOTÆ

Catilina, se ejus omnia acta rescire. Rescivit autem, teste Sallustio, ex Fulvia, quam Curius, quidam flagitiosus senator, conjunctionis particeps, adamabat, et cui ejusdem conjunctionis omnia consilia patefecerat.

<sup>a</sup> *In ante diem*] Id est, in die qui esset ante diem in quem dilata fuerant comitia; tamen ait Sallustius, Gaium arma cepisse cum multitudine ante sextum diem.

<sup>b</sup> *Reprimendorum causa*] Roma multi principes civitatis discesserunt, ne a Catilina optimates, ut statuerat, cum consule occiderentur: ex his di-

citur fuisse M. Crassus, quem per literas Catilina monnerat ut abiret, sed ille literas ad Ciceronem detulit.

<sup>c</sup> *Illo ipso die*] Id est, ante diem quintum Kalend. Novemb.

<sup>d</sup> *Remansissemus*] ‘Nam alios,’ ait Sallustius, ‘in alia loca Catilina misit, qui initium facerent, seque ad exercitum profecturum, si Ciceronem oppressissent.’

<sup>e</sup> *Præneste*] Oppidum fuit in Italia, quod occupare Catilina conatus est, unde inunere urbi commodius posset.

<sup>f</sup> *Illam coloniam*] Gellius xvi. 13.

que<sup>5</sup> esse munitam? [*p.* 99.] Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego<sup>6</sup> non modo non audiam, sed etiam non videam, planeque sentiam. **IV.** Recognosce tandem mecum<sup>7</sup> noctem illam superiorem: <sup>8</sup> jam intelliges multo me vigilare<sup>8</sup> acrius ad salutem, quam te ad perniciem reipublicæ. Dico te priori nocte<sup>h</sup> venisse inter falcarios<sup>i</sup> (non agam obscure<sup>9</sup>) in M. Leccæ domum; convenisse eodem complures<sup>k</sup> ejusdem amentia<sup>10</sup> scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? convincam, si negas: <sup>11</sup> video enim esse hic in senatu<sup>12</sup> quosdam, qui tecum una fuere.<sup>13</sup> 9. O Dii immortales! <sup>14</sup> ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? quam rempublicam habemus? <sup>15</sup> Hic, hic sunt, in nostro numero, patres conscripti, in hoc orbis terræ sanctissimo gravissimoque consilio,<sup>16</sup> <sup>17</sup> qui de meo,<sup>17</sup>



—5 S et Lamb. *vigiliis*, omissa copula.—6 In C deest *ego*. Tum *non modo audiam, sed etiam videam* Mss. plerique et edd. vett. cum Græv. et Lall. *non modo non audiam, sed etiam videam* Gierenz.

CAP. IV. 7 Mss. nonnulli, Ven. 1483. et Græv. *meum tandem*. Dein *illam sup. noctem* nonnullæ edd. vett. cum Grut. Oliv. Lall.—8 Franc. *vigilasse*, non improb. Grævio.—9 C H S  $\chi$  *num agam obsc.* Tum *Leccæ* Græv. I. Mss. Paris. cum Græv. Lall. Beck. Schutz. Matthiæ et Orell. Vid. Nott. Varr.—10  $\psi$  *inertia*.—11 Mss. Mureti *si negabis*.—12 Ms. Barb. *hoc esse in sen.* Ms. Lamb. et Ven. 1480. omittunt *esse*.—13 Al. *fuere*.—14 Donatus ad Ter. Adolph. iv. 5. 51. *Pro Dii imm.*—15 Nonnulli Mss. et edd. vett. cum Lamb. Grut. Matthæ, Orell. *quam rempubl. hab. in qua urbe viv.* et sic Donatus ad Ter. Adolph. iv. 5. 51. Mox in S *hic* semel tantum legitur. Tum Mss. quidam cum Græv. Schutz. et Orell. *nostro in num.*—16 C et Franc. *concilio*.—17 *Meo* abest ab omnibus Mss. et edd. ante Hervag. In Græv. I. Barb. et Mss. Mureti legitur *qui de nostrum omnium interitu*: in Græv. 2.

#### NOTÆ

refert Prænestinos a Tiberio imperatore petiisse, ut ex colonia in municipii statum redigerentur. Est autem Præneste urbs Latii 21. mil. Roma distans.

<sup>8</sup> *Noctem superiorem*] Noctem dicit qua convenit in domum Porcii Leccæ senatoris cum ceteris conjuratis.

<sup>h</sup> *Priori nocte*] Nempe superiore, ea videlicet, quæ illum diem cum nocte proxima antecesserat, quo die hæc habita est oratio.

<sup>i</sup> *Inter falcarios*] Falcarii milites

fuere qui falcibus erant armati. Vide Priscian. lib. VIII. Forte etiam hic translate loquitur appellando participes conjurationis ‘falcarios,’ qui ferro et flamma demetere civitatem volebant; nisi forte vicus sit Romæ ita appellatus, in quo M. Leccæ domus sita erat.

<sup>k</sup> *Complures*] Sallustius nominat undecim senatores.

<sup>l</sup> *Gravissimo consilio*] Per consilium senatum intelligit, cujus dignitatem extollit.

nostrumque omnium interitu, qui de hujus urbis, atque adeo orbis<sup>m</sup> terrarum exitio cogitent. Hosce ego<sup>18</sup> video consul, et de republica sententiam rogo: et, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.<sup>n</sup> Fuisti igitur apud Leccam illa nocte,<sup>19</sup> Catilina: distribuisti partes Italiae:° statuisti quo quemque proficisci placeret: delegisti, quos Romæ relinqueres,<sup>p</sup> quos tecum educeres: descripsisti urbis partes<sup>q</sup> ad incendia: confirmasti,<sup>m</sup> te ipsum jam esse exiturum: dixisti<sup>20</sup> paululum tibi esse etiam tum<sup>r</sup> moræ, quod<sup>n</sup> ego viverem. Reperti sunt duo equites<sup>r</sup> Romani, qui te ista cura liberarent, et sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me meo in lectulo<sup>2</sup> interfec-turos pollicerentur. 10. Hæc ego omnia, vixdum etiam<sup>3</sup> coetu vestro dimisso, comperi:<sup>s</sup> domum meam majoribus præsi-diis munivi atque firmavi: exclusi<sup>t</sup> eos quos tu mane

<sup>m</sup> *Afirmasti.*

<sup>n</sup> *Nihil te morari nisi.*



Pith. Erl. Guelf. *qui de nostro omnium int.* non improb. Græv. in Ven. 1483. *qui de nostro omniumque interitu.* In C H S χ *omniumque*, omisso *nostrum*. Dein post *urbis* ψ *addit incendio*. Mox in ψ *cogitant*.—18 C *Hos ego*. Mox Franc. *de republ. patres sent.* Pro *rogo* ψ *interrogo*.—19 Barb. *illam noctem*: a Naug. ad Lamb. cum *Matthiæ ea nocte*. Tum C et Græv. 2. o *Catilina*.—20 χ *dixi*; et Steph. *paulum*.—1 *Etiam nunc* H S ψ, Franc. Græv. 1. 2. Duisb. Barb. Ven. 1480. et 1483. atque Græv. Weiske, Schutz. et Matthiæ. In C tantum *etiam* legitur. Heumannus scribi voluit *etiam dum*.—2 *In medio lectulo* Erl. *in meo lecto* Steph. *meo in lectulo* e Franc. 1. dederunt Græv. Lall. Ern. Beck. Weiske et Schutz. *in meo lectulo ceteri*. Post *interfecturos* Franc. Erl. Guelf. addunt *esse*, prob. Gærenz.—3 In C H S ψ *jam*. Tum Franc. *dimisso catu vestro*. Pro *vestro* ψ *habet nostro*. Mox Steph. omittit *meam*.—

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Urbis, atque adeo orbis*] Agnominatione, sen allusio, literæ unius mutatione.

<sup>n</sup> *Voce vulnero*] Translatio a telo.

<sup>o</sup> *Distribuisti partes Italiae*] Sallustius narrat Cn. Manlium Fæsulas, Septimum in agrum Picenum, C. Julium in Apuliam dimisisse.

<sup>p</sup> *Romæ relinqueres*] Constituit Catilina, cum ab urbe discederet, ut Lentulus in urbe relinqueretur cum Cassio, qui incendiis, et Cethego, qui cadibus præset.

<sup>q</sup> *Urbis partes*] In duodecim partes urbs dividebatur, quarum incendiis Statilus et Gabinus præfecti erant.

<sup>r</sup> *Duo equites*] Ex Sallustio C. Cornelius et L. Vargunteius fuere: at Vargunteium senatorem nominat: Dio quidem duos affirmat, sed, ut Cicero, nullum nominat.

<sup>s</sup> *Comperi*] Per Fulviam, vile scortum, omnium certior factus fuerat Cicero.

<sup>t</sup> *Exclusi*] Eos equites, qui salutationis causa Ciceronem convenire de-

ad me <sup>4</sup> salutatam miseram, cum illi ipsi venissent; quos ego jam <sup>5</sup> multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram.

v. Quæ cum ita sint, Catilina, perge quo cœpisti: <sup>6</sup> egredere aliquando ex urbe: patent portæ: proficiscere. Nimum diu te imperatorem illa tua <sup>7</sup> Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam <sup>8</sup> omnes tuos; si minus, <sup>9</sup> quam plurimos: purga urbem. Magno me metu liberabis, <sup>10</sup> dummodo inter me atque te murus intersit. <sup>11</sup> Nobiscum versari jam diutius non potes: non feram, non patiar, non sinam. <sup>12</sup> Magna Diis immortalibus habenda est <sup>11</sup> gratia, atque huic ipsi Jovi Statori, <sup>x</sup> antiquissimo custodi hujus urbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamque infestam reipublicæ pestem <sup>y</sup> toties jam effugimus. Non est sæpius in uno homine <sup>z</sup> salus summa <sup>12</sup> periclitanda rei-



4 In H S  $\chi$  deest *me*, et in C *ad me*. Pro *miseram*  $\psi$  *mittebas*.—5 C H S  $\chi$  omittunt *jam*. Dein *ac summis* excidit in edd. Manut. et Lamb. 1566. et *summis* e duobus Mss. dedit Lamb. 1584. Denique *ad me id temp. vent. esse* e Græv. 2. et Franc. ediderunt Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *ad me vent. id temp. esse ceteri*.

CAP. V. 6 Heumannus legi voluit *perge quod cap. Ante egredere Duisb. addit Exi.*—7 Græv. 2. Erl. Guelf. cum Græv. et Orell. *tua illa*, prob. Gørenz. Tum *Manliana Franc. Malliana* alii. In  $\chi$  deest *castra*. Rufinian. de Fig. c. 27. h. l. ita exhibet, *Quid expectas? proficiscere: nimum jam diu te imp. tua illa Manliana castra desid.*—8 H S  $\chi$  et nonnullæ edd. vet. omittunt *etiam*.—9 Barb. *sin minus*.—10 Mss. Lambini *liberabis*, unde Lamb. legi jussit *liberaveris*, quod recepit Weiske. In Franc. *Magno metu liberabis nos, dummodo inter me et te*.—11 *Est habenda Græv.* qui cum Barb.  $\chi$ , Ven. 1480. Beck. *gratia* transposuit post *urbis*. Mox *Matthiæ hanc tetram*.—12 *Salus summa* Ven. 1483. Crat. Grut. Oliv. Lall. *summa salus ceteri*. Muretus aut *solus* aut *summa* tolli; Zinzerlingius *Promuls. c. 48. ac Heumannus deleri salus*, prob. Grutero; Lambinus autem scribi aut *salus summæ reip. peric.* (ut

#### NOTÆ

bebant, in domum suam non recepit: illi autem exclusi ita clamaverunt, ut rem prope proderent, ut ait Plutarchus.

<sup>u</sup> *Murus intersit*] Muri et mœnia publica sunt, parietes privati.

<sup>x</sup> *Jovi Statori*] In Jovis Statoris templo senatus habebatur. Stator autem dictus est, quod precibus Romuli fedam Romanorum a Sabinis profligatorum fugam stetisset. Vide

*Delph. et Var. Clas.*

Livium lib. 1.

<sup>y</sup> *Tam infestam reipublicæ pestem*] Pestis vulgo a Cicerone appellatur, quodcumque damnum maximum infert.

<sup>z</sup> *In uno homine*] Id est, non est ferendus diutius ille homo, qui sæpius reipub. perdere voluit: aliam enim jam conjunctionem Catilina molitus fuerat.

*Cicero.*

— I M M

publicæ. Quamdiu mihi, consuli designato, Catilina, insidiatus es, non publico me præsidio,<sup>13</sup> sed privata diligentia<sup>a</sup> defendi. Cum proximis comitiis<sup>b</sup> consularibus me consulem in Campo,<sup>c</sup> et competitores tuos interficere<sup>14</sup> voluisti; compressi tuos nefarios conatus<sup>15</sup> amicorum præsidio<sup>d</sup> et copiis, nullo tumultu<sup>e</sup> publice concitato: denique, quotiescumque<sup>16</sup> me petisti,<sup>f</sup> per me tibi obstiti; quanquam videbam, perniciem<sup>17</sup> meam cum magna calamitate reipublicæ esse conjunctam. Nunc jam aperte rempublicam universam petis. 12. Tempa Deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique<sup>18</sup> totam, ad exitium et vastitatem vocas.

Quare, quoniam<sup>19</sup> id, quod primum, atque hujus imperii

//////////

edidit), aut *salus reip. pericli.* maluerunt. In C *si una salus*; H S *sulus si una*;  $\chi$  *summa laus.* Tum *Quamdiu et jam mihi* Franc. *Quamdiu, Catilina, mihi* Ven. 1480. In C H S *deest mihi.* Porro Græv. 2. o *Catilina.*—13 *Pro præsidio* Græv. 2. *habet consilio,* superser. eadem manu *psetho.* Ante *defendi* unus Ms. ap. Græv. *addit me.*—14 In  $\psi$  et Ms. Mureti *occidere.*—15 Græv. Beck. et Schutz. e Franc. Græv. 1. 2. Barb. et Ven. 1480. *conatus tuos nef.* Ern. *navult nef. tuos con.*—16 Omnes Mss. Grævii *quotiescumque,* et ita semper, ut *totiens.* In C H S *deest me ante petisti.*—17  $\psi$  *pernicionem.* Mox Franc. *conjunctam esse.*—18 Steph. *omittit denique.* Mox *ad exitium ac vast.* Franc. Græv. 1. Erl. Gneif. *ad exitium vastitatemque C.*—19 *Quoniam non est in  $\chi$ .* Tum *id quod est primum, et quod hujus imp.* Barb. Græv. Beck. Schutz. *id quod est primum et quod est huj. imp.* Franc. Dnib. Græv. 1. et Mss. Pariss. cum Lall. *id quod est primum punire impios, et quod est huj. imp.* Græv. 2. *id quod est primum, quod huj. imp.* Mss. Mureti: *id quod esse primum et quod huj. imp.* Ms. Ursini, qui monet legi posse *id quod primum et quod hujus imp.* In Ven. 1480. *id quod primum est, et quod huj. imp.* Ven. 1483. *id quod est primum atque hujus imp.* Pro quod C *habet quidem est*; H S *quidem*;  $\chi$   $\psi$  *quod est.* Pro *utque* in C *et quod*; in H S *quod.* Morgenstern. *conjecit legend. id quod*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Privatu diligentia*] Cum toties Ciceroni designato consuli Catilina pararet insidias, noluit unquam publico se præsidio Cicero defendere, ne tyrannidem affectare in repub. videretur.

<sup>b</sup> *Proximis comitiis*] Quibus, Cicerone consule, D. Sullanus et L. Muræna consules designati sunt. Anno superiore repulsam passus Catilina in hunc annum consulatum petebat cum L. Antonio: quærebat autem Catilina Ciceronem ad necem, quia consi-

liis suis obsistebat.

<sup>c</sup> *In Campo*] Martio in Campo, ubi comitia habebantur.

<sup>d</sup> *Amicorum præsidio*] Venit in Campum stipatus amicorum præsidio, et lorica tectus, ut boni videntes consulis periculum, ad ejus defensionem excitarentur.

<sup>e</sup> *Nullo tumultu*] Sine ullo bellico apparatu.

<sup>f</sup> *Me petisti*] Metaphora a gladiatoribus, quorum impetus, petitiones dicebantur.

disciplinæque majorum proprium est, facere nondum audeo; <sup>20</sup> faciam id, quod est ad severitatem lenius, <sup>o</sup> et <sup>1</sup> ad communem salutem utilius. Nam, si te interfici jussero, residebit in republica reliqua <sup>2</sup> conjuratorum manus; sin tu <sup>3</sup> (quod te jamdudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina <sup>4 s</sup> [reipublicæ]. 13. Quid est, Catilina? num dubitas id, me imperante, <sup>5</sup> facere, quod jam tua sponte faciebas? [p. 100.] Exire ex urbe consul hostem jubet: <sup>6</sup> interrogas me, num <sup>7</sup> in exilium? Non jubeo: <sup>h</sup> sed si me consulis, suadeo. VI. Quid enim, Catilina, est, <sup>8</sup> quod te jam in hac urbe delectare <sup>9</sup> possit? in qua nemo est, extra istam conjurationem perditorum hominum, <sup>p</sup> qui te <sup>10</sup> non metuat; nemo, qui non oderit. Quæ nota domesticæ turpitudinis <sup>1</sup> non inusta <sup>q</sup> <sup>11</sup> vitæ tuæ est? quod privatarum rerum dedecus

<sup>o</sup> Minus severum.

<sup>p</sup> Exceptis tuis conjuratis.

<sup>q</sup> Infixa.

//////////

est primum atque huj. imp. Tum H et S disciplinæ sine copula.—20 C H S et edd. Vict. Manut. Lamb. non audeo. χ omittit id post faciam.—1 Mss. pauci et edd. pleræque ante Lamb. cum Grut. Oliv. Matthiæ et Orell. et omittunt.—2 ψ relicta. Ern. conjecit aliqua.—3 Ms. Lamb. Sin vero tu. Post exhaurietur Mss. Mureti et Ven. 1480. addunt tuo discessu. Heumannus verba tuorum comitum pro gloss. habuit, et ejici voluit.—4 Pro sentina S habet sententia. Vocab. reipublicæ Ernesto suspectum fuit. Schutz. e conj. dedit reipubl. sentina. Dein Ven. 1480. Quid est, o Catil.—5 Barb. et Ms. Lamb. imperitante. In Franc. deest facere. Tum Græv. 2. quod tu jam sponte.—6 Consul jubet hostem Ven. 1480. Lamb. jubet consul hostem e Franc. Duisb. Græv. 1. 2. Barb. recepit Græv. quem Beck. Weiske, Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri consul hostem jubet.—7 H et S non.

CAP. VI. 8 Græv. 1. 2. Erl. Guelf. Franc. cum Græv. Beck. Schutz. et Orell. Quid est enim, Catil.—9 Franc. delectari. Post in qua χ addit urbe.—10 In Franc. deest te. Mox qui te non od. C H S χ. Græv. 2. Barb. et edd. vett. cum Græv.—11 Pro inusta C juncta; χ ψ in ista. Pro vitæ tuæ est χ vitæ

#### NOTÆ

<sup>s</sup> Sentina] Metaphora a navi, ex qua quicquid aquæ et sordium est, in sentinam influit; ita quotquot improbi et scelerati fuerunt in civitate, ad Catilinam profecti sunt. Quint. lib. VIII. laudat hanc Ciceronis metaphoram ad fœditatem hominum significandam.

<sup>h</sup> Non jubeo] Non jubet ut abeat Catilina in exilium, sed suadet tan-

tum: id autem dicit, ut removeat a se invidiam; nam regium imperium præ se ferret, si juberet ire in exilium.

<sup>1</sup> Domesticæ turpitudinis] Si Sallustio, Plutarcho, et Asconio credamus, Catilina fratrem occidit, aut filium, ut Aureliam Orestillam uxorem duceret; et filiam denique suam violavit.

non hæret<sup>r</sup> infamiæ? quæ libido ab oculis, quod facinus a manibus unquam tuis, quod flagitium a toto corpore<sup>12</sup> abfuit? Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses,<sup>s</sup> <sup>13</sup> non aut ad audaciam ferrum,<sup>k</sup> aut ad libidinem<sup>l</sup> facem prætulisti?<sup>14</sup> 14. Quid vero? nuper, cum morte superioris<sup>t</sup> uxoris novis nuptiis domum vacuefecisses,<sup>15</sup> <sup>m</sup> nonne etiam alio<sup>16</sup> incredibili scelere<sup>n</sup> hoc scelus cumulasti? quod ego prætermitto, et facile patior sileri,<sup>17</sup> ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non vindicata<sup>18</sup> esse videatur. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus<sup>19</sup> <sup>o</sup> senties: ad illa venio, quæ non ad privatam igno-

<sup>r</sup> Manet.

<sup>s</sup> Illexisses.

<sup>t</sup> Prioris.

//////////

*tua non interest; ψ vita tua est.* In Græv. 1. et Duisb. *non in ista vita tua est:* Græv. 2. *non injunctæ vitæ tuæ est:* Franc. *non est juncta vitæ tuæ:* Barb. *non in vita tua ista est:* Ven. 1480. *inusta vitæ tuæ non inest:* Mss. Mureti *Quæ nota dom. turp. in ista vita tua non inest.* Dein tres Mss. ap. Græv. *quod privatorum dedecus non inhæret infamiæ* (in Fabric. et Hittorp. est *inhæret infamiæ*, non autem privatorum): Pith. *quod privatorum dedecus non hēt infamiæ:* Pal. 1. *quod privatarum rerum dedecus non habet infamiæ?* sed superscriptum *hæret tuæ.* In Ms. Barb. *non adhæret infamiæ tuæ.* *Infamiæ tuæ* quoque χ et Ven. 1480. Lambinus e conjectura Aut. Augustini dedit *hæret in fama.* Gronterus et Græv. scribi maluerunt *non inhæret tuæ famæ:* Ern. autem, *famæ, vel famæ tuæ.* Wetzel. aut *in fama* aut *famæ tuæ* legi vult. Verba quod . . . *infamiæ* Schultzio suspecta sunt; itaque nncis inclisit. Vid. Nott. Varr.—12 Ms. Lamb. *a corp. tuo toto.*—13 *Cirretitus es.* Tm in C H S deest aut; et a Græv. 1. abest *ad* ante *audaciam.*—14 C H S *protulisti.*—15 *Domum vacuum fecisses* Mss. nonnulli et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. *domum tuam vacuefecisses* Fraue. *locum vacuefecisti* Pith. et Græv. 2. *locum vacuefecisses* Steph.—16 A Barb. abest *ctiam,* et a Ven. 1480. *alio.*—17 C H S et Græv. 1. omittunt *sileri.*—18 *Non judicata* H: *injudicata* χ. In C et S deest *esse.* Mox pro *ruinas ψ* habet *minas.*—19 Pro *idibus* in χ *diebus.* Henmann. legi jubet *senties: et ad*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Ad audaciam ferrum*] Id est, quos corruperat nefarie Catilina, eos vel ad arma, vel ad vim faciendam excitabat.

<sup>l</sup> *Ad libidinem*] Scribit de eo Salustius, quod juvenes sibi devinciebant, quos, secundum cujusque studium, accendebat ad vitia.

<sup>m</sup> *Vacuefecisses*] Domum vacuum fecit, necando filium quem ex superiore uxore habuerat.

<sup>n</sup> *Incredibili scelere*] Filiam, quam

ex adulterio susceperat, uxorem duxit.

<sup>o</sup> *Proximis Idibus*] Idus Novembris notat, quo tempore usuram creditæ pecuniæ fœneratori solvere oportebat: unde Horatius, 'Fœnerator Alpheus Omnem relegit Idibus pecuniam; Quærit Kalendis ponere.' Cum autem eodem illo tempore multi ære alieno tenerentur, et in primis Catilina, et nemo debita solveret, eorum bona proscribenda cen-



miniam vitiorum tuorum,<sup>20</sup> non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam reipublicæ,<sup>1</sup> atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

¶ 15. Potestne tibi hujus vitæ lux,<sup>2</sup> Catilina, aut hujus cœli spiritus<sup>3</sup> esse jucundus,<sup>3</sup> cum scias, horum esse neminem, qui nesciat,<sup>4</sup> te pridie Kalendas Jan. Lepido et Tullo consulibus,<sup>5</sup> stetisse in comitio cum telo?<sup>6</sup> manum,<sup>7</sup> consulum et principum<sup>8</sup> civitatis interficiendorum causa, paravisse?<sup>9</sup> sceleri ac furori tuo non mentem<sup>10</sup> aliquam, aut timorem tuum,<sup>11</sup> sed fortunam reipublicæ obstitisse?<sup>12</sup>

¶ Ac jam illa omitto:<sup>13</sup> neque enim sunt aut obscura, aut non multo post<sup>14</sup> commissa.<sup>15</sup> Quoties tu me designatum,

<sup>20</sup> *Respiratio aëris.*

<sup>1</sup> *Turbam hominum.*

illa.—20 Ab edd. nonnullis abest *tuorum*. Mox Steph. omittit *tuam*.—1 *Ad summam reipublicam* C, Erl. Guelf. Pith. Græv. 1. Mss. Pariss. cum Græv. Lall. et Orell. Vid. Nott. Varr.—2 *Hujus vitæ hæc lux* Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. *hujus vitæ lux* χ, Barb. et Mss. quidam Mureti, atque Lamb. 1566. et Wetzel. *hæc lux* Græv. 1. 2. Pith. dno Pariss. Mss. Lambini et Mureti, cum Lamb. Græv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. Tum Græv. 2. o *Catilina*. Pro verbis *Catilina aut hujus* in ψ tantum legitur *aut*.—3 χ *jucundius*.—4 Græv. 2. *qui non sciat*. Mox C et ψ *Jannarii*. Dein C χ ψ, Græv. 2. et Franc. *Tullio*.—5 Pro *principum* χ habet *cirium*. Post *causa* ψ addit *se*.—6 *Tuum non est in χ*. Post *tuum* Græv. 2. addit *ullum*. Mox pro *reipublicæ* Græv. 2. Ven. 1480. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Matthiæ, Schutz. et Orell. habent *populi Romani*.—7 Henmann. scribi vult *At jam illa omitto*. In ed. Steph. legitur *Omnia illa omitto*.—8 *Multa post comm.* C H S, Beck. Weiske, Matthiæ, Schutz. et Orell. atque sic volebat Ern. *multo post comm.* Franc. et nonnullæ edd. vet. *post multo comm.* Ven. 1483. Crat. *multa postea comm.* Mss. Mureti cum Lamb. Oliv. Lall. *multo comm. post* Barb. *multa comm. postea* e dnobis Mss. edidit

#### NOTÆ

sunt Cicero, ut creditoribus fieret satis: quare Catilina sibi fortunarum ruinam impendere sentiebat.

¶ *Lepido et Tullo coss.*] A. U. C. 607. Catilina repetundarum reus factus a Clodio, a consulatu petendo prohibitus est: quare odio incensus, de novis consulibus interficiendis cogitavit.

<sup>9</sup> *In comitio cum telo*] Neque in comitium, neque in forum, neque in curiam ferre telum fas fuit.

<sup>7</sup> *Manum*] Socios conspirationis sibi

Sullam et Antonium cum Crasso et Julio Cæsare adjunxerat.

<sup>10</sup> *Non mentem*] Mens aliqua divina hoc consilium deterruit: neque enim Crassus affuit, neque ipse Catilina signum, quod convenerat, dedit: quare res effecta non est, sed in Novas Februarias dilata.

<sup>14</sup> *Non multo post*] Cum Antonius et Cornelius Sulla, consules designati, ambitus pœnas dedissent, consules Torquatus et Cotta in eum locum suffecti sunt, quos interficere cona-

quoties consulem<sup>9</sup> interficere conatus es? quot ego tuas petitiones,<sup>10</sup> ita coniectas ut vitari non posse viderentur,<sup>11</sup> parva quadam declinatione, et, ut aiunt,<sup>12</sup> corpore effugi? Nihil agis, nihil assequeris,<sup>13</sup> nihil moliris, quod mihi latere<sup>y</sup> valeat in tempore:<sup>y</sup> neque tamen conari ac velle desistis. 16. Quoties jam<sup>14</sup> tibi extorta est sica ista<sup>z</sup> de manibus? quoties vero<sup>15</sup> excidit casu aliquo et clapsa est? tamen ea carere diutius non potes:<sup>16</sup> quæ quidem quibus abs te initiata<sup>x</sup> sacris<sup>a</sup> ac devota<sup>17</sup> sit, nescio, quod eam

<sup>y</sup> Incognitum possit esse.

<sup>z</sup> Dicata.

//////////

Græv.—9 Ven. 1480. *quotiens vero me cons.* Vulg. *quoties me cons.* Græv. delevit me, et eum secuti sunt Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Pro *interf. con. es*, C H S, Græv. 1. Ven. 1483. Crat. Lamb. habent *interf. voluisti*. In  $\psi$  *interf. voluisti et con. es*: in Ms. Ursini *interf. voluisti vel con. es*.—10  $\chi$  *perditiones*.—11 *Nullo modo possent Pith. non posse vid.* e Franc. edidit Græv. quem Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. secuti sunt. Ceteri *posse non vid.* Mox *quadam* in Græv. 2. deest.—12 Græv. 2. *ut quod aiunt*. Tum *evasi* Ms. Lamb. qui scribi iussit *exii*. Alii conjecerunt *excessi*. In Græv. 1. desunt verba *Nihil agis*.—13 Pro *assequeris* Muretus scribi iubet *sequeris*. Dein *quod me latere possit in temp.* a Pall. 6. 9. Græv. 1. et Ms. Vict. absunt: unde ea deleverunt Schutz. Matthiæ, Orell. *Nihil moliris quod . . . in temp.* Beck. uncis inclusit. Porro Græv. e Ms. edidit *velle ac conari*. In Ven. 1480. *neque tamen con. neque velle des.*—14 In edd. nonnullis ante Grut. verba *Quoties jam* bis leguntur. Mox Græv. e Ms. recepit *ista sica*. In C deest *ista*. Mss. Mureti habent *Quoties tibi jam, quoties jam extorta est sica de man.*—15 Duisb. et Steph. *vero* omittunt. In Duisb. quoque deest *aliquo*.—16 Schutz. et Matthiæ e conjectura Henmanni deleverunt verba *tamen ea carere diutius non potes*, prob. Weiske. Orell. uncis inclusit.—17 Lamb. *aut dev.* Mox pro *neesse* C habet *nocere*; H et S *nescire*. Tum *putas esse* Mss. Lambini, Græv.

#### NOTÆ

tus est Catilina. Post hos facti sunt L. Cæsar et C. Figulus: his vero coss. designati sunt Antonius et Cicero.

<sup>u</sup> *Ego tuas petitiones*] Metaphora a gladiatoribus, qui gladio corpus hominis petunt, ut illud vulnerent.

<sup>x</sup> *Ut aiunt*] Proverbium tunc temporis usitatum. Tota hac metaphora significat se petitum fuisse sæpius a Catilina, et vitasse semper ejus insidias.

<sup>y</sup> *In tempore*] Quo illud scire mihi

utile fuit.

<sup>z</sup> *Sica ista*] Sica a secundo: genus est gladii parvi, quod facile occultari potest.

<sup>a</sup> *Initiata sacris*] Id est, dicata: nam cultri quibus utebantur ad victimas jugulandas, sacri habebantur, neque iis uti in re profana fas erat. Vide Servium in Æneid. vi. Objicit Catilinæ ita se gerere, ut videatur Divis vovisse se sica consules interfecturum.

necesse putas consulis in corpore defigere. VII. Nunc vero, quæ tua est ista vita? <sup>18</sup> sic enim jam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, <sup>19</sup> sed ut misericordia, quæ tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis <sup>20</sup> amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam <sup>1</sup> contigit nemini, vocis <sup>2</sup> expectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis <sup>b</sup> oppressus? Quid, quod adventu <sup>3</sup> tuo ista subsellia vacuefacta <sup>4</sup> sunt? quod omnes consulares, <sup>c</sup> qui tibi <sup>a</sup> persæpe ad cædem constituti fuerunt, <sup>5</sup> simul atque assedisti, <sup>6</sup> partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? <sup>7</sup> 17. Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? ~~X~~ Servi, mehercule, <sup>8</sup> mei si me isto pacto metuerent, <sup>9</sup> ut te metuunt omnes cives tui, domum meam <sup>10</sup> relinquendam putarem: tu tibi urbem <sup>d</sup> non arbitraris? ~~X~~ Et, si me <sup>11</sup> meis civibus injuria suspectum tam

<sup>a</sup> A te.



1. cum Steph. Lamb. Græv. Schutz. Maluit Morgenstern. *necesse esse putas*. Porro Barb. Ven. 1480. Nang. *in consulis corpore*:  $\chi$  *cons. in corpus*.

CAP. VII. 18 Græv. e Franc. Ms. edidit *quæ est ista tua vita*. In ed. Steph. ista omittitur.—19 C H S, Pith. *quod debeo*. Mox Franc. *quæ nulla tibi*. Dein *debeat* H: *videatur* S.—20 Erl. Guelf. Græv. et Orell. *tot ex tuis*, prob. Gærenz.—1 Franc. *post omnium hom. mem.*—2  $\psi$  *vocem*.—3 *Ante adventu* C H S et Ven. 1483. addunt *ub*. In Ms. Barb. *Quid dicam, quod de adventu tuo*.—4 Pal. 9. Mss. Fabric. Hittorp. Vict. Græv. 1. Ven. 1480. Lamb. Græv. Ern. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. *vacuefacta*; et sic Torren. ad Val. Max. II. 7. 1. Staveren. ad Corn. Nep. Cim. 2. et Garaton. ad h. l. *vacua facta ceteri*. Mox H S  $\chi$   $\psi$ , Franc. et nonnullæ edd. vett. *quid? quod omn. cons.*—5 Ms. ap. Græv. *const. fuerant*.—6 Græv. 2. Colon. et quinque alii Mss. *subsedisti*.—7 C *reliquerunt*. Tum  $\chi$  *Qui tandem*. Ed. Steph. *hoc omittit*.—8 *Me hercule* Ven. 1480. *me hercule* Ven. 1483. Crat. *mehercule alii*.—9 *Post metuerent* Franc. Barb. et Mss. Mureti addunt *atque odissent*. In  $\chi$  et  $\psi$  legitur *metuerent atque ridissent*.—10 In Franc. *deest meam*. Ms. Lamb. habet *domum meam esse relinq.* Post *urbem*  $\chi$   $\psi$ , Franc. et Mss. Mureti repetunt *relinquendam*. In Barb. et Ms. Lamb. *urbem non relinquendam*.—11 *Me non est in*  $\chi$ .

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Judicio taciturnitatis*] Silentium omnium, cum nemo Catilinam venientem in senatum salutavit, tacitum quoddam fuit indicium, quantum ab illo abhorrerent universi.

<sup>c</sup> *Consulares*] Consulares, ut ceteris honoratiores ætate et dignitate,

subsellia sua vacua reliquerunt, ne huic scelerato et conjurato assiderent.

<sup>d</sup> *Urbem*] Ait quod, si servi sui tanto se odio prosequerentur, quanto cives Catilinam, domum suam statim relinqueret: quare infert ab eo sibi relinquendam esse patriam.

graviter atque offensus<sup>11</sup> viderem; carere me aspectu civium,<sup>13</sup> quam infestis oculis omnium conspici mallet; tu,<sup>14</sup> cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium justum, et jam tibi diu<sup>15</sup> debitum, dubitas, quorum mentes sensusque vulneras, eorum aspectum<sup>16</sup> presentiamque vitare? [p. 101.] Si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos ulla ratione<sup>17</sup> placare posses; ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes:<sup>18</sup> nunc te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit,<sup>19</sup> et jamdiu de<sup>20</sup> te nihil judicat, nisi de parricidio<sup>b</sup> suo cogitare. Hujus tu neque auctoritatem verebere,<sup>1e</sup> neque iudicium sequere,<sup>f</sup> neque vim pertimesces?<sup>g</sup> 18. Quæ tecum, Catilina, sic agit,<sup>c 2</sup> et quodammodo tacita loquitur: Nullum aliquot jam annis<sup>3h</sup> facinus extitit, nisi per te; nullum flagitium sine te:<sup>i</sup> tibi uni multorum civium necesse, tibi vexatio direptioque<sup>k</sup> sociorum<sup>4</sup> impunita fuit ac libera:

<sup>b</sup> Interitu.

<sup>c</sup> Loquitur.

//////////

—12 C H, Ms. Lambini, Mss. Mureti, Ven. 1483. Nang. Cam. *infensum*. In  $\psi$  *grav. aut infensum*. Pro *viderem* Græv. 1. *videre*.—13 In C H S deest *civium*. Mox *inf. omnium oculis* Græv. 2. Lamb. et Græv.—14 *Tum C: te* Græv. 1. *Tum  $\chi$  conscientiam*. Porro *cognoscas C: agnoscis* Græv. 1.—15 Barb. et Ven. 1480. *et jam diu tibi*. Pro *et jam tibi* C habet *etiam*;  $\chi$   $\psi$  *etiam tibi*. In Ms. Lamb. et *diu tibi*.—16  $\chi$  *aspectus*.—17 C *ratione nulla*.—18  $\chi$  *ab eorum conspectu aliquo contenderes*.—19 Ms. Lamb. *od. et met.* Ven. 1480. *od. atque met.*—20 Præpositionem ante *te* e conj. delevit Lamb. quem Morgenstern. Beck. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. secuti sunt. In Græv. 2. *etiam nihil de te jud.* In Barb. *etiam de te diu jam nihil jud. nisi de parric. suo te cog.* Pro suo C H S habent *tuo*.—1 *Ne auct. verebare* Franc. *neque auct. verebare* Græv. 2. *Tum C nec jud. seq. nec.*—2  $\chi$ , Franc. et Græv. 1. 2. *ait.*—3 *Nullum jam aliquot annos  $\chi$   $\psi$ : Nullum jam tot annis* Ven. 1483. *Nullum jam tot annos* aliæ edd. veit ante Grut. cum Oliv. et Lall.—4 *Pro sociorum* Franc.

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Auctoritatem verebere*] Penes magistratum est auctoritas videlicet, qui leges ferre potest, et cujus sanctitatem vereri quisque debet.

<sup>f</sup> *Judicium sequere*] Magistratum obedire par est: jubet ut abeat e patria Catilina.

<sup>g</sup> *Neque vim pertimesces*] Magistratum, qui gladium potest adhibere in rebelles et sceleratos cives, pertimescere debet Catilina, si in urbe

remaneat.

<sup>h</sup> *Nullum aliquot jam annis*] Illustris prosopopœia patriæ alloquentis et objurgantis Catilinam.

<sup>i</sup> *Nullum flagitium sine te*] Sullam in crudeli illa proscriptione secutus est, in qua multos cives interfecit, ut Dio lib. xxxvii. testatur.

<sup>k</sup> *Direptio*] Catilina prætor Africam obtinuerat, a qua cum Romam rediisset, coss. Cotta et Torquato, a

tu non solum ad negligendas leges ac quæstiones,<sup>d</sup> verum etiam ad evertendas<sup>5</sup> perfringendasque valuisti. Superiora illa, quanquam ferenda non fuerunt,<sup>6</sup> tamen, ut potui, tuli: nunc vero me totam<sup>7</sup> esse in metu propter te unum;<sup>8</sup> quicquid increpuerit, Catilinam<sup>9</sup> timeri; nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe; si est verus,<sup>10</sup> ne opprimar; sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam. VIII. 19. Hæc si tecum,<sup>11</sup> ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiamsi vim adhibere non possit? Quid? quod tu te<sup>12</sup> ipse in custodiam dedisti? quid?<sup>13</sup> quod, vitandæ suspicionis causa, apud M. Lepidum<sup>14</sup> te habitare velle dixisti? a quo non receptus, etiam ad me venire ausus es; atque, ut<sup>15</sup> domi meæ te asservarem, rogasti. Cum a me quoque id responsum<sup>16</sup> tulisses,<sup>e</sup> me nullo modo posse iisdem<sup>17</sup> parietibus tuto<sup>18</sup> esse tecum, qui magno in periculo essem,

<sup>d</sup> *Judicia.*<sup>e</sup> *Accepisses.*

habet proximorum. Mox H tibi non solum. Pro ad negligendas Franc. et nonnulli alii vertendas: Barb. Fabricii et Hittorpii Mss. ad vertendas; unde Gulielm. legi voluit ad evertendas. Dein leg. et quæst. edd. ante Lamb. cum Orell. —5 Pro evertendas ψ, Pall. et Mss. Mureti evincendas, prob. Gulielm. C H S χ, Græv. 2. Barb. et nonnullæ edd. vett. devincendas; Pith. vincendas. Gærenz. putat legend. esse verum etiam ad perfringendas val. sicque Matthiæ.—6 ψ fuerint. Dein Ven. 1480. tuli tamen, ut potui: Franc. pertuli, ut potui, non improb. Græv.—7 C et H totum.—8 Guelf. et Lamb. propter unum te. Gærenz. te deleri jussit.—9 C H ψ Catilina. Mox C videris.—10 Ven. 1480. Lamb. si verus est. Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Grut. cum Oliv. est omittunt. Post sin C H S addunt autem. Ern. conjecit si verum . . . sin falsum. Præterea in χ deest tandem; et pro aliquando ψ habet alioquin.

CAP. VIII. 11 Post tecum ψ addit ita. Mox in C et S adhiberi.—12 χ et Franc. te omittunt. Ab ed. Steph. abest ipse. Dein C in custodia.—13 Quid omittunt Franc. Barb. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. Cam. et Schutz.—14 Apud M' Lepidum e conjectura Manutii dederunt Morgenstern. Beek. Schutz. et Orell.—15 In C S, Ven. 1483. Nang. Cam. deest ut ante domi. Pro asservarem C H S, Ven. 1483. Nang. Cam. habent asservari; Græv. 2. servarem; Franc. et Barb. observarem.—16 Id responsi Mss. Mureti, prob. Heumann. idem responsi Barb. id quoque responsi Ven. 1480.—17 Pro iisdem C H S habent his.—18 C H S tutum. Post qui χ addit quia. Tum C H S magno peric. omissa præpositione. Præterea pro quod ψ habet qui; et pro

## NOTÆ

P. Clodio repetundarum accusatus cuius corruperat.  
est, et absolutus a iudicibus, quos pe-

quod iisdem mœnibus contineremur; ad Q. Metellum præ-  
torem<sup>19</sup> venisti: a quo repudiatus, ad sodalem tuum,<sup>1</sup> virum  
optimum, M. Marcellum demigrasti; quem tu videlicet et  
ad custodiendum te<sup>20</sup> diligentissimum, et ad suspicandum  
sagacissimum,<sup>1</sup> et ad vindicandum<sup>2</sup> fortissimum fore pu-  
tasti. Sed quam longe<sup>3</sup> videtur a carcere atque a vinculis  
abesse debere, qui se ipse<sup>4</sup> jam dignum custodia<sup>5</sup> judicave-  
rit?<sup>5</sup> 20. Quæ cum ita sint, Catilina, dubitas,<sup>6</sup> si hic mo-  
rari æquo<sup>7</sup> animo non potes, abire in aliquas terras, et vitam  
istam, multis suppliciis justis debitisque ereptam, fugæ so-  
litudinique mandare?<sup>m</sup>

‘Refer,’<sup>7</sup> inquis, ‘ad senatum:’<sup>n</sup> id enim postulas; et,  
si hic ordo placere sibi<sup>8</sup> decreverit, te ire in exilium, ob-  
temperaturum te<sup>9</sup> esse dicis. Non referam (id quod ab-  
horret a meis moribus<sup>o</sup>); et tamen<sup>10</sup> faciam, ut intelligas,

f Quicto.

iisdem H S his. Denique χ continemur.—19 Pro prætorem in C postea; in χ  
prætorem p. r. Ven. 1450. prætorem populi Romani: Barb. prætorem venisti P. R.  
A quo repud., inde ad sod. Mox in H S deest optimum; et in C prænomen  
ante Marcellum.—20 χ et ψ te omittunt.—1 Ad supplicandum sag. H χ et  
Græv. 2. ad suscipiendum sacratissimum Franc.—2 H et Franc. judicandum.  
—3 Græv. 2. Sed quia longe. Mox pro abesse χ habet esse.—4 χ se ipse; et  
ita e conjectura Heumanni ediderunt Ern. Morgenstern. Wetzel. Otto.  
Beck. Weiske, Schutz, et Orell. Ceteri se ipsum.—5 Barb. judicaret.—  
6 Græv. 2. o Cutil., dub. ψ Catil., quid dub. Pro si hic morari Græv. 2. si in  
his morari; Græv. 1. Franc. Duisb. Erl. Guelf. cum Græv. Schutz. et Orell.  
si emori; C H S et Mss. Pariss. atque Hervag. Cam. Steph. Lamb. Beck. et  
Matthiæ si hic emori.—7 Post Refer Franc. addit enim. Pro inquis ψ et Erl.  
inquit. In Franc. desunt verba id enim postulas: in Græv. 1. iis interr. nota  
apponitur. C H S enim omittunt. In χ postulat.—8 Mss. Mureti et ed.  
Crat. sibi omittunt. In Græv. 1. tibi placere.—9 Grut. et Græv. non habent  
te. Mox, Weiske conjecit legend. Non referam, ideo quod.—10 Sed tamen C

#### NOTE

<sup>1</sup> Sodalem tuum] Sodalitates Romæ  
fuerunt, quæ legibus concedebantur.  
Hinc autem sodales dicti sunt, teste  
Festo, ‘quod una sederent, essent-  
que:’ Marcus autem Marcellus unus  
ex sociis Catilinæ fuit, pro quo Cice-  
ro postea apud Cæsarem dixit.

<sup>m</sup> Fugæ solitudinique mandare] Man-  
dare se fugæ, id est, profugere: et  
mandare se solitudini, est se oc-  
cultare, et fugere hominum societa-

tem.

<sup>n</sup> Refer, inquis, ad senatum] Nul-  
lum unquam fiebat senatusconsultum,  
quin prius a consule referretur.

<sup>o</sup> Abhorret a meis moribus] Cum ab  
omni severitate et duritia Cicero ali-  
enus esset, videbatur contra suam  
naturam agere, si de Catilina refer-  
ret ad senatum, a quo procul dubio  
damnandus erat: quare nihil de eo  
retulit: igitur falsum est quod ait

quid hi de te sentiant. † Egrederere ex urbe, Catilina: libera rempublicam metu: in exilium, si hanc vocem expectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attendis,<sup>11</sup> ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur;<sup>12</sup> p tacent.<sup>9</sup> Quid expectas auctoritatem<sup>8</sup> loquentium, quorum voluntatem tacitorum<sup>7</sup> perspicis?<sup>13</sup> 21. At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio,<sup>5</sup> si fortissimo viro, M. Marcello,<sup>4</sup> dixissem; jam mihi consuli, hoc ipso in templo, jure optimo senatus<sup>14</sup> vim et manus intulisset. De te autem, Catilina, cum quiescunt,<sup>15</sup> probant: cum patiuntur, discernunt: cum tacent, clamant: neque hi solum, quorum tibi<sup>16</sup> auctoritas est videlicet cara,<sup>x</sup> vita vilissima; sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives, qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre, et studia perspicere, et voces<sup>y</sup> paulo ante exaudire potuisti: quorum ego vix abs te jamdiu manus ac tela contineo; eosdem facile adducam, ut te hæc, quæ jampridem vastare<sup>17</sup> studes,<sup>z</sup> relinquentem, usque ad portas prosequantur.

8 Sententiam.



H S ψ, Barb. Ven. 1483. Nang. sed tantum Ven. 1480.—11 Græv. 2. o Catil. et Græv. 1. Franc. atque quinque Oxonn. Mss. quid att. Dein quid animadv. H: et quid animadv. C S χ ψ.—12 Quiescunt ante patiuntur excidisse ratus est censor Jenensis. Orell.—13 Franc. prospicis. Dein C et χ Ac si hoc. Paulo post, χ habet P. Sextio.—14 Græv. e Franc. et alio Ms. recepit senatus jure opt. Tum C manum tulisset. Post intulisset ψ addit Num me de illis talia facere permisisset.—15 Conquiescunt χ: quiescunt cum quiescunt ψ.—16 In C et H deest tibi. H quoque omittit videlicet. Pro vilissima H et S utilissima.—17 Græv. 2. vastare jampr.

#### NOTÆ

Dio, senatusconsulto ex urbe abiisse Catilinam, quia nullum ferri potuit, nisi referente Cicerone consule.

<sup>p</sup> Patiuntur] Catilinam ire in exilium patientur facile senatores.

<sup>q</sup> Tacent] Tacendo approbant ejus profectionem.

<sup>r</sup> Tacitorum] Id est, etsi taceant, tamen hoc suo silentio voluntatem illi suam satis aperiuunt.

<sup>s</sup> P. Sextio] Sextius hoc anno quaestor Antonii consulis erat, pro quo

Cicero orationem habuit.

<sup>t</sup> M. Marcello] Is M. Marcellus fuit, quem Cicero defendit.

<sup>u</sup> Cum quiescunt] Distributio elegans, ubi tribuitur unicuique quod proprium est.

<sup>x</sup> Videlicet cara] Ironia: nam de morte eorum cogitaverat.

<sup>y</sup> Voces] Quibus favebant Cicero-  
ni contra Catilinam.

<sup>z</sup> Quæ jampridem vastare studes] Rempublicam et totam Italiam vas-

1X. 22. <sup>A. Hlo.,<sup>4</sup></sup> *Quaquam quid loquor?* <sup>purpore</sup> <sup>richi</sup> <sup>18</sup> *te ut ulla res frangat?*  
*tu ut unquam* <sup>19</sup> *te corrigas?* *tu ut ullam fugam meditere?* <sup>4</sup>  
*tu ut ullum exilium cogites?* [*p.* 102.] *Utinam tibi istam*  
*mentem* <sup>a</sup> *Dii immortales dunt!* <sup>20</sup> *tametsi video, si mea*  
*voce perterritus* <sup>1</sup> *ire in exilium* <sup>change in ind</sup> *animum induxeris, quanta*  
*tempestas invidiæ* <sup>b</sup> *nobis, si minus in præsens tempus,*  
*recenti memoria scelerum* <sup>d</sup> *tuorum, at in posteritatem*  
*impendeat.* <sup>2</sup> *Sed est mihi tanti,* <sup>k</sup> <sup>e</sup> *dummodo ista privata*  
*sit calamitas, et a* <sup>3</sup> *reipublicæ periculis sejungatur. Sed*  
*tu* <sup>4</sup> *ut vitis tuis commovere, ut legum pœnas pertimescas,*  
*ut temporibus* <sup>5</sup> *reipublicæ concedas,* <sup>l</sup> *non est postulan-*

<sup>h</sup> *Cogites.*

<sup>i</sup> *In futurum.*

<sup>h</sup> *Sed non tanti facio eam.*

<sup>l</sup> *Accommodes te.*

//////////

CAP. IX. 18 Græv. 1. Franc. Barb. et Ven. 1480. *Quaquam quid loquar*: H S, edd. Rom. Jenson. Ven. 1483. Crat. Cam. *Quaquam quid est, quod loquar*; et sic C et ψ, nisi quod loquor habeant. Dein χ *ut illa res*: C H S *ut res, sine ulla*. Denique C *frangatur*.—19 *Pro unquam* C H S *exhulent inquam*. In H et Græv. 1. deest *te*. Mox *illam fugam* ψ et Græv. 1. Verba *tu ut ullam fugam med.* absunt a Pith. Tum Ven. 1. *ut tu illum exil.* Ven. Crat. Hervag. Cam. et Heumann. *tu illum ut exil.* Mss. plerique cum edd. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *ut illum tu exil.* Pro *cogites* C habet *agites*.—20 *Dent* Græv. 2. *donarent* C H S ψ, Græv. 1. Franc. et edd. pr. cum Oliv. *donaret* χ: *donent* Steph. *darent* Barb. Naug. Lamb. *dunt* ceteri. Pro *tametsi* H S ψ, Barb. Ven. 1483. Hervag. habent *etsi*. Pro *video* Græv. 1. *jubeo*. Ante si χ addit *quod*.—1 C H S, Barb. Ven. 1483. Crat. omittunt *perterritus*, prob. Camerario. Tum Ern. scribi mavult *in exil. ire an. ind.*—2 C H S *impendet*. Dein *sed est tanti* Erl. Guelf. Græv. 1. 2. Duisb. et Mss. Pariss. cum Græv. Lall. Matthiæ: *Sed non est mihi tanti* C H S et edd. vett. Ceteri ut Ern. Post *tanti* χ addit *Catilina*. Præterea *dummodo ista tua* χ, Græv. 1. 2. Franc. et edd. Vict. Manut. et Heumann. *dummodo tua ista* C H S.—3 C S omittunt copulam, et H præpositionem. Tum in χ *sejungantur*.—4 Edd. nonnullæ *tu* omittunt.—5 Franc. *et ut temp.* Mox *cedas* χ, Græv. 1. 2. Franc. Duisb. Pith. Barb. Mss. Lambini, quatuor Mss. Pariss. Græv. Lall. Beck.

## NOTÆ

tare cupiebat Catilina.

<sup>a</sup> *Istam mentem*] Ut eundi in exilium mentem immittant Dii, Cicero apprecatur: arbitrabantur enimvero illi veteres omnium consiliorum auctores Deos existere.

<sup>b</sup> *Tempestas invidiæ*] Translatio; nam invidia sæpius homines, non secus ac tempestate ac vi ventorum ingruente, obruntur.

<sup>c</sup> *In præsens tempus*] Id est, in præ-

senti tempore: nam, ut notavit Priscianus lib. xviii. Latini præpositionem ‘in’ accusativo sæpe adiungunt, loco ablativi.

<sup>d</sup> *Recenti memoria scelerum*] Id est, cum adhuc erit recens scelerum memoria, quæ a Catilina patrata sunt.

<sup>e</sup> *Est mihi tanti*] Id est, tanti reipub. interesse duco, te ex urbe exire, ut dum id fiat, non recusem omnem invidiam.



dum : neque enim is es, Catilina, ut<sup>6</sup> te aut pudor<sup>f</sup> a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocarit.<sup>7</sup>

23. Quamobrem, ut sæpe jam dixi, proficiscere :<sup>8</sup> ac, si mihi inimico, ut prædicas, tuo, conflare vis invidiam ; recta<sup>9</sup> perge in exilium : vix feram sermones<sup>m</sup> hominum, si id feceris :<sup>10</sup> vix molem<sup>n</sup> istius invidiæ, si in exilium ieris jussu consulis, sustinebo. Sin autem servire meæ laudi et gloriæ mavis ; egredere cum importuna<sup>o</sup> sceleratorum manu ; confer te ad Manlium ; concita<sup>11</sup> perditos cives ; secerne te a bonis ; infer patriæ bellum ; exulta impio latrocinio,<sup>5</sup> ut a me non ejectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse<sup>12</sup> videaris. 24. Quanquam quid<sup>13</sup> ego te invitem, a quo jam sciam esse præmissos, qui tibi<sup>14</sup> ad forum Aurelium<sup>h</sup> præstolarentur armati ? sciam<sup>15</sup> pactam et constitutam esse cum Manlio diem ? a quo etiam aquilam illam argenteam<sup>i</sup> (quam tibi ac tuis omnibus<sup>16</sup> perniciosam esse

<sup>m</sup> Famam.<sup>n</sup> Onus.<sup>o</sup> Crudeli.

Schutz. Matthiæ : *concedas ceteri.*—6 *Neque enim his es moribus, Catil. ut &c.* Barb. *Neque enim, Catil., tu is es, ut &c.* Pith. *Neque tu es Catil. ut &c.* Franc. et alii : *Neque enim Catilina sis, si te aut, &c.* Ms. Cujac. probantibus Ern. et Morgenstern. *Neque enim Catilina is es, ut &c.* nonnullæ edd. vett. In  $\psi$  deest *Catilina* ; et in  $\chi$  aut ante *pudor*. Post *pudor* e Quintiliano Schutzus et Matthiæ inseruerunt *unquam*, ut volebat Garaton.—7 Heumann. monet, videri posse Ciceronem scripsisse *revocet*.—8 Pro *proficiscere* Priscian. p. 982. laudat *discede*.—9 *Recta via* C H S  $\chi$   $\psi$ , Barb. Græv. 2. Franc. Duisb. Pith. Ven. 1480. 1483. Crat. Hervag. *rectam* Græv. 1.—10 In duobus Mss. Lambini et ed. Steph. desunt verba *si id feceris*. Mox Græv. 1. *consulis ieris jussu*.—11 Pro *concita*  $\psi$  habet *contra*. Pro *cives* Græv. 2. addit *tuos*.—12  $\psi$  ipse : Heumann. *esse*.—13 Pro *quid*  $\psi$  habet *quo*. In  $\chi$  deest *te*. In Ms. Mureti legitur, *Quanquam quid eo te invitem* : unde Muretus legi maluit *Quanquam quid eo te invitem, quo jam, &c.* quod recepit Lamb.—14 Pro *qui tibi* C H S, Ven. 1480. 1483. habent *qui te*. Mox  $\psi$  *præstolentur*.—15 Ante *sciam* Mss. plerique et nonnullæ edd. vett. addunt *cum* ; Beck. e conjectura Gulielmii, cum Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. *cui*. Alii particulam omittunt. Ante *pactam* Barb. Pith. Guisb. Ven. 1480. et Græv. inserunt *jam*. Pro *pactam*  $\psi$  habet *peractam*.—16 Pro *omnibus* C et H *hominibus*. In  $\chi$  deest *esse* ante

## NOTÆ

<sup>f</sup> *Ut te aut pudor, &c.*] Figura quæ adjunctio dicitur.

<sup>5</sup> *Latrocinio*] Bellum contra patriam susceptum, latrocinium vocat.

<sup>h</sup> *Ad forum Aurelium*] Tribunal fuit Romæ, ubi milites conscribebantur.

Fuit etiam oppidum haud procul ab urbe, unde Aurelia Via dicta est, qua profectus est Catilina in castra Manlii.

<sup>i</sup> *Aquilam argenteam*] Aquila argentea signum fuit legionis, quod Ma-

confido et funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium<sup>k</sup> scelerum tuorum constitutum fuit) sciam esse præmissam? Tu ut<sup>p</sup> illa<sup>17</sup> diutius carere possis,<sup>1</sup> quam venerari, ad cædem proficiscens, solebas? a cujus altaribus sæpe istam impiam dexteram<sup>18</sup> ad necem civium transtulisti? x. 25. Ibis<sup>19</sup> tandem aliquando, quo te jam pridem tua ista cupiditas effrænata<sup>m</sup> ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem: ad hanc te amentiam natura peperit,<sup>20</sup> voluntas exercuit, fortuna servavit. Nunquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis,<sup>1</sup> atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflata improborum<sup>2</sup> manum.<sup>q</sup> 26. Hic tu qua lætitia<sup>3</sup> perfruere! quibus gaudiis exultabis! quanta in voluptate<sup>4</sup> bacchabere,<sup>o</sup> cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quenquam, neque videbis! Ad<sup>5</sup> hujus vitæ studium meditati<sup>r</sup> illi sunt, qui se-

<sup>p</sup> Quomodo.

<sup>q</sup> Multitudinem.

<sup>r</sup> Exercitati.

*confido.* In Ven. 1480. legitur, *omn. conf. pern. ac fun. fut.* unde Lamb. dedit *omn. conf. pern. et fun. fut.* Mox pro *sacrarium* H et S exhibent *sacrum*. Heumann. censuit verba *scelcrum tuorum* e var. lect. exitisse, ideoque delenda esse.—17 Pro *Tu ut illa* Franc. *Modo tu illa.* Tum *carere diutius* Erl. Guelf. Steph.—18 Mss. nonnulli et ed. Ven. 1483. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *istam dext. impiam.* Dein in Mss. Mureti et Grævii *ad cædem civium.*

CAP. X. 19 Franc. *Ibas.*—20 Græv. 1. *ad hanc te amentium non nat. pep.*—1 x *Nactus ex perd.*—2 Mss. Mureti et Lambinus *impiorum.*—3 ψ *His tu quanta læt.* Pro *perfruere* Cortius ad Plin. Epp. iv. 15. scribi jubet *perflues.*—4 Lamb. omisit præpositionem ante verbum *voluptate*, pro quo χ habet

#### NOTE

rius bello Cimbrico in exercitu habuit. Vegetius autem refert aquilam proprium signum fuisse Romanorum; eum autem legio quælibet in decem divideretur cohortes, primam cujusque legionis cohortem pro signo emisisset aquilam.

<sup>k</sup> *Sacrarium*] *Sacrarium* seu sacellum idem est: erat autem aquila illa parvum quoddam sacellum, seu sacrarium, in quo inerat aquilæ effigies aurea vel argentea, quod hastæ erat inpositum; quod qui portabat,

aquilifer dicebatur.

<sup>1</sup> *Tu ut illa diutius carere possis*] Facile accidit, ut qui spes suas in aliqua re collocarunt, ab ea difficile dimoveantur.

<sup>m</sup> *Cupiditas effrænata*] Metaphora ab equis indomitis.

<sup>n</sup> *Natura peperit*] Compar ceu dissolutum affert, cum membra paria sunt, nec juncta conjunctionibus.

<sup>o</sup> *Bacchabere*] Bacchari verbum est voluptatis longe gravissimum, et est fureie.

runtur,<sup>5</sup> labores tui; jacere<sup>6</sup> humi, non modo ad obsidendum<sup>7</sup> stuprum,<sup>p</sup> verum etiam ad facinus obeundum; vigilare non solum insidiantem<sup>8</sup> somno maritorum, verum etiam bonis occisorum.<sup>9</sup> Habes, ubi ostentes illam præclaram tuam<sup>10</sup> patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium; quibus te brevi tempore confectum esse senties.

27. Tantum profeci tum,<sup>11</sup> cum te a consulatu repuli,<sup>12</sup> ut exul potius tentare,<sup>t</sup> quam consul vexare rempublicam posses; atque ut id, quod esset<sup>13</sup> a te scelerate susceptum, latrocinium potius, quam bellum<sup>r</sup> nominaretur.

XI. Nunc, ut<sup>14</sup> a me, patres conscripti, quandam prope justam patriæ<sup>15</sup> querimoniam detester ac deprecere;<sup>u</sup> percipite, quæso, diligenter, quæ dicam, et ea penitus animis vestris mentibusque mandate.<sup>16</sup> Etenim, si mecum patria,<sup>s</sup> quæ mihi vita mea multo est carior; si cuncta Italia; si

<sup>5</sup> Dicuntur vulgo.

<sup>t</sup> Lacessere.

<sup>u</sup> Depellam.

voluntate.—5 In  $\chi$  deest Ad.—6 Post *jacere* idem Ms. addit *videbis*.—7 In  $\psi$  *obsidendi*. Mox, pro *etiam* H S  $\psi$  habent et. Tum  $\chi$  ad *fac. obeundi*.—8 *Insi-*  
*diando*  $\chi$ , Græv. 1. ad *insidiandum* Mss. plerique et edd. ante Grut. qui e  
Mss. nonnullis recepit cum edd. seqq. *insidiantem*.—9 *Otiosarum* C  $\chi$ , quatuor  
Mss. Gruteri, quatuor Mss. Grævii, tres Pariss. et exc. Pith. cum edd. Ald.  
Græv. et Lall. Vid. Nott. Varr.—10 Græv. 1. omittit *tuam*. Pro *patientiam*  
C H S *abstinentiam*. Ante *famis*  $\chi$  addit *scilicet*, et ante *frigoris* H S habent  
et.—11 In C  $\psi$  et Græv. 1. deest *tum*. 'Apud Diomedem 1. 4. p. 386. ed.  
Putsch. vitiose legitur *profectum*.' Beck.—12 Muret. et Lamb. *depuli*.—  
13 Steph. *quod est*. Dein Græv. 1. *scelerato*.

CAP. XI. 14 Pro *ut* H habet *autem*;  $\psi$  *aut*.—15 Verba *prope justam patriæ*  
in  $\psi$  desunt.—16 In Ms. Mureti legitur *percipite, quæ dicam, et ea penitus ani-*  
*mis vestris rationibusque mandate*. Pro *penitus* Pricæus ad Apul. scribi jussit

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Obsidendum stuprum*] Obsidere stuprum, est expectare ut mariti dormiant, ut uxoribus eorum quis potiat; quod tam familiare fuit Catilinæ, quam insidiantium divitum vitæ, ut eos occisos spoliaret.

<sup>q</sup> *A consulatu repuli*] Cicero Catilinam ambitus accusavit, et effecit ne consul esset: ejus quidem accusationis oratio desideratur; at in eam tamen aliqui Asconii commentarii

sunt.

<sup>r</sup> *Latrocinium potius, quam bellum*] Pertinet bellum ad magistratus denuntiare, non ad privatum: quare nominari debet, cum a privato declaratur, latrocinium; quia invadit in potestatem magistratum populi Rom.

<sup>s</sup> *Etenim, si mecum patria*] Elegans patriæ prosopopœia cum frequentatione et agnominatione.

omnis <sup>f. hunc hunc</sup> respublica loquatur: <sup>17</sup> M. Tulli, quid agis? tunc eum, quem esse <sup>18</sup> hostem comperisti, quem ducem belli futurum <sup>19</sup> vides, quem expectari imperatorem in castris <sup>20</sup> hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, <sup>1</sup> evocatores <sup>1</sup> servorum et civium perditorum, <sup>2</sup> exire patieris, ut abs te non emissus <sup>3</sup> ex urbe, sed immissus <sup>4</sup> in urbem esse videatur? Nonne hunc <sup>4</sup> in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari <sup>5</sup> imperabis? 28. Quid tandem <sup>5</sup> impedit te? mosne majorum? <sup>6</sup> [p. 103.] at persæpe etiam privati <sup>7</sup> in hac republica perniciosos cives morte mulctarunt: an leges, <sup>8</sup> quæ de civium Romanorum <sup>6</sup> supplicio rogatæ sunt? at nunquam in hac urbe ii, <sup>7</sup> qui a republica defecerunt, civium jura tenuerunt: an invidiam <sup>8</sup> posteritatis times? præclaram vero populo Romano <sup>9</sup> refers gratiam, qui te, hominem per te <sup>10</sup> cognitum, <sup>b</sup>



penitis. Tum Barb. *mentibus vestris animisque*.—17  $\psi$  *loquerentur*. Omnes Mss. Quintiliani, (Inst. Or. ix. 2.) etiam Barb. excepto uno Voss. quem Burm. ibi laudat, *si omnis resp. sic loquatur*.—18 Pro *esse*  $\psi$  *habet communem*.—19  $\chi$  et Franc. *futuri*.—20 Heumannus in Mss. nonnullis esse dicit *in castra*; unde ipse legi jussit *quem expectare imp. castra host. sentis*.—1 Franc. *curationis*.—2  $\psi$  *perditorem*. Mox *patiere* Græv. 2. Franc. Barb. Ven. 1480. —3 Græv. 1. *amissus*, prob. Grævio.—4 Lamb. Schutz. Matthiæ et Orell. *Non hunc*, prob. Garaton. Mox  $\chi$  et Barb. *nonne ad mortem*.—5 In Græv. 1. *deest tandem*. Dein Græv. 2. et Franc. *te impedit*: Beier jubet *te deleri*.—6 Pro *Romanorum*, quod Lamb. omittit, H S, Græv. 2. Barb. Pith. Franc. et tres Pariss. atque Ven. 1483. Rom. Brix. Crat. Græv. Lall. habent *reorum*. Mox *irrogatæ* Franc. et Græv. 2.—7 In H et ed. Steph. non legitur *ii*.—8  $\chi$  *At invid*.—9 C *populi Rom*. Tum *referes* C H S  $\chi$ , Barb. Ven. 1483.

## NOTE

<sup>1</sup> *Evocatores*] Is dicitur evocator, qui ad militiam per conquisitores servos advocat, apertis ergastulis, ut iis contra patriam utatur, quos idcirco pilo sen libertate donat: quod seditiosus civibus usitatum legitur.

<sup>2</sup> *Non emissus, sed immissus*] Agnominatio, quæ fit vel literæ diminutione, vel transpositione.

<sup>3</sup> *Mactari*] Mactare verbum est sacrificiorum, cum sacrificatur pro avertendis malis: significat ergo sacrum hominem Catilinam, id est execrabilem, in quem totius urbis ma-

ledicta conjici debent.

<sup>4</sup> *Mosne majorum*] Majores volebant civem interfici sine jussu populi Romani.

<sup>5</sup> *Etiam privati*] Sæpe privati de malis civibus vindictam sumserunt. Sic P. Scipio Nasica Gracchum, novis rebus studentem, interfecit.

<sup>6</sup> *An leges, &c.*] Lex Sempronia tulit ne de civis capite injussu populi judicaretur: qui, indicta causa, civum Rom. animadvertisset, de eo populi quæstio constitueretur.

nulla commendatione majorum, tam mature<sup>c</sup> ad summum imperium per omnes honorum gradus<sup>d</sup> extulit, si propter invidiam,<sup>11</sup> aut alicujus periculi metum, salutem civium tuorum negligis.<sup>12</sup> 29. Sed, si quis est invidiæ metus;<sup>e</sup> num est vehementius<sup>13</sup> severitatis ac fortitudinis<sup>14</sup> invidia, quam inertiae ac nequitiae pertimescenda? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum<sup>15</sup> te non existimas invidiæ incendio conflagraturum? [XII. His ego<sup>16</sup> sanctissimis reipublicæ vocibus, et eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu<sup>17</sup> judicarem, patres conscripti, Catilinam morte mulctari; unius usuram<sup>f</sup> horæ gladiatoris<sup>f</sup> isti ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, et clarissimi cives,<sup>18</sup> Saturnini, et Gracchorum,<sup>g</sup> et Flacci, et<sup>19</sup>

<sup>f</sup> Tempus.

//////////

Crat. Hervag. Cam.—10 Henmann. legi mavult *per se*.—11 Pro *propter invidiam* Matthiæ e conj. Henmanni dedit *invidiæ*.—12 C et  $\psi$  *negliges*.—13 In C H S  $\psi$  *Sed si quis invidiæ metus non est vehem. &c.*  $\chi$  *Sed si quid metus non est vehem. &c.* In Græv. 1. 2. Ms. Franc. Barb. atque edd. Ven. 1480. 1483. Naug. Cam. Manut. *non est vehem.*—14  $\psi$  et Ven. 1480. *sev. aut fort.* Mox  $\psi$  et Barb. *inert. ant neq.* In  $\chi$  *nequitia*. Paulo post, Diomedes 1. 4. p. 386. ed. Putsch. *At cum bello*.—15 In C H S deest *tum*, pro quo  $\psi$  habet *tu*. Dein *extimas*  $\chi$ : *astimas* Franc. Paulo post, C *conflaturum*:  $\chi$  *confligaturum*.

CAP. XII. 16 Gneff. et nonnullæ edd. vett. *His ergo*. Mox *qui hic idem sent.* Barb. *qui hoc sent. idem* Græv. 1. *qui hoc idem sent.* Franc. Erl. Gneff. Mss. Mureti, et Ven. 1480. prob. Gærenz.—17 *Facto* Græv. 1. Dnisb. *factum* Pal. 6. Franc. Mss. Cujac. Ven. 1480. et Orell. *factu ceteri*.—18 Ven. 1480. *si summi et clar. viri*. In Græv. ed. *legebatur si summi et clar. viri cives*: quam tanquam Grævii correctionem repndiarunt Ern. et Morgenstern. At bene Garaton. vidit errorem esse typographicum, atque correxit. Beck.—19 C et  $\psi$  omittunt copulam ante *superiorum*. Pro *complurium* in  $\chi$

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Hominem per te cognitum*] Id est, novum hominem, qui majores tuos illustrasti: in quo majus eluxit populi Romani beneficium in Cicero-nem, pro quo jam invidiam improborum civium timere non debet.

<sup>c</sup> *Tam mature*] Eodem anno quo per ætatem licitum erat consulatum gerere, hunc obtinuit: quod novo homini nunquam ante contigerat.

<sup>d</sup> *Per omnes honorum gradus*] Per quæsturam, ædilitatem, præturam, quos omnes magistratus Cicero ges-

serat cum laude, ad consulatum pervenit.

<sup>e</sup> *Invidiæ metus*] In Tusc. Quæst. l. iv. sic describit invidiam: 'Eam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil nocent invidenti.'

<sup>f</sup> *Gladiatoris*] Gladiator seu sicarius hic dicitur, qui andax est, et assuefactus ad cædem hominum.

<sup>g</sup> *Saturnini, et Gracchorum, &c.*] Vide orat. pro Rabirio.

superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt; certe mihi verendum<sup>20</sup> non erat, ne quid, hoc parricida<sup>h</sup> civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret.<sup>i</sup> Quodsi ea mihi maxime impenderet; <sup>1</sup> tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute<sup>y</sup> partam, gloriam, non invidiam putarem. § 30. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine,<sup>k</sup> qui aut ea, quæ imminent,<sup>2</sup> non videant; aut ea, quæ vident, dissimulent; qui spem Catilinæ<sup>1</sup> mollibus<sup>3</sup> sententiis<sup>m</sup> aluerunt, conjurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritatem secuti multi,<sup>4</sup> non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem,<sup>5</sup> crudeliter et regie factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat<sup>6</sup> conjurationem esse factam, neminem tam improbum, qui non fateatur.<sup>7</sup> Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc<sup>8</sup> reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi<sup>n</sup> posse. Quodsi se ejecerit,<sup>o</sup> se-

<sup>y</sup> Fortitudinc.

//////////

quam plurium. Tum C et S sanguinem. In Franc. non solum non contam.—20 Mss. et edd. ante Græv. cum Oliv. et Lall. certe ver. mihi. Ernesto verbum mihi suspectum est. Tum crit H S ψ. Porro, in Franc. ne quid mihi parr. civ. (omisso mihi post invidiæ), et hoc etiam deest in C H S. Vocab. civium quoque Ernesto suspectum fuit.—1 Quod si ea int. mihi max. Franc. et impendit χ.—2 ψ imminere. Mox χ dissimulant.—3 Ante mollibus H et S addiderunt cum.—4 In ed. Steph. quorum auctoritate multi.—5 C H S ψ animadvertissent. Dein crud. nihil egregie ψ: crud. non egregie C H S χ, Græv. 2. Barb. Franc. Pith. Ven. 1480. 1483. Nang.—6 Steph. quin videat. Tum conj. esse patefactam Franc. conj. patefactum esse quinque Oxonn. Mss. conj. factam

#### NOTÆ

<sup>h</sup> Hoc parricida] Cum patria sit communis omnium parens, fratres cives habendi sunt; quare qui unum interficit, parricida dicendus est. Inde Festus Pompeius ait, quod prisca Latini interfectorem quemlibet, parricidam vocabant.

<sup>i</sup> Redundaret] Translatio a fluminibus, quæ aquis et imbribus redundant.

<sup>k</sup> In hoc ordine] De senatorio or-

dine loquitur.

<sup>1</sup> Qui spem Catilinæ] De occupando consulatu semper cogitaverat Catilina.

<sup>m</sup> Mollibus sententiis] Blandiebantur Catilinæ quidam senatores; dicebant enim fortasse veram non esse conjurationem istam, expectanda esse certiora illius signa.

<sup>n</sup> Reprimi, non comprimi] Quintilianus lib. ix. hoc inter utrumque

cumque suos<sup>9</sup> eduxerit, et eodem ceteros undique collectos naufragos<sup>10</sup> aggregaverit; exstinguetur<sup>11</sup> atque delebitur<sup>9</sup> non modo hæc tam adulta<sup>z</sup> reipublicæ pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.<sup>12</sup> XIII. 31. Etenim jamdiu, patres conscripti, in his periculis conjurationis insidiisque<sup>13</sup> versamur: sed, nescio quo pacto, omnium scelerum ac veteris furoris<sup>r</sup> et audaciæ<sup>14</sup> maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quodsi<sup>15</sup> ex tanto latrocinio<sup>s</sup> iste unus tolletur; videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati:<sup>16</sup> periculum autem residebit, et erit inclusum penitus<sup>17</sup> in venis atque in visceribus reipublicæ. Ut sæpe homines ægri morbo gravi<sup>18</sup> cum æstu febrique<sup>a</sup> jactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevari<sup>b</sup> videntur;<sup>19</sup> deinde multo gravius vehementiusque afflictantur;<sup>c</sup> sic hic morbus, qui est in republica, relevatus<sup>20</sup> istius pœna, vehementius, civibus<sup>d</sup> reliquis,<sup>t</sup> ingravescet. 32. Quare, patres conscripti,<sup>z</sup> sece-

<sup>z</sup> Matura.

<sup>a</sup> Æstuante febrî.

<sup>b</sup> Convalescere.

<sup>c</sup> Ægrotant.

<sup>d</sup> Conjuratis.

esse alii.—7 Ante fateatur  $\chi$  addit hoc.—8 In  $\psi$  deest hanc.—9 Pro suos idem Ms. habet serros. Tum C seduxerit.—10 Naufragos Ernesto suspectum est.—11  $\chi$  extinguetur.—12 Pro omnium  $\chi$ , Græv. 1. 2. et Mss. Mureti habent hominum.

CAP. XIII. 13 H S et insidiis.—14 Barb. audentiæ.—15 Græv. 1. Hic si. Mox pro latrocinio unus Ms. Mureti habet naufragio. Verba iste unus in  $\chi$  omittuntur.—16 Græv. 2. levati.—17 Græv. 1. penitus inclusum. In C deest præpositio ante visceribus.—18  $\chi$  non agnoscit gravi.—19 H S et ed. Vict. prius rel. vid.  $\psi$  primo relevati vid.; denique multo gr. veh. torquentur: et si hic morb. &c.—20 Levabitur Franc. levatus Lamb.—1 Lamb. reliquis viris; et sic edidit Græv. e duobus Mss. civibus reliquis C H S, edd. Rom. Ven. 1483. Med. viris reliquis ceteri. Dein ingravescit  $\chi$ , Græv. 1. 2.—2 Verba patres

## NOTE

verbum discrimen ponit, quod 'reprimi' dicitur ad tempus; 'comprimi' vero, omnino et in perpetuum.

<sup>o</sup> Quodsi se egerit] Id est, sua sponte abierit ad castra Manliana: verbum translatum a naufragiis.

<sup>p</sup> Collectos naufragos] Per naufragos, eos notat, qui per scelera et flagitia quasi in altum navigantes, sua omnia decoxerunt, et quasi, patria amissa, ejecti sunt ad littus.

Egregia translatio.

<sup>q</sup> Exstinguetur atque delebitur] Crebras hic metaphoras affert, qualia sunt ista, pestis, stirps, semen malorum omnium, &c.

<sup>r</sup> Veteris furoris] Jam a duobus annis conceptam hanc conjurationem in suo consulatu dicit irrupisse.

<sup>s</sup> Ex tanto latrocinio] Per latrocinium, conjuratorum et sceleratorum civium turbam intelligit.

dant improbi; secernant se a bonis; unum in locum congregentur; muro denique (id<sup>3</sup> quod sæpe jam dixi) secernantur a nobis; desinant insidiari domi suæ consuli,<sup>4</sup> circumstare tribunal prætoris urbani,<sup>1</sup> obsidere<sup>5</sup> cum gladiis curiam, malleolos<sup>u</sup> et faces ad inflammandam urbem comparare:<sup>6</sup> sit denique inscriptum<sup>7</sup> in fronte<sup>x</sup> uniuscujusque, quid de republica sentiat. Pollicor hoc vobis,<sup>8</sup> patres conscripti, tantam in nobis consulibus<sup>9</sup> fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis<sup>10</sup> virtutem, [p. 104.] tantam in omnibus bonis consensionem,<sup>11</sup> ut Catilinæ profectio omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata<sup>12</sup> esse videatis.

33. Hisce<sup>13</sup> ominibus, Catilina, cum summa reipublicæ salute et cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se<sup>14</sup> tecum omni scelere parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu, Jupiter,<sup>15</sup> qui iisdem, quibus hæc urbs, auspiciis a Romulo es constitutus;<sup>16</sup> quem Statorem hujus urbis<sup>y</sup> atque imperii vere<sup>17</sup>



*conscripti* in C H S  $\chi$ , Duisb. Græv. 1. 2. desunt. Post *bonis* ea collocat Erl. —3 *Id non est* in  $\chi$ . Mox  $\psi$  *discernantur*. Pro *a nobis*  $\psi$  et Græv. 2. *a bonis*. —4  $\chi$  *consulis*. —5 Pro *obsidere* mendose in nonnullis legi *obsistere* Lamb. monet. —6 *Malleolos ad incendendam urbem facesque comp.* Mss. pauci et edd. ante Grut. Post *comparare*  $\chi$  addit *desinant*. —7 Franc. et Ven. 1480. *scriptum*. Tum *in frontem* nonnullæ edd. vett. Pro *uniuscujusque* in Duisb. *cujusque*. Post *uniuscuj.* Mss. pauci, Nang. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Lall. addunt *civis*, quod Grævius cum edd. seqq. delevit: abest etiam a  $\chi$   $\psi$ , exc. Pith. quatuor Mss. Grævii, Mss. Modii (Novant. Epistt. cxiiii.), et edd. vett. plerisque. —8 Græv. 1. et Franc. *Poll. robis hoc*. —9 In Mss. Lambini deest *consulibus*. —10  $\chi$  *Romanis* omittit. —11 C *conscisionem*. —12 Græv. 2. *indicata*.  $\chi$  non habet *esse*. —13 Pro *Hisce* Græv. 1. et edd. nonn. *His*; et pro *ominibus* C H S et Græv. 1. *omnibus*. Mox *summa* in quibusdam libh. vett. deest, teste Mureto. Lamb. habet *summæ*. Tum C *rep.* omittit *salute et*. In H verba *reip. salute et* desunt. S habet *reipublicæ et*, omisso *salute*. —14  $\chi$  non habet *se*. Pro *omni in  $\psi$  omnium*, et pro *junxerunt* idem Ms. *vixerunt*. —15  $\chi$  *Tu vero Jup.* H et S omittunt *qui*. Pro *iisdem* C H  $\chi$  habent *hisdem*. In Erl. desunt verba *qui iisdem quibus*. Post *urbs*  $\chi$  addit *est*. —16 Pro *es const.* Erl. habet *est*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Prætoris urbani*] L. Valerius Flaccus tunc erat prætor urbanus, pro quo Cicero peroravit.

<sup>u</sup> *Malleolos*] Malleoli sunt jaculares ignes ad incendendas hostium munitiones comparati, sparto et pice con-

flati.

<sup>x</sup> *Inscriptum in fronte*] Videatur in frontibus cujusque, quid sentiat: frons enim sic dicta est, quod præ se ferat animi affectiones.

<sup>y</sup> *Quem Statorem hujus urbis*] Jupi-



nominamus; hunc et hujus socios a tuis aris<sup>18</sup> <sup>z</sup> ceterisque templis, a tectis urbis ac mœnibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis:<sup>e</sup> et omnes<sup>19</sup> inimicos honorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se ac nefaria societate conjunctos, æternis suppliciis vivos mortuosque mactabis.<sup>20</sup>

<sup>e</sup> *Repelles.*

//////////

*condita; C H est constitutus; S est constituta.*—17 In  $\chi$  deest *vere*.—18 Pro *aris*, quod abest ab ed. Steph. *sacris* habet Frauc. Pro *a* ante *tectis* C H S habent *ac*; Matthiæ *et*. Pro *ac* ante *mœnibus*  $\chi$  habet *a*.—19 Pro *omnes* sex Mss. et edd. Naug. Hervag. Cam. exhibent *homines*.—20 Post *mactabis* in S ascribitur *Finis*.

#### NOTE

ter *Stator*, per quem stat hæc urbs      <sup>z</sup> *Aris*] *Aras*, pro templis, sive partem pro toto, posuit.  
et imperium. Vide superius.

M. TULLII CICERONIS  
IN L. CATILINAM  
SECUNDA,  
AD QUIRITES.<sup>1</sup>  
ORATIO XX.

---

---

I. I. **TANDEM**<sup>a</sup> aliquando, Quirites,<sup>2</sup> L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem,<sup>b</sup> pestem patriæ nefarie<sup>3</sup> molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque<sup>4</sup> minitantem, ex urbe vel eiecimus,<sup>c</sup> vel emisimus,<sup>d</sup> vel ipsum egredientem verbis<sup>5</sup> prosecuti sumus.<sup>e</sup> Abiit, exces-

<sup>a</sup> *Cædem et incendium.*

//////////

1 In Ms. Pith. hæc Oratio inscribitur, *M. Tullii Invectio II. incipit feliciter.*

CAP. I. 2 Franc. *Tandem o Quir.* Prænomen ante *Catil.* in CHS et  $\chi$  I omittitur.—3  $\chi$  I et  $\psi$  *nefuriam.*—4 Gembl. Ms. Vict. et ed. Naug. *ferro flammaque.* Tum *minantem*  $\chi$  I,  $\psi$  et Duisb.—5 Pro *verbis* Mss. nonnulli et edd. Ven. 1483. Crat. Med. Ald. Vict. Manut. Lamb. habent *urbe.* Heu-

NOTE

<sup>a</sup> *Tandem*] Particula est tarditatem significans, cum aliquid tardius dicitur, quod jam factum esse oportuit.

<sup>b</sup> *Scelus anhelantem*] Scelus anhelat Catilina, quia cupit conjurationem suam per scelera perficere, et omnes perdere.

<sup>c</sup> *Eiecimus*] Ejecitur Catilina im-

perio consulis, et minis resistere non potuit, quem opprimere volebat.

<sup>d</sup> *Vel emisimus*] Emittitur, quia jam fugam suam meditans exire permittitur.

<sup>e</sup> *Egredientem verbis prosecuti sumus*] Nulla vi adhibita volens exivit, cum nihil haberet optatus, quam ut esset in Manlii castris.

sit, evasit, erupit.<sup>6 f</sup> Nulla jam perniciēs a monstro illo<sup>g</sup> atque prodigio mœnibus<sup>7</sup> ipsis intra mœnia comparabitur. Atque hunc quidem unum hujus belli domestici ducem<sup>8</sup> sine controversia<sup>b</sup> vicimus. Non enim<sup>9</sup> jam inter latera nostra sica illa<sup>b</sup> versabitur: non in Campo,<sup>10 i</sup> non in foro,<sup>k</sup> non in curia,<sup>l</sup> non denique<sup>11</sup> intra domesticos parietes<sup>m</sup> pertimescemus. Loco ille motus<sup>12 n</sup> est, cum est ex urbe depulsus: palam jam cum hoste, nullo impediēte, bellum justum<sup>o</sup> geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque<sup>13</sup> vicimus, cum illum ex occultis insidiis<sup>p</sup> in

<sup>b</sup> *Dubio.*



mann. scribi jubet *ultra*.—6 Græv. 1. 2. *erupit, evasit*.—7 Pro *mœnibus* C habet *hominibus*. Mox *comparabatur* χ 1: *comparatur* Græv. 2. et Pith.—8 Schütz. e Ms. Erl. dedit *hujus belli ducem domest.* Vocab. *hujus* abest a nonn. libris vet., teste Mureto. In Franc. legitur, *hujus quidem belli domest. unum ducem*.—9 Muretus enim suorum librorum auctoritate deleri jussit, eique Manut. et Matthiæ obsecanti sunt. Mox Pith. *intra latera*.—10 Lamb. *non eum in campo*.—11 Pro *denique* ψ habet enim. Tum H S et χ 1, *inter dom. par.* Pro *pertimescemus* Ms. Lagomars. habet *perhorrescemus*, prob. Niebuhr. Fragm. Cic. p. 80.—12 Ms. Grævii *demotus*. Mox *expulsus* χ 1. et Græv. 1. *cum ex urbe est dep.* e Ms. Franc. recepit Græv. *Jam post Palam* non est in ψ. Tum *in hostem, nullo imped., bell. just. gerimus* χ 1. *nullo imped. cum hoste*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Abiit, excessit, evasit, erupit*] Verborum congregatione crescit velut per gradus oratio. Abiit et excessit ejectus; evasit emissus, quasi ex loco ubi non erat in tuto; erupit ita coactus, ut, cum impetu quodam et alacritate animi gestientis ad Manlium abiret.

<sup>g</sup> *A monstro illo*] Monstrum seu montrosum civem appellat, qui cum natura esset homo, et ortu civis Romanus, bellina erat animo, et revera hostis patriæ, et parricida, ut dixit superiori oratione. Talis figura vocatur hypallage.

<sup>b</sup> *Sica illa*] De hac superiori oratione, § 16. not.

<sup>i</sup> *In Campo*] In Campum Martium in consularibus comitiis venit lorica tectus Cicero, quia sibi a Catilina timebat.

<sup>k</sup> *In foro*] Catilina præsentē, non tuto exerceri judicia et quæstiones potuerunt.

<sup>l</sup> *In curia*] Cum ipso veniente vacua subsellia facta sunt, nemoque ei assidere voluit.

<sup>m</sup> *Intra domesticos parietes*] Intra domesticos parietes voluit consulem Ciceronem interficere in lectulo, præmissis ad cædem duobus sicariis.

<sup>n</sup> *Loco motus*] Metaphora a bello, ubi hostis, loco motus, facilius superatur.

<sup>o</sup> *Bellum justum*] Bellum justum cum hoste et patriæ proditore Catilina geretur.

<sup>p</sup> *Ex occultis insidiis*] Nocturno tempore de sua prodicione agebat cum conjuratis, quorum consilia Cicero in lucem protulit.

apertum latrocinium coniecimus. 2. Quod vero<sup>14</sup> non cruentum mucronem,<sup>9</sup> ut voluit, extulit, quod vivis nobis<sup>r</sup> egressus est, quod ei<sup>15</sup> ferrum de manibus extorsimus, quod incolomes cives,<sup>16</sup> quod stantem urbem<sup>s</sup> reliquit;<sup>17</sup> quanto tandem illum mœrore afflictum esse et profligatum putatis? Jacet ille nunc<sup>18</sup> prostratus, Quirites, et se percussum<sup>t</sup> atque abjectum esse sentit, et retorquet oculos profecto sæpe<sup>19</sup> ad hanc urbem; quam ex suis faucibus<sup>20 u</sup> ereptam esse luget; quæ quidem lætari mihi videtur,<sup>t</sup> quod tantam pestem evomuerit,<sup>s</sup> forasque projecerit.

II. 3. At si quis<sup>2</sup> est talis, quales esse omnes oportebat,<sup>y</sup> qui in hoc ipso, in<sup>3</sup> quo exultat et triumphat oratio<sup>z</sup> mea, me vehementer accuset, quod tam capitalem hostem non comprehenderim<sup>4</sup> potius quam emiserim; [*p.* 105.] non est ista<sup>5</sup> mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemtum<sup>6</sup> esse L. Catilinam, et gravissimo supplicio affectum



*bell. istud gerimus.*—13 H S et  $\chi$  1. *magnifice*, sine copula.—14  $\chi$  1. *Qui vero.*—15 Ven. 1480. *quodque ei.* Dein Græv. e duobus Mss. recepit *extors. e manibus.* In C, Duisb. Barb. duobus Mss. Lambini, Ven. 1480. *e manibus extors.* et sic edidit Lall.—16 *Pro cives* in  $\chi$  1. legitur *duces.* Nonnulli omittunt *quod* ante *stantem*, prob. Henmanno.—17  $\chi$  1. *relinquit.* Paulo post, in C H S deest *tandem.* Tum Græv. e Franc. dedit *mœrore illum.* In Græv. et Franc. deest *esse*, prob. Garaton.—18 *Pro nunc*  $\psi$  habet *prorsus.* Dein *prostratusque est* Græv. 1. Franc. Duisb. Barb. Ms. Ursini, Mss. Paris. ed. Ven. 1480. Græv. et Lall. qui vocem *Quirites* delevit. *Pro percussum* in  $\psi$  *percussum.*—19 Franc. *sæpe profecto.*—20  $\psi$  et Ven. 1480. *a suis fauc.* alii *e suis fauc.*—1 Franc. *mihi læt. vid.* Ms. Mureti *læt. eminus vid.*

CAP. II. 2  $\chi$  1. et Græv. 1. *Ac si quis.*—3 C H S et Græv. 1. omittunt præpositionem ante *quo.* Post *triumphat*  $\psi$  addit *ut ne.* In Franc. legitur *triumphat oratio mea lætatur.* Tum *me veh. accusat*  $\chi$  1. *veh. me accusabit* Franc.—4  $\chi$  1. *deprehenderim.*—5 In Græv. 2. deest *ista.* In C H S et Græv. 1. non legitur *Quirites.* Franc. habet *o Quirites.*—6 Mss. plerique, Ven.

#### NOTÆ

<sup>9</sup> *Non cruentum mucronem*] Indicat se non interfectum fuisse a Catilina, ut habebat in animo.

<sup>r</sup> *Vivis nobis*] Dixerat in Leccæ domo se non prius ad exercitum profecturum, quam Ciceronem interfecisset.

<sup>s</sup> *Quod stantem urbem*] Urbem ferro et flamma perdere statuerat.

<sup>t</sup> *Percussum*] Percellere est ad humum dejicere.

<sup>u</sup> *Suis faucibus*] Metaphora a bellis immanibus.

<sup>y</sup> *Evomuerit*] Metaphora ab ægrotis, qui sæpe vomitu recreantur.

<sup>z</sup> *Quales esse omnes oportebat*] Omnes interficiendum esse Catilinam debebant judicare.

<sup>z</sup> *Triumphat oratio*] Metaphora a triumphis, in quibus omnes lætantur, hoste devicto.

jam pridem oportebat; idque<sup>7</sup> a me et mos majorum, et hujus imperii severitas,<sup>8 a</sup> et respublica postulabat. Sed quam multos<sup>b</sup> fuisse putatis, qui, quæ ego<sup>9</sup> deferrem, non crederent? quam multos, qui propter stultitiam<sup>c</sup> non putarent? quam multos, qui etiam defenderent?<sup>10</sup> quam multos, qui propter improbitatem faverent? Ac si, sublato illo,<sup>11</sup> depelli a vobis omne periculum judicarem; jam pridem ego L. Catilinam<sup>12</sup> non modo invidiæ meæ, verum etiam vitæ periculo sustulissem. 4. Sed cum viderem, ne vobis<sup>13</sup> quidem omnibus<sup>c</sup> re etiam tum probata, si illum, ut erat meritis, morte mulctassem, fore, ut ejus socios<sup>14</sup> invidia oppressus persequi non possem; rem huc<sup>15</sup> deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis. Quem quidem ego hostem, Quirites, quam vehementer<sup>16</sup> foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quod<sup>17</sup>

<sup>c</sup> *Simplicitatem.*

//////////

1480. 1483. Græv. *Interfectum.*—7 C H S χ 3. et ed. Vict. *id sine copula.*—S Pithæus conj. *securitas.* Pro *respublica* H et Franc. *reip.*—9 In Franc. deest *ego.* Mox, ψ *credent.* ‘Omittunt verba *quam multos . . . putarent* χ 1. Steph. *eaque sine causa suspecta erant censori Jencensi.* Orell.—10 χ 3. *etiam qui non def.*—11 C et ψ *At si;* et Græv. 1. 2. cum ed. Lamb. *illo sublato.* Tum χ 3. *dep. a vobis.* In Franc. *a vobis omne peric. depelli.*—12 Post *Catil.* χ 1. addit *parentem.* Dein Lamb. *invidia mea.*—13 χ 3. *neque vobis.* *Quidem* in χ 1. et *tum* in C H S deest. Græv. 2. habet *re quidem ne vobis omn. etiam tum prob.* Franc. *ne vobis quidem omn. re nondum prob.* Barb. *ne vobis quidem omn. etiam re nondum prob.* Lamb. *re ne vobis quidem omn. etiam tum prob.*—14 χ 1. *ut eos socios.*—15 Pro *huc* χ 3. habet *postquam.* Tum *adduxi* Barb. Pro *tum* in C *cum.*—16 Græv. 1. *Quir., qui veh.*—17 C H S χ 1. ψ,

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hujus imperii severitas*] Tanta autem fuit severitas consularis imperii, ut eo ipso die quo decretum fuerat a senatu, ut viderent consules ne quid detrimenti caperet respub. interemti sint C. Gracchus, M. Fulvius, L. Saturninus, seditiosi cives.

<sup>b</sup> *Sed quam multos*] Multi non credebant Ciceroni, cum de illa conjuratione referret: 1. Quia putabant eum inimicum Catilinæ, quia competitorum eum habuerat in petendo consulatu. 2. Quia alii pericula non prospiciebant imminencia. 3. Quia

multi Catilinæ favebant, quare illa pericula dissimulabant. Unde multi Ciceronem crudelitatis accusassent, si eum interfecisset.

<sup>c</sup> *Ne vobis quidem omnibus*] Id est, sed cum viderem ex vobis omnibus non paucos qui non crederent, tota conjuratione patefacta; si illum interficerem, ut meritis erat, fore ut non possem persequi alios ejusdem conjurationis participes, propter invidiam quæ mihi subeunda erat, et cui mihi fuisset cedendum.

illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus<sup>d</sup> exierit. Utinam ille omnes secum suas copias eduxisset! Tongilium<sup>18</sup> mihi eduxit,<sup>e</sup> quem amare<sup>19</sup> in prætexta<sup>f</sup> calumnia cœperat; Publicium et Munatium, quorum æs alienum<sup>g</sup> contractum in popina<sup>20</sup> nullum reipublicæ motum<sup>1</sup> afferre poterat: reliquit, quos viros!<sup>h</sup> quanto alieno ære!<sup>2</sup> quam valentes! quam nobiles! III. 5. Itaque ego illum exercitum,<sup>i</sup> et Gallicanis legionibus,<sup>3</sup><sup>k</sup> et hoc delectu,

Græv. 1. qui. In  $\chi$  3. et Græv. 1. deest *illud*. Græv. 2. habet *qui etiam illud*: Pith. *qui et illud*: Duisb. *quia illud etiam*.—18  $\chi$  3. *duxisset*; et Pith. *Longilium*; Bard. *Tongilum*:  $\chi$  1.  $\psi$ , Mss. Mureti, Lambini, et Grævii, atque Ven. 1480. Græv. Beck. Weiskc, Schutz. et Orell. *Tongilium*. Ceteri *Tongillum*. Ursinus coniecit *Longinum*, qui inter conjuratos ap. Sallust. Paulo post, *reduxit* C H S.—19 *Pro amare* Buhierius mavult legi *infamare*. *Pro calumnia* Pal. 6. habet *salumpnia*. In marg. Barb. est, ‘al. *Calvinia*.’ Withofius et Beierus coniecerunt *catamitum*. Vocem *calumnia*, ut spuriam, deleverunt Maunt. Lamb. Schutz. Matthiæ. Orell. ut corruptam notavit. Vid. Nott. Varr. Tum  $\chi$  3. *Pubicium*. Porro *Minatium* C H  $\psi$ , Græv. 2. *Minucium* Ven. 1483. *Minutium*  $\chi$  1. *Minucium* Franc. *Minutium* Pith. *Municipium* Duisb. *Minicium* Barb. *Munacium* S et Ven. 1480.—20 *In popinam*  $\psi$ : *in popinam* H S,  $\chi$  3. Barb. et edd. ante Lamb. cum Schutz. et Orell.—1  $\psi$ , Franc. Ven. 1480. Hervag. Lamb. *metum*. Tum  $\chi$  3. *afferre potuit*: *relinquit*.—2 Lamb. *alieno ære obstrictos*. Post *valentes*  $\chi$  3. addit *sint*. In Ms. Barb. *quam val. et quam nob.* Post *nobiles*  $\chi$  3.  $\psi$ , et edd. pleræque ante Græv. inserunt verba *vos videtis*.

CAP. III. 3 *Pro Gall. leg.* Ms. Lamb. unde *præ Gall. leg.* dederunt Lamb.

## NOTE

<sup>d</sup> *Parum comitatus*] Trecenti duntaxat satellites eum ad Manlii castra secuti sunt.

<sup>e</sup> *Tongilium mihi eduxit*] Ista vox ‘mihi’ ad sensum nihil, sed plurimum ad orationis venustatem facit: quæ dicendi ratio satis Ciceroni familiaris est. Tongilus, Publicius, et Munatius, abjecti homines, secuti sunt Catilinam; nobiles cum illo conjurati in urbe remanserunt.

<sup>f</sup> *In prætexta*] Pueri prætexta utebantur ad annum ætatis 17.

<sup>g</sup> *Æs alienum*] Mutuam acceperat a Publicio et Munatio pecuniam, sed eam Catilina in popina et ganeis consumsit. Nota autem, quod subauditur iterum eduxit Publicium et Munatium. Quare ex ea pecunia nihil mali reipub. impendere potest.

<sup>h</sup> *Reliquit, quos viros*] Ostendit longe magis esse ab eis pertimescendum, quos in civitate reliquit: quia nobiles sunt, quia ære alieno gravantur, et prompti manu sunt et audaces. Putat hic aliquid omissum esse Muræti: crediderim vero enumerationem bonorum civium desiderari, qui opponere se Catilini possunt: quod ex sequenti oratione facile cognoscitur, ubi comparat utrumque exercitum.

<sup>i</sup> *Itaque ego illum exercitum*] Ostendit contemnendum esse exercitum Catilinæ: 1. Quia resp. habet in suo legiones Gallicas, quas quotidie comparat. 2. Delectum quem Metellus habuit in Piceno agro et Gallico. 3. Copias quæ quotidie colliguntur per Italiam.

quem in agro Piceno<sup>1</sup> et Gallico<sup>m</sup> Q. Metellus habuit, et his copiis<sup>4</sup> quæ a nobis<sup>n</sup> quotidie comparantur, magnopere contemno,<sup>d</sup> collectum ex senibus desperatis,<sup>o</sup> ex<sup>s</sup> agresti luxuria,<sup>e</sup> ex rusticis decoctoribus,<sup>p</sup> ex iis qui vadimonia deserere,<sup>q</sup> quam illum exercitum, maluerunt;<sup>6</sup> quibus ego non modo si aciem<sup>f</sup> exercitus nostri, verum etiam si edictum<sup>7</sup> prætoris<sup>r</sup> ostendero, concident.<sup>5</sup> Hos, quos video volitare in foro,<sup>t</sup> quos stare ad curiam,<sup>8</sup> quos etiam in senatum venire,<sup>x</sup> qui nitent unguentis,<sup>y</sup> qui fulgent pur-

<sup>d</sup> *Nihil metuo.*

<sup>e</sup> *Agestibus luxuriosis.*

<sup>f</sup> *Arma.*

//////////

Oliv. Lall. *ex Gall. leg.* Mss. plerique et edd. aliæ ante Grut. qui e conj. Mureti dedit *et Gall. leg.* sicque edd. seqq. Mox *et cum hoc del.* C H S, Ven. 1483. Crat. Cam.—4 *Ex his cop.* H S,  $\chi$  1.  $\chi$  3. Mss. Mureti, edd. Ven. 1483. Crat. Cam. *et ex his cop.* C, Duisb. In Pal. 6. desunt verba *et his cop. . . comparantur.* Pro his  $\chi$  1. suis, et pro *comparantur*  $\chi$  3. *separantur.*—5 C H S omittunt præpositionem ante *agresti.* Mox *ex rusticis mendiculis, ex decoct.* H S  $\chi$  1. Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. *et rust. mediculis, ex decoct.* C: *ex rust. mendiculis et decoct.* Lamb. In Mss. plerisque desunt verba *mendiculis et.* Pro *mendiculis* Camerarius scribi maluit *mediastinis*; et pro *decoctoribus* in  $\psi$  et Franc. *doctoribus.* Heumannus verba *ex rust. decoct.* spuria censet. Vulg. ut Ern.—6  $\chi$  3. *maluerint.*—7  $\chi$  1. *adjectum.* Tm pro *concidit*  $\psi$  *occident.*—8 *In curia* H: *in curiam* Græv. 1. In  $\chi$  1. deest *etiam.* Pro *in senatu* C habet

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Et Gallicanis legionibus*] Legunt aliqui *præ.* Illæ vero sunt legiones, quæ in Gallia Transalpina comparatæ sunt, ubi tum erant Boii.

<sup>1</sup> *Agro Piceno*] Picenum agrum vulgo nominant Marchiam Anconitanam, ab urbe Ancona.

<sup>m</sup> *Et Gallico*] Ager Gallicus is est, quam Lombardiam vulgo dicimus.

<sup>n</sup> *Et his copiis quæ a nobis*] Decretum fuerat a senatu, ut delectum haberent consules.

<sup>o</sup> *Senibus desperatis*] Desperati senes sunt, a quibus nihil sperari potest propter debilem ætatem quam luxus et voluptas corrumpit.

<sup>p</sup> *Decoctoribus*] Decoctores ii dicuntur, qui in libidinibus et ganeis patrimonia consumunt.

<sup>q</sup> *Vadimonia deserere*] Vadimonium sponsio est sistendi se, comparendique in iudicio: qui porro vadimo-

nium deserebat, infamis habebatur, et in ejus bona creditores a prætore mittebantur.

<sup>r</sup> *Edictum prætoris*] Ex edicto prætoris cognoscent se periclitari de fortunis omnibus amittendis ob deserta a se vadimonia.

<sup>s</sup> *Concident*] Id est, metu perterriti animum amittent.

<sup>t</sup> *Volitare in foro*] Hic volitare in foro intelliguntur, qui nihil aliud cogitant, quam ut acquirant pecuniam, quam in popinis consumunt.

<sup>u</sup> *Stare ad curiam*] Stant videlicet, ut cognoscant quid agatur novi.

<sup>x</sup> *In senatum venire*] Senatores undecim inter conjuratos reperti sunt.

<sup>y</sup> *Nitent unguentis*] Parabant sibi certa medicamenta ad leniendam cutem, et faciem cohonestandam, quæ ab eis unguenta nominabantur.

pura,<sup>2</sup> malle<sup>m</sup> secum<sup>9</sup> suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote, non tam exercitum illum esse nobis,<sup>10</sup> quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos. Atque hoc etiam<sup>11</sup> sunt timendi magis, quod, quid cogitent, me scire sentiunt, neque tamen permoventur. 6. Video, cui Apulia<sup>8</sup> sit attributa,<sup>5</sup> qui<sup>13</sup> habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum,<sup>14</sup> qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendi<sup>o</sup>rum depoposcerit: omnia superioris noctis<sup>b</sup> consilia ad me delata esse sentiunt:<sup>15</sup> patefeci in senatu hesterno die. Catilina ipse pertimuit; profugit: hi<sup>c</sup> quid expectant? Næ<sup>16</sup> illi vehementer errant, si<sup>17</sup> illam meam pristinam lenitatem perpetuam<sup>d</sup> sperant futuram.

IV. Quod expectavi,<sup>e</sup> jam sum assecutus, ut vos<sup>18</sup> omnes

<sup>5</sup> Assignata.

//////////

*stare*; S stare cum spatio; χ 3. *senatu*.—9 Pro *secum* χ 3. habet *esse*. Ante *militēs* H S et χ 3. addunt *viros*. Dein C *eduxissent*. Pro *quī* C H S habent *quod*.—10 χ 1. *vobis*. Mox C *qui exerc. illum des.*—11 Pro *hoc etiam* C habet *etiam hi*; χ 3. *etiam propter hoc*; ψ *hæc etiam*. Pro *timendi magis* in C *mihī timendi*; in ψ *timenda magis*. Dein *quod quī cog.* C H S et χ 3.—12 Barb. Ven. 1480. et Lamb. *cui sit Apulia attr.*—13 C, χ 1. ψ, Græv. 1. 2. Franc. Duisb. Pitth. Barb. Ven. 1480. hoc loco, et duobus sequentibus, *quis*. Tum Ven. 1480. et Ven. 1483. *habet*.—14 C *Galliam*. In χ 3. deest *sibi*.—15 *Ad me sentiunt esse delata* Græv. 1. *ad me sentio esse delata* Franc. *ad me sentiunt esse perlata* Græv. *ad me delata esse sentiunt* χ 1. ψ, Ven. 1480. Ern. et edd. seqq. præter Matth. qui cum ceteris dedit *ad me perlata esse sentiunt*. In H S et χ 3. deest *esse*. Ante *patefeci* Ern. conjicit *excidisse quæ*. Mox, post *senatu* Græv. 1. plene interpungit, et verba *Hesterno die* adjungit sequentibus. In H, Ven. 1480. 1483. Naug. *hesterna die*: C et χ 1. *externa die*.—16 *Næ* Mss. nonnulli: *nonne* C H S ψ, Ven. 1480. 1483.—17 Pro *si* χ 1. habet *quī*. In eodem Ms. deest *etiam*. Pro *lenitatem* χ 3. habet *sanitatem*; et pro *sperant* Franc. et Barb. *expectant*.

#### NOTÆ

<sup>2</sup> *Fulgent purpura*] Solis senatoribus purpurea tunica uti fas fuit.

<sup>3</sup> *Cui Apulia*] Catilina distribuerat urbis partes et provincias, Apuliam C. Julio, Etruriam Manlio, agrum Picenum Septimio.

<sup>b</sup> *Superioris noctis*] Non ait ultimam superiorem, sed illam noctem quæ superiorem illam antecessit: quod probant verba quæ proxime sequuntur, 'patefeci hesterno die.'

<sup>c</sup> *Hi*] Conjuratos indicat, qui in urbe remanserunt.

<sup>d</sup> *Lenitatem perpetuam*] Cum vehemens et grave senatusconsultum contra conjuratos habuisset, tamen usus est erga Catilinam lenitate, ei fugam suadendo, non ipsum interficiendo.

<sup>e</sup> *Quod expectavi*] Expectabat ut fugeret, et sic omnibus pateret conjuratio.



factam esse aperte conjurationem contra rempublicam videretis; nisi vero si quis est,<sup>h</sup> qui Catilinæ similes cum Catilina<sup>19</sup> sentire non putet.<sup>20</sup> Non est jam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere.<sup>1 f</sup> Demonstrabo iter: Aurelia Via<sup>2 g</sup> profectus est: si accelerare volent, ad vesperam<sup>3</sup> consequentur. 7. O fortunatam rempublicam, si quidem hanc sentinam<sup>4</sup> hujus urbis ejecerit! Uno, mehercule, Catilina exhausto, relevata<sup>5</sup> mihi et recreata<sup>h</sup> respublica videtur. Quid enim<sup>6</sup> mali aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod non ille conceperit? <sup>i</sup> [p. 106.] quis tota Italia veneficus,<sup>17</sup> quis gladiator,<sup>k</sup> quis latro, quis sicarius, quis parricida,<sup>1</sup> quis testamentorum subjector,<sup>8 m</sup> quis circumscriptor,<sup>k n</sup> quis ganeo,<sup>o</sup> quis nepos,<sup>p</sup> quis adulter, quæ mulier infamis, quis

<sup>h</sup> Nisi quis est.

<sup>i</sup> Commiserit.

<sup>k</sup> Deceptor.



CAP. IV. 18 χ 1. nos. Tum Franc. omittit aperte.—19 Pro cum Catilina χ 3. habet contra. In ψ deest præpositio.—20 ψ pudet. Dein C H S Non jam, omisso est. Paulo post, levitatis ψ: lenitatis C S χ 3. et Franc.—1 Franc. Catilinam desiderio sui tabesc. unde Græv. edidit, Catilinam desiderio sui miserum tab. Pro tabescere in Græv. 2. et Colon. tepescere.—2 In χ 1. et ed. Vict. deest Via. Græv. 2. habet Aureliam viam.—3 Manut. et Lamb. ad vesperum.—4 χ 3. hanc sententiam. In χ 1. deest hujus.—5 χ 1. exhausto; et Græv. 2. levata.—6 χ 1. Quod enim. Mox cogitari C H S χ 1. et poterit ψ.—7 χ 3. in-

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Tabescere*] Metaphora a tabidis, qui dum plithisi consumuntur, proprie dicuntur tabescere.

<sup>g</sup> *Aurelia Via*] Vide primam orat. § 24. not.

<sup>h</sup> *Relevata mihi et recreata*] Hæret in sentinæ metaphora, qua navis premitur; quæ cum exhaustur, recreatur.

<sup>1</sup> *Veneficus*] Qui veneno homines tollit, veneficus dicitur.

<sup>k</sup> *Gladiator*] Gladiator exhibet pugnæ simulacrum, et alios gladiatoriam docet.

<sup>1</sup> *Parricida*] Non hic sumitur parricida pro eo qui patrem interfecit, sed qui adolescentes inducit ad in-

terficiendos parentes.

<sup>m</sup> *Testamentorum subjector*] Subjector testamentorum est sive testamentarius, qui pro veris falsa testamenta subjicit.

<sup>n</sup> *Circumscriptor*] Circumscriptor dicitur, qui inducendi aut circumveniendi homines artem docet.

<sup>o</sup> *Quis ganeo*] Ganeo, a ganeis dicitur. Ganeæ vero loca sunt rei viuarie et libidinibus apta.

<sup>p</sup> *Quis nepos*] Nepos luxuriosus et prodigus est, qui abligurriendo patrimonium dissipat. Vide Sallustium, a quo enumerantur omnes flagitiosi quos socios habebat.

corruptor juventutis, quis perditus inveniri potest,<sup>9</sup> qui se cum Catilina non familiarissime vixisse fateatur? <sup>10</sup> Quæ cædes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? <sup>11</sup> 8. Jam vero quæ <sup>9</sup> tanta in ullo unquam homine juventutis illecebra fuit, quanta in illo? <sup>12</sup> qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori flagitiosissime serviebat, aliis fructum libidinum, aliis <sup>13</sup> mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adjuvando, pollicebatur. Nunc vero quam subito, non solum ex urbe, verum etiam ex agris, ingentem numerum perditorum hominum collegerat! Nemo, non modo Romæ, sed nec ullo in angulo <sup>14</sup> totius Italiæ, oppressus ære alieno fuit, quem non <sup>15</sup> ad hoc incredibile sceleris fœdus asciverit. v. 9. Atque ut ejus diversa <sup>16</sup> studia in dissimili ratione perspicere possitis; nemo est in ludo gladiatorio <sup>17</sup> paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse <sup>18</sup> fateatur; nemo in scena <sup>19</sup> levior <sup>5</sup> et nequior, qui se non ejusdem prope sodalem <sup>1</sup> fuisse commemoret. Atque idem tamen, stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus, <sup>20</sup> frigore, et fame, et siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab istis <sup>u</sup> prædicabatur, <sup>1</sup> cum industriæ subsidia, <sup>x</sup> atque in-



*ceperit*: Franc. *ceperit*.—8  $\chi$  1. *subversor*.—9 Verba *quis corruptus, quis perdit. inv. potest* in  $\chi$  1. desunt.—10 Barb. *quam fam. vix. non fateatur*.—11 Idem Ms. *nisi per illum*.—12  $\psi$  *in illum*.—13 Heumannus mavult *aliis ante mortem deleri*.—14 *Sed ne ullo in ang.* C H S  $\chi$  1.  $\chi$  3. Barb. Hittorp. Fabric. Pall. Ven. 1483. Crat. Steph. *sed ne in ullo ang.* Græv. 1. *sed nec vel in ullo ang.* Franc. *sed ullo in ang.* Hervag. Cam.—15 Pro non  $\chi$  3. habet *revv.* Tum *incredibile scelus asciv.* Barb. *incredibile fœdus sceleris asciv.* edidit Græv. *incredibilis sceleris fœdus asciv.* Heumann. In  $\psi$  legitur *acciverit*.

CAP. V. 16  $\chi$  3. *adversa*.—17  $\psi$  *gladiatorum*.—18 Ms. Lamb. et Ven. 1480. omittunt *esse*. In Barb. *intimum esse Catil.*—19 Lambinus in optimis et antiquiss. codd. et lapidiis scribi *scæna* docet. Ante *nequior*  $\chi$  1. addit *nemo*.—20 Græv. 2. *assuetus*. Dein Muret. et Lamb. *frigori et fami.* Pro *ac ante vigiliis* Græv. 2. et Lamb. habent *et*.—1 *Ab istis his suis sociis præd.* C H: *ab*

## NOTE

<sup>9</sup> *Jam vero quæ*] Enumerat omnia vitia, quæ singularia fuerunt in Catilina.

<sup>17</sup> *In ludo gladiatorio*] Ludus gladiatorius, ubi se exercent gladiatores.

<sup>5</sup> *Levior*] Gellius dicit hoc verbum non differre a 'nepote,' et 'nequam.'

<sup>1</sup> *Sodalem*] Sodalis hic dici videtur pro socio in rebus levioribus et voluptuariis.

<sup>u</sup> *Fortis ub istis*] Interdum abusione nomina commutantur, ita ut fortis, audax; crudelis, severus vocetur.

strumenta<sup>2</sup> virtutis,<sup>1</sup> in libidine audaciaque<sup>3</sup> consumerentur. 10. Hunc vero si sui fuerint comites secuti;<sup>3</sup> si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges; o nos beatos, o rempublicam fortunatam, o præclaram laudem consulatus mei! Non enim jam sunt mediocres hominum libidines, non humanæ ac tolerandæ audaciæ: <sup>4</sup> nihil cogitant, nisi cædes,<sup>5</sup> nisi incendia, nisi rapinas. Patrimonia sua profuderunt: fortunas suas abligurrierunt:<sup>6</sup> <sup>z</sup> res eos jampridem, fides deficere<sup>a</sup> nuper<sup>7</sup> cœpit: eadem tamen illa, quæ erat in abundantia, libido permanet.<sup>b</sup> Quodsi in vino<sup>8</sup> et alea comissiones<sup>9</sup> <sup>c</sup> solum et scorta quærent; essent illi quidem desperandi, sed tamen essent

<sup>1</sup> Fortitudinis.



his ipsis suis sociis præd.  $\chi$  3: ab istis suis sociis præd.  $\psi$ : ab istis ipsis præd. Barb. ab ipsis præd. Pith. ab iis istis suis sociis præd. Ven. Crat. Vict. Manut. a suis præd. Lamb. Ceteri ut Ern. In  $\chi$  1. prædicabitur.—2 Pro instrumenta  $\chi$  1. habet argumenta. Mox consumerent omnes Mss. et edd. præter  $\chi$  1. ed. Rom. Jenson. Ven. 1483. Crat. Grut. Hennann. qui habent consumerentur.—3 Si comites erunt sui secuti Duisb. fuerint si sui com. secuti Ven. 1483. si secuti fuerint sui com. Barb. et Weiske, prob. Garaton. si secuti erunt sui com. e tribus Mss. et Ven. 1480. receperunt Græv. et Orell. Ceteri ut Ern.—4 Non humanæ audaciæ, ac tolerandæ Mss. plerique et edd. omnes præter Græv. Ern. Beck. Weiske, qui auctoritate Ms. Grævii dederunt non humanæ ac tolerandæ audaciæ. C S  $\psi$  inhumanæ ac intolerandæ audaciæ: H humanæ audaciæ ac intolerandæ. Intolerandæ etiam est in cdd. Rom. Ven. 1483. Med. Crat. In  $\chi$  3. legitur humanæ audaciæ perferendæ.—5 Græv. 2. Mss. Mureti, Ven. 1480. Lamb. Græv. eadem.—6 Obligaverunt C H S  $\chi$  1.  $\chi$  3. Barb. Græv. 2. Franc. Duisb. et Mss. Lambini: abligurrierunt Ms. Mureti et edd. Manut. Lamb. cum Ern. et edd. seqq. obligurrierunt ceteri. Dein, pro eos  $\chi$  3. exhibet omnes.—7 In  $\chi$  1. deest nuper.—8 C et  $\chi$  1. Quod si non in vino.—9 Unus Ms. Mureti et Mss. nonnulli Lambini comissatores seu comissatores,

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Industriæ subsidia*] Habebat multa virtutis instrumenta, nobilitatem videlicet, vim corporis et animi: sed his omnibus ad libidines et audaciam abusus est.

<sup>y</sup> *Audaciu*] Ad facinus obenundum, et insidandum occisorum bonis, et ad obsidenda supra audax fuit.

<sup>z</sup> *Abligurrierunt* [obligurrierunt] Legunt aliqui abligurrierunt, quæ vox frequentius reperitur. Id est, bona

sua suavibus mensis et cupediis consumserunt.

<sup>a</sup> *Fides deficere*] Id est, fefellerunt creditores, quare nemo eis amplius pecuniam credit.

<sup>b</sup> *Libido permanet*] Hæc libido omnium pessima est, quæ eadem post dilapidata bona permanet.

<sup>c</sup> *Comissiones*] Ante prandium jentacula, post cœnam comissiones dicebantur.

ferendi. Hoc vero <sup>10</sup> quis ferre possit, inertes homines <sup>d</sup> fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos <sup>11 e</sup> sobriis, dormientes vigilantibus? qui, mihi, accubantes <sup>f</sup> in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, <sup>g</sup> confecti <sup>m 12</sup> cibo, sertis redimiti, <sup>h</sup> unguentis oblitii, debilitati stupris, eructant <sup>13</sup> sermonibus <sup>i</sup> suis cædem bonorum, atque urbis incendia. II. Quibus ego confido impendere fatum <sup>14</sup> aliquod; <sup>k</sup> et pœnas jamdiu improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitas, aut instare <sup>l</sup> jam plane, aut certe jam appropinquare. <sup>m</sup> Quos <sup>15</sup> si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit; non breve nescio quod tempus, <sup>16</sup> sed multa sæcula propagarit reipublicæ. Nulla est enim natio, quam pertimescamus; nullus rex, qui bellum populo Romano facere <sup>17</sup> possit.

<sup>m</sup> Conferti.

prob. Mureto. Al. *comessiones*.—10 Pro hoc, in  $\chi$  3.  $\psi$  hos; et pro vero, in C autem. Paulo post,  $\psi$  possit.—11 *Ebrios* Græv. 2. Franc. Barb. Pariss. Mss. Mureti, Ven. 1480. Steph. Lamb. Græv. Beck. Weiske, et Matthiæ. Vid. Nott. Varr.—12  $\chi$  1.  $\chi$  3.  $\psi$ , Græv. 2. Franc. Duisb. tres Barb. unus Ms. Mureti, et plerique Mss. Grnteri, cum Lamb. Grnt. Græv. Oliv. Lall. *conferti*. Tum Græv. e Franc. dedit *redimiti sertis*.—13 C et H *eruptant*. Pro suis  $\chi$  3. habet *supra*.—14 *Cfactum*. Mox *pœnam* . . . *debitam* Græv. 2. Franc. Duisb. Barb. Mss. Lambini, Ven. 1480. 1483. Crat. prob. Garaton. Ante *libidini* Franc. addit *copulam et*. Dein  $\chi$  1.  $\chi$  3. Græv. 2. Franc. Duisb. Barb. cum Schutz. et Matthiæ omittunt *jam* ante *appropinquare*.—15  $\psi$  *Quod*.—16  $\chi$  3. *tempora*. Mox H *remp*. Tum  $\psi$  *Nullam esse enim nationem*. In Franc. deest enim.—17 Barb. Mss. Mureti, Ven. 1480. 1483. Hervag. Cam. Matthiæ *inferre*. Pro *populo Rom.* in H et S *reip.* Dein tres Mss. Grævii

#### NOTE

<sup>d</sup> *Inertes homines*] Contentio elegantissima. Per inertes exprimit molles et languidos.

<sup>e</sup> *Ebriosos*] Ebriosi sunt qui ad ebrietatem proclives sunt, ebrii vero qui vino madent.

<sup>f</sup> *Qui, mihi, accubantes*] Subjectionis exemplum nobilissimum.

<sup>g</sup> *Vino languidi*] Metaphora ab herbis, quas languere dicimus cum flavescere incipiunt.

<sup>h</sup> *Sertis redimiti*] In conviviis maxime luxuriosis coronas et unguenta adhibere soliti erant veteres: ut vi-

dere sæpius est apud Horatium.

<sup>i</sup> *Eructant sermonibus*] Translatum verbum ab hominibus vino languidis, et cibo confectis.

<sup>k</sup> *Fatum aliquod*] Fatum prosperum et adversum generaliter dicitur.

<sup>l</sup> *Instare*] Instat, quod quasi præsens est.

<sup>m</sup> *Appropinquare*] Appropinquat id, quod si non præsens est, at paulo post aderit. Vide igitur discrimen inter utrumque verbum 'instare' et 'appropinquare.'

Omnia sunt externa<sup>n</sup> unius virtute terra marique<sup>o</sup> pacata : domesticum bellum manet : intus insidiæ sunt : intus inclusum periculum est : intus est hostis. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Huic ego me bello, Quirites, profiteor ducem ;<sup>18</sup> suscipio inimicitias hominum perditorum. Quæ sanari poterunt,<sup>19</sup> quæcumque ratione sanabo ; quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis<sup>20</sup> manere. Proinde aut exeant, aut quiescant ; aut, si et<sup>1</sup> in urbe, et in eadem mente<sup>q</sup> permanent,<sup>2</sup> ea, quæ merentur, expectent.<sup>r</sup>

VI. 12. At etiam sunt, Quirites, qui dicant,<sup>3</sup> a me in exilium ejectum esse Catilinam. Quod ego<sup>4</sup> si verbo assequi possem,<sup>5</sup> istos ipsos ejicerem, qui hæc loquuntur. [p. 107.] Homo videlicet<sup>5</sup> timidus<sup>t</sup> et permodestus vocem consulis ferre non potuit : simul atque ire<sup>6</sup> in exilium jus-

//////////

*Omnia ext. sunt.* In H et S deest virtute.—18 Mss. et edd. ante Ern. præter Ven. 1480. cum Orell. *Huic ego me bello ducem prof.*, Quir. Weiske et Matthiæ *Huic ego me bello, Quirites, ducem prof.* Ceteri ut Ern. Ante *Quirites* Barb. edd. Rom. Ven. 1483. Med. addunt *o.* In C H et S deest *ego.* Post *ducem* χ 3. inserit *esse.* Dein Ern. conjecit *suscipiam* legend.—19 *C potuerunt.*—20 *Pro civitatis* tres Mss. Grævii habent *reip.* Tum *manere* Mss. plerique, Ven. 1483. Lamb. Grut. Græv. Oliv. Lall. et Orell. *permanere* χ 3. Ms. Lamb. et Ven. 1480.—1 C H S χ 3. et Matthiæ omittunt copulam *et.*—2 χ 3. *permanent.* Tum H S χ 3. Ven. 1483. Crat. omittunt *ea.*

CAP. VI. 3 *Aut etiam sunt, Quir., qui dicant* Græv. 2. *At sunt etiam, qui dicunt, Quir. Franc. At etiam sunt, qui dicant, Quir. Barb. At sunt etiam, qui dicunt,* omisso vocab. *Quirites,* Ven. 1480.—4 Græv. 2. *Quos ego.*—5 *Homo enim videl.* Mss. et edd. ante Ern. præter Ven. 1480. cum Oliv. Lall. Ceteri particulam *enim* omittunt. *Pro et ante permod.* C H S et χ 3. habent *etiam* ; Franc. *et jam* ; Duisb. *vel jam* ; χ 1. Græv. 2. *aut etiam.* In χ 3. *permodestus.* Mox *pro ferre* in χ 3. et Pith. *perferre.*—6 A Græv. 2. *abest ire,* pro quo in

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Omnia sunt externa*] Nulla in Europa tunc temporis bella gerebat populus Rom.

<sup>o</sup> *Terra marique*] Ubique vicit Pompeius : nam ejus virtute terra Mithridates victus est ; et mari bellum piraticum confectum. Vide pro Lege Man.

<sup>p</sup> *Quæ sanari poterunt, &c.*] Sumta translatio a medicis et chirurgis, qui quæ membra sanari non possunt, resecant, ne reliqua inficiantur.

<sup>q</sup> *In eadem mente*] Id est, in eodem animo conjurationis.

<sup>r</sup> *Expectent*] Debitas suis sceleribus pœnas expectent.

<sup>s</sup> *Quod ego si verbo assequi possem*] Quod si verbo tantum valerem, ut eo possem civem ejicere, eos ipsos ejicerem qui hæc de me loquuntur.

<sup>t</sup> *Homo videlicet timidus*] Ironice Catilinam timidum vocat, quem jam toties ad omne scelus patrandum audacissimum appellavit.

sus est, paruit, ivit.<sup>7</sup> Hesterno<sup>a</sup> die cum domi meæ pæne interfectus essem, senatum in ædem Jovis<sup>8</sup> Statoris vocavi:<sup>x</sup> rem omnem ad patres conscriptos detuli. Quo cum Catilina venisset;<sup>y</sup> quis eum senator appellavit?<sup>9</sup> quis salutavit? quis denique ita aspexit, ut perditum civem, ac non potius, ut<sup>10</sup> importunissimum<sup>z</sup> hostem? Quin etiam principes ejus ordinis<sup>z</sup> partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam<sup>11</sup> atque inanem reliquerunt. 13. Hic ego vehemens ille consul,<sup>a</sup> qui verbo cives in exilium ejicio, quæsivi a Catilina, an nocturno<sup>12</sup> con-

<sup>n</sup> *Perniciosissimum.*

//////////

Pith. legitur *isse*.—7 Pro *ivit* Mss. plerique et edd. ante Græv. habent *quievit*. Græv. cum edd. seqq. e Ms. Duisb. dedit *ivit*. ‘Edd. pr. quidem habent vel *paruit*: *qui hest. die* ut Ven. 1480. &c. vel *paruit*. Quod, &c. Videatur etiam aliquid excidisse; nam sequentia sunt abruptiora, ut Grævius bene sensit. *Sed res sic habet*, aut simile quid, desiderari videtur.’ Ern. Heumannus legi maluit *paruit atque ivit*. In C S par. quod externa: H p. quod hesterno: χ 1. *paruit*. *Quid ut hesterna*: χ 3. *paruit*. *Qui externo*: ψ *paruit*. *Qui ut hesterno*. Ante Muretum in nonn. edd. legebatur, *paruit*. *Quid quod hesterno die*: edd. antiquæ, auctore Grontero, *paruit*. *Qui hesterna die*; quod et in Pal. 2. nam reliqui Pall. *qui ut hest.* Colon. *quid ut*. Fabr. *Hesternu quidem die*. Ex istis duobus libris Gulielmus legit *paruit, quievit*. *Hesterna die*, Quir. &c. Franc. et Barb. *paruit*. *Qui hesterno die*: Pith. *Quid hesterno die, qua cum domi meæ*: Græv. 2. *paruit*. *Quid ut dicam hesterno die*: Quir. *cum domi meæ*: sed *dicam* erat alia manu, æque tamen antiqua; supra ut positum. Faciliorem fore transitum censet Grævius, si inde scribatur, *Quid dicam ut hest.* Muretus locum e suo cod. optimo ita laudat, *paruit; quievit. Hesterno die*. Lallemandus nec *quievit*, nec *ivit*, in suis codd. legi ostendit: quomodo autem in iis scribatur, non docet.’ Beck.—8 Pro *Jovis* χ 3. habet *hujus*. Tum *convocari* Græv. 2. Franc. Barb. quinque Oxonn. Mss. Ven. 1480. Lamb. Græv. Oliv. Lall. Beck. Weiske, Schutz. et Orell. Tum *pro patres conscriptos* in Ven. 1480. *publicum consilium*. Pro *detuli* C *contuli*; H S χ, Ven. 1483. Naug. *retuli*.—9 *Senatorem appell.* Pith. *senatorum appell.* Ven. 1480. *senior appellasset* χ 3. *senator compellavit* conjecit Pithœus.—10 C H S χ 1. omittunt *ut ante importuniss.* pro quo χ 3. habet *improbissimum*; Græv. 2. *perditissimum*. Paulo post, *Quis etiam princ.* χ 3. *Quin etiam jam princ.* edd. nonnullæ ante Græv.—11 Ed. Vict. *nudatum*.—12 Ven. 1480. *quæs. de*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hesterno*] Id est, tertio abhinc die.

<sup>x</sup> *Vocari*] Pertinebat tantum ad consules senatum convocare.

<sup>y</sup> *Catilina venisset*] Senator erat Catilina, ideoque venit in senatum, licet contra patriam conjuraret. Vide superiorem orationem.

<sup>z</sup> *Principes ejus ordinis*] Per principes viros consulares intelligit, qui primi omnium sententiam rogabantur.

<sup>a</sup> *Vehemens ille consul*] Se vehementem consulem appellat, quemadmodum a conjuratis appellabatur.

ventu apud M. Leccam<sup>b</sup> fuisset, necne. Cum ille, homo audacissimus, conscientia convictus,<sup>13</sup> primo reticuisset; patefeci cetera; quid ea nocte egisset, [ubi fuisset,]<sup>14</sup> quid in proximam<sup>c</sup> constituisset, quemadmodum esset ei<sup>15</sup> ratio totius belli descripta,<sup>d</sup> edocui. Cum hæsitaret, cum teneretur;<sup>16</sup> quæsiui, quid dubitaret eo proficisci, quo jam pridem pararat;<sup>17</sup> cum arma, cum secures, cum fasces,<sup>f</sup> cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam illam argenteam,<sup>g</sup> cui ille<sup>18</sup> etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat, scirem esse præmissam.<sup>19</sup> 14. In exilium eiciebam,<sup>h</sup> quem jam ingressum esse in bellum<sup>20</sup> videbam? Etenim, credo,<sup>i</sup> Manlius iste, centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit: et illa

//////////

*Catil. an noct.* In Barb. et Ven. 1483. *an in noct.* C H S, Franc. Duisb. et Orell. *in noct.* Ceteri *an noct.* Mox, Græv. 2. *apud Leccam*, omisso prænomine.—13 *Pro convictus* in  $\chi$  3. *conjunctus*. Mox idem Ms. *patefeceram*. Ante *patefeci* Diomedes p. 386. ed. Putsch. addit *postremo*.—14 Lamb. Schulz. Matthiæ, et Orell. auctoritate Ms. Mureti deleverunt verba *ubi fuisset*; quæ Ern. et Beck. uncis includunt. Tum *in proxima*  $\chi$  1.  $\psi$ , Barb. Ven. 1483. Crat. Grut. In  $\chi$  3. desunt verba *quid in prox. const.*—15 A Franc. abest *ei*. Mox *docui* C H S  $\psi$  et edd. vett. ante Muretum.—16 *Pro cum teneretur*  $\chi$  3. *contemneretur*; Hervag. Cam. Lamb. 1566. *cunctaretur*. Tnni, Charisius l. ii. p. 202. consentiente Diomede p. 387. *interrogavi, num dubitaret, &c.* Porro *proficisci eo* edd. ante Lamb. cum Orell.—17  $\chi$  1.  $\chi$  3. Henmann. Matthiæ, et Orell. *pararet*. Post *secures* C H S  $\chi$  1. Franc. Duisb. Barb. Ven. 1483. addunt *cum dignitates*.—18 *Pro cui ille  $\psi$  cum ille*; C H S  $\chi$  1. *cui cum*. *Pro sacrarium* in  $\chi$  3. *sarcinam*. In  $\psi$ , Pall. 6. 9. deest *scelerum*, prob. Grutero.—19 Græv. 2. et Ms. Basilicanus ap. Grut. *præmissa*.—20 Mss. nonnulli et edd. pleræque ante Lamb. *in bellum esse*. Dein Steph. vide-

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Apud M. Leccam*] De Lecca superiori oratione dixit § 8.

<sup>c</sup> *Quid in proximam [proxima]* Legit *proximam* Muretus; eam nempe, qua exire constituerat Catilina.

<sup>d</sup> *Descripta*] Sic descripserat totam belli rationem, ut alios cædibus, alios incendiis, alios variis urbis partibus præferebat.

<sup>e</sup> *Cum teneretur*] Sic convictus est manifestis signis, quæ a Cicerone prolata sunt, ut nihil contra proferre ausus sit Catilina.

<sup>f</sup> *Secures, cum fasces*] Secures et fasces insignia sunt consulum, quæ sibi sumsit Catilina ad castra Manlii proficiscens.

<sup>g</sup> *Aquilam illam argenteam*] Vide superiorem orationem, § 24. not.

<sup>h</sup> *In exilium eiciebam*] Purgat se Cicero, quod ejecerit in exilium Catilinam, ut vulgo a factoribus conjuratorum dicebatur, cum in patriam bellum susceptorus, ad castra profectus esset.

<sup>i</sup> *Etenim, credo*] Ironia.

castra nunc non<sup>1</sup> Catilinam ducem expectant: et ille,<sup>2</sup> ejectus in exilium, se Massiliam, ut aiunt,<sup>3</sup><sup>k</sup> non in hæc castra conferet. VII. O conditionem miseram, non modo administrandæ, verum etiam conservandæ reipublicæ! Nunc,<sup>4</sup> si L. Catilina, consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutaverit,<sup>5</sup> deseruerit suos, consilium belli faciendi abjecerit, ex hoc<sup>6</sup> cursu sceleris et belli iter ad fugam atque in exilium<sup>7</sup> converterit; non ille a me spoliatus armis audaciæ, non obstupefactus<sup>8</sup> ac perterritus mea diligentia, non de spe conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens, in exilium ejectus a consule,<sup>9</sup> vi et minis esse dicetur: et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum;<sup>10</sup> me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari<sup>11</sup> velint. 15. Est mihi tanti,<sup>o</sup> Quirites,<sup>12</sup> hujus invidiæ falsæ atque iniquæ<sup>13</sup> tempestatem subire, dummodo a vobis hujus horribilis belli ac nefarii<sup>14</sup> periculum depellatur. Dicatur sane<sup>15</sup> ejectus esse

<sup>o</sup> Non recuso.

//////////

rem. Mox *Manlius* e conjectura Mureti deleuit Lamb. 1566.—1 A χ 1. abest nunc, et a χ 3. non. In HS deest *ducem*.—2 Henmann. coniecit *sed ille*. Tum χ 3. *rejectus*. Paulo post, C in *Maxiliam*; H S χ 1. in *Massiliam*.—3 Verba *ut aiunt*, Henmanno et Ernesto suspecta, deleuit Schutz. Dein C χ 1. *confert*; χ 3. *conferre*.

CAP. VII. 4 Henmann. mavult *Nam* legi. Ante *si* ψ addit *etiam*. In C deest prænomen ante *Catil*. Paulo post, a χ 3. abest *periculis*.—5 *Permutaverit* C H S χ 3. Franc. Barb. Ven. 1483. Crat. In Ven. 1480. pro *sententiam* legitur *sin autem*, unde Garaton. coniecit *si mentem mutav*. Dein *suos deser*. Græv.—6 *Ab hoc* ψ: et *ex hoc* χ 1. Barb. et Ven. 1483. Pro *hoc cursu* C H S habent *occursu*. In χ 3. deest *cursu*. Tum *scel. ac belli* Ven. 1480. *sui scel. ac belli* Barb.—7 Græv. 2. et Ven. 1480. *atque exil.* sine præpositione, ut volebat Lamb. prob. Garaton. Verba *atque in exil.* non sunt in χ 3. qui legit *converlit*.—8 Ms. Lamb. *obstipefactus*.—9 C H S χ 3. *consulis*. Pro *minis* in χ 3. *armis*.—10 Pro *miserum* Mss. nonnulli *mirum*; C H S χ 3. Græv. 2. Ven. 1483. Crat. Cam. *timidum*.—11 C H S χ 3. *existimare*.—12 Ante *Quirites* C H S et χ 3. addunt *eo*.—13 C *iniquo*.—14 Græv. 2. *belli nefarii* que: C S *periculi*; H *pericula*.—15 Steph. omittit *sane*. Pro *ejectus esse* χ 1. *ejectum*

#### NOTE

<sup>k</sup> *Massiliam, ut aiunt*] Sallustius refert optimo cuique literas dedisse Catilinam, se falsis criminibus circumventum, quoniam eorum factionibus resistere non potuerat, Massi-

liam in exilium proficisci, non quod se tanti sceleris conscium reputaret, sed ne qua ex sua contentione seditio oriretur. De Massilia vide orat. pro Fonteio, § 3. not.



a me, dummodo eat in exilium: sed mihi credite, non est iturus. Nunquam ego a Diis immortalibus optabo, Quirites, invidiæ meæ levandæ<sup>16</sup> causa, ut L. Catilinam ducere exercitum<sup>17</sup> hostium, atque in armis volitare<sup>p</sup> audiatis: sed triduo<sup>q</sup> tamen audietis:<sup>18</sup> multoque magis illud timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quod illum emiserim potius, quam quod<sup>19</sup> ejecerim. Sed cum sint homines, qui illum, cum profectus sit, ejectum esse dicant, iidem, si interfectus esset, quid dicerent? 16. Quanquam isti, qui Catilinam Massiliam<sup>20</sup> ire dicitant, non tam hoc queruntur,<sup>1</sup> quam verentur. Nemo est istorum<sup>2</sup> tam misericors, qui illum non ad Manlium, quam ad Massilienses<sup>3</sup> ire malit. Ille autem, si,<sup>4</sup> mehercule, hoc, quod agit,<sup>1</sup> nunquam ante cogitasset, tamen latrocinantem<sup>m</sup> se interfici mallet, quam exulem vivere.<sup>5</sup> Nunc vero, cum ei nihil adhuc præter<sup>r</sup> ipsius voluntatem<sup>6</sup> cogitationemque acciderit, nisi quod vivis nobis Roma profectus est; optemus potius, ut eat<sup>7</sup> in exilium, quam queramur.

VIII. 17. Sed cur tamdiu de uno hoste loquimur; [p. 108.] et de eo hoste, qui jam<sup>8</sup> fatetur se esse hostem; et quem, quia (quod semper volui) murus interest, non timeo; de his,<sup>9</sup> qui dissimulant, qui Romæ remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus? <sup>10</sup> quos quidem ego, si ullo modo

<sup>p</sup> Exultare.<sup>q</sup> Intra tres dies.<sup>r</sup> Contra.

omne.—16 Al. relevandæ.—17 χ 1. ψ ducem exercitum: Græv. 2. ducem exercitus. Pro hostium χ 1. habet suum.—18 χ 3. audiat. —19 C H S ψ omittunt quod, ut conjecerat Henmann.—20 C in Maxilium: H S χ 3. Franc. in Massiliam.—1 C et S querunt.—2 Matth. illorum.—3 C Maxilienses.—4 Pro si ψ habet sine. Dein mehercules C H S χ 3. et edd. pleræque ante Grat. cum Orell. Paulo post, ψ unquam, et C χ 3. Steph. Vict. Lamb. antea.—5 Pro vivere χ 3. fieri. Tum ψ Num vero.—6 ψ voluptatem.—7 χ 3. exeat.

CAP. VIII. 8 Duisb. et Franc. omittunt jam ante fatetur. Schutz. ex Erl. et Guelf. edidit qui se fatetur esse hostem. Tum, quem non est in C H S, nec semper in ψ.—9 Post his χ 3. addit dixi. Dein qui simulant C H S χ 3. Ven. 1483. Crat.—10 Ante nihil dic. χ 1. habet de his. Pro quos quidem in C H S quod quidem. Mox, Mss. Lambini, et Ven. 1480. cum Ern. Beck. Weiske, Berk. Schutz. Matthiæ et Orell. fieri possit. Ceteri fieri posset.—

## NOTE

<sup>1</sup> Hoc, quod agit] Nempe patriæ <sup>m</sup> Latrocinantem] Id est, patriæ bellum inferre. bellum inferentem.

fieri possit, non tam ulcisci<sup>11</sup> studeo,<sup>11</sup> quam sanare, et ipsos placare reipublicæ; neque, id quare fieri non possit, si me audire volent,<sup>12</sup> intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum istæ copiæ comparentur: deinde singulis medicinam consilii atque orationis<sup>13</sup> meæ, si quam potero, afferam. 18. Unum genus est<sup>14</sup> eorum, qui, magno in<sup>15</sup> ære alieno,<sup>15</sup> majores etiam<sup>16</sup> possessiones habent, quarum amore adducti<sup>17</sup> dissolvi<sup>n</sup> nullo modo possunt. Horum hominum species est<sup>18</sup> honestissima (sunt enim locupletes), voluntas vero et causa impudentissima. Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu familia, tu rebus omnibus ornatus et copiosus sis; et dubites<sup>19</sup> de possessione detrahere,<sup>o</sup> acquirere ad fidem? <sup>p</sup> Quid enim expectas? <sup>20</sup> bellum? quid? ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas<sup>q</sup> futuras pu-

<sup>11</sup> Punire.<sup>15</sup> Debentes multa.

11 Pro studeo χ 3. sitio. Tum pro sanare χ 3. saliare; ψ sanari: pro et C H S non; ψ sibi. In Græv. 2. Franc. Barb. Colon. Fabric. Vict. et tribus Pall. sanare sibi ipsos, placare reip. unde Modius Epist. civ. legi maluit sanare ipsos sibi, placare reip. Orell. coniecit, sanare, et sibi ipsos placare, et reip. Post reipubl. χ 3. addit studeo.—12 Si a me audire volent Franc. si audire a me volent Ven. 1480. Edd. aliæ ante Grut. si me audire voluerint quod etiam est in C H S χ 3. In ψ volunt.—13 Rationis Ms. Grævii, ipso probante. In Basilicano oratione, quod Gulielm. probat.—14 Primum genus est C H S, Ven. 1483. Crat. Manut. Lamb. Unum est, omisso genus, Grut. Oliv. Lall.—15 C H S, Ven. 1480. 1483. omittunt præpositionem ante ære.—16 In χ 1. deest etiam. Dein ψ habeant.—17 Pro adducti Ern. coniecit astricti, ut in Parad. 1. 2. et Weiske addicti. Schütz. legi maluit amore adduci ad dissolvendum.—18 χ 1. et edd. nonnullæ est omittunt.—19 Græv. 2. Tu cum agris, tu cum æd., tu cum arg., tu cum fam., tu cum reb. om. orn. et cop. sis et dubites. In Duisb. orn. et cop. sis dubitas: Franc. orn. et cop. dubitas. Ante de possess. C H S χ 3. Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Matthiæ addunt aliquid. Paulo post, nonnullæ edd. vett. ac fidem acquirere: Ms. Mureti, ipso probante, ad fidem acquirere; et sic Lamb. 1566. In C ac acquirere ad fidem: H S χ 3. ac acquirere fidem: Duisb. Barb. Ven. 1480. acquirere fidem. Ceteri ut Ern.—20 Pro expectas Franc. habet dubitas: C expecta: χ 3. expectamus. Pro Quid? ergo ψ habet Quid enim. Tum Græv. 2. in vastationem. Pro om-

## NOTÆ

<sup>n</sup> Dissolvi] Dissolvitur æs alienum, cum creditoribus fit satis.

<sup>o</sup> Detrahere] Detrahitur aliquid de possessionibus, cum quis vendit aliquid ex eis, ut ære alieno liberetur.

<sup>p</sup> Acquirere ad fidem [fidem acqui-

rere] Fidem amittit debitor, qui æs alienum non dissolvit.

<sup>q</sup> Sacrosanctas] Sacrosanctum est quod nemo violare audeat. Sic sacrosancti tribuni plebis dicebantur. Vide Livium lib. 11.

tas? <sup>1</sup> An tabulas novas? <sup>2</sup> errant, qui istas <sup>3</sup> a Catilina expectant. Meo beneficio tabulæ novæ <sup>4</sup> proferentur, verum auctionariæ: <sup>5</sup> neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi <sup>6</sup> esse possunt. Quod si maturius <sup>7</sup> facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare <sup>8</sup> cum usuris fructibus <sup>9</sup> prædiorum; et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, <sup>10</sup> quod aut deduci de sententia possunt; <sup>11</sup> aut, si permanebunt, magis mihi videntur vota <sup>12</sup> facturi contra rempublicam, quam arma laturo. IX. 19. Alterum genus est eorum, qui quanquam premuntur <sup>13</sup> ære alieno, dominationem tamen expectant; rerum potiri volunt; <sup>14</sup> honores, quos quieta republica desperant, perturbata <sup>15</sup> consequi se posse arbitrantur. Quibus hoc præ-

<sup>4</sup> *Citius.*

nium  $\psi$  omni. Denique  $\chi$  3. *possessionum tuas.*—1  $\chi$  1 *putes.* Pro *An*, quod Mss. Lambini omittunt, in Ven. 1480. legitur *Aut.*—2 Barb. et Ven. 1480. *ista.*—3 *Vox novæ* Ernesto et Wetzel. suspecta fuit. In CH S  $\chi$  1.  $\chi$  3. et edd. pr. *proferuntur.* Porro  $\chi$  3. *verum actionariæ.*—4  $\chi$  1. *saluti.*—5 Barb. *certarent.* Dein *cum us. et fructibus* Pal. 2. Franc. Duisb. et Mss. Cujacii: *cum us. prædiorum fruct.* Barb. *cum us. fructus præd.* scribi maluit Heumann. Copulam ante *locupletioribus* omittunt Ven. 1483. Crat. Heivag. Cam. Matthiæ. Pro his  $\chi$  1. habet *hujus.* Præterea  $\psi$  *uterentur.*—6  $\chi$  1. *puto pertimescere Deos:* Barb. *puto esse pertimescendos.* Pro *quod C* habet *quid;* Græv. 2. et Ven. 1480. *qui,* sicque edidit Græv.—7  $\psi$  *sententia levit'* (sic) *possunt.* Mss. nonnulli, teste Lamb., *sent. facile poss.*—8  $\chi$  1. *nota.*

CAP. IX. 9 Heumann. scribi jussit *non premuntur.* In  $\psi$  *deest ære.* Pro *tamen* in eodem Ms. *inde.* Tum *expetunt* Naug. Cam.—10 H et S *turbata.* In

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Tabulas novas*] Cum quis ære alieno oppressus erat, aut senatusconsulto, aut imperatoris decreto, tabulæ novæ in foro proponebantur, quibus credita debitoribus pecunia condonabatur. Pollicebatur autem Catilina se publice incensurum omnes argentariorum tabulas, ita ut nemo, quod æris alieni antea contraxisset, persolvere cogeretur. Sallust.

<sup>2</sup> *Auctionariæ*] Tabulæ auctionariæ sunt, quæ in auctione proferuntur, cum nempe publica bonorum vendi-

tio fit, et res ei addicitur qui majus pretium obtulerit.

<sup>3</sup> *Salvi*] Non possunt aliter ære alieno liberari.

<sup>4</sup> *Certare cum usuris fructibus*] Id est, putare fructus prædiorum usuris majores esse.

<sup>5</sup> *Rerum potiri volunt*] Discrimen est inter illa verba 'potiri rebus' et 'rerum potiri.' 'Potiri rerum' de iis dicitur, qui dominantur, et principatum tenent: 'potiri rebus,' de iis qui fruuntur voluptate, pecunia, &c.

cupiendum videtur,<sup>11</sup> unum scilicet et idem, quod ceteris omnibus,<sup>12</sup> ut desperent, se id, quod conantur,<sup>13</sup> consequi posse: primum omnium me<sup>14</sup> ipsum vigilare, adesse, providere reipublicæ: deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem,<sup>15</sup> magnas præterea copias militum; Deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimæ urbi, contra<sup>16</sup> tantam vim sceleris, præsentibus auxiliium esse lauros. Quodsi jam sint<sup>17</sup> id, quod cum summo furore cupiunt, adepti; num illi in cinere<sup>18</sup> urbis, et sanguine<sup>19</sup> civium, quæ mente conscelerata<sup>20</sup> ac nefaria concupierunt, se consules ac dictatores,<sup>1</sup> aut etiam reges sperant futuros? Non vident id se cupere,<sup>2</sup> quod si adepti fuerint, fugitivo alicui aut gladiatori concedi sit necesse? 20. Tertium genus est<sup>3</sup> ætate jam affectum,<sup>3</sup> sed tamen exercitatione robustum; quo ex genere<sup>4</sup> est ipse Manlius,<sup>2</sup> cui nunc

ed. Steph. *se ante posse* omittitur.—11  $\chi$  3. *hæc præcip. videntur*.—12 Pro *ceteris omnibus* Ven. 1483. exhibet *ceteris hominibus*; C *reliquis hominibus*;  $\psi$ , Pi:h. Duisb. Barb. Mss. Lambini et Ven. 1480. *reliquis omnibus*. In H et S deest *ceteris*, ut volebat Gærenz. Fin. iv. 18.—13 Ern. conjecit *conentur*. Ante *consequi* Græv. 2. et Ven. 1480. addunt *se*; et post *posse*  $\psi$  inserit *arbitrantur*.—14 Ante *me*  $\chi$  1. addit *sciant*. In Græv. 2. *me ipsum posse vig.*—15 Ern. Weiske, Schutz. Matthiæ aliquid excidisse censent. In Duisb. *magnam multitudinem*; Schutz. conjecit *maximam equitum mult.* Tum Grævius e uno Ms. recepit *magn. prat. militum copias*. Paulo post, pro *denique* in  $\chi$  3. *deinde*.—16  $\chi$  1. non habet *contra*.—17 In  $\chi$  1. *Qui si*; et H S  $\chi$  3. *jam sunt*. In  $\chi$  1. deest *furore*.—18  $\chi$  1. *cineres*.—19 *Atque in sang.* Muret. *et in sang.* Mss. Lambini, Ven. 1480. Steph. Lamb. et Orell.—20 *Scelerata* C H S, Ven. 1480. 1483. Crat. *cum scelerata*  $\chi$  1.—1 Barb. et Mss. Lambini, cum Ven. 1480. Hervag. Nang. et Beck. *cons. se aut dict.* et sic Lamb. et Orelli. nisi quod *ac dict.* habeant. *Se h. l. omisso*, mox pro *sperant*  $\chi$  3. habet *se spectant*; H S, Ven. 1483. Crat. *se expectant*.—2 Franc. *num illi vident id sese cupere*. Mox, *adepti sint* Græv. 2. Duisb. Franc. Barb. Ven. 1480. *adepti sunt* C H S  $\chi$  1.  $\chi$  3.—3  $\chi$  1. *erat*. Mox pro *affectum*, Mss. Mureti habent *effatum*; Mss. ap. Grut. *effectum*; C H S  $\chi$  1.  $\chi$  3. Pal. 10. Ven. 1483. Viet. Lamb. *confectum*. Heumanus conjecit *are alieno confectum*. Verba *sed tamen* omittunt C H S  $\chi$  3. Pal. 10. et edd. ante Grut. Orellius ea uncis inclusit.—4 Pro *quo ex genere*,  $\psi$  *qua ex gente*; Græv. 2. *de quo genere*. Tum *iste est Mallius* Mss. Mureti, Nang. Cam. Lamb. Beck. et Orell. *est iste Malius* Barb. Paulo post, in Franc. deest *nunc*; et pro *succedit* C H S  $\chi$  3. Franc. Ven. 1483. Lamb. habent *successit*.—

## NOTÆ

- <sup>1</sup> *Ætate* [*affectum*] In conjuratione Catilina adduxerat.  
 Catilinæ multi erant Sullani milites <sup>2</sup> *Ipse Manlius*] Manlius in castris  
 fugitivi per Italiam, et bellicosi, Sullæ militaverat.  
 quos spe prædæ et rapinarum ad se

Catilina succedit. Hi sunt homines ex iis<sup>5</sup> coloniis,<sup>a</sup> quas [Fesulis<sup>b</sup>] Sulla constituit; quas ego universas<sup>6</sup> civium esse optimorum, et fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se in<sup>7</sup> insperatis repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque jactarunt.<sup>c</sup> Hi dum ædificant, tanquam beati;<sup>8</sup> dum prædiis, lecticis,<sup>d</sup> familiis magnis, conviviis<sup>9</sup> apparatus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt,<sup>e</sup> ut, si salvi esse velint, Sulla sit iis ab inferis excitandus.<sup>f</sup> Qui etiam nonnullos agrestes, homines tenues atque egentes,<sup>g</sup> in eandem illam<sup>10</sup> spem rapinarum veterum<sup>e</sup> impulerunt. Quos ego utrosque, Quirites,<sup>11</sup> in eodem genere prædatorum direptorumque pono. Sed eos<sup>12</sup> hoc moneo: desinant furere, ac proscriptiones<sup>f</sup> et dictaturas cogitare.<sup>13</sup> Tantus enim illo-

<sup>a</sup> Contraxerunt tantum æs alienum.

<sup>b</sup> Revocandus ad vitam.

<sup>c</sup> Mendiculos.



5 *Iis* non est in  $\chi$ . Dein *Fesulas*  $\chi$  1.  $\psi$ , Franc. Duisb. Græv. 2. Basil. Viet. tres Pall. et Mss. Paris. *Fesulis* ex auctoritate Mss. delevit Lamb. quem Henmann. Lall. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. secuti sunt. Ern. et Beck. uncis includunt. Vid. Nott. Varr.—6  $\chi$  3. *quos ego universos*, ut Lamb. conjecit. Mox a Franc. abest *virorum*.—7 Præpositionem ante *insperatis* non agnoscunt Mss. et edd. ante Ern. qui e conj. eam inseruit, et quem Beck. Wetzel. Schutz. Matth. et Orell. secuti sunt. Pro *repentinisque* in C ac *repentinis*. Postea,  $\chi$  3. *jactant*.—8 Pro *beati* C *beatitudinum præsules*;  $\chi$  1.  $\chi$  3. *beatitudinem præsules*. H S et Græv. omittunt *dum* ante *prædiis*. Dein *prædiis lectis* Ms. Mureti, Ven. 1480. Mannt. Lamb. *prædiis latis* Matthiæ et conjectura Garatoni. Weiske conjecit *prædiis lautis*. In Franc. legitur, *dum prædiis, lectitiis famil.*—9 Pro *conviviis* H habet *quibus*, et S *cujus*. Tum *apparatus* Barb. Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam.—10 C H S  $\chi$  3. omittunt *illam*.—11 A Franc. Barb.  $\psi$ , abest *utrosque*, et a Ven. 1480. *Quirites*. Mox,  $\psi$  *prædicatorum*: Colon. *prædiatorum*.—12 In  $\chi$  3. deest *eos*.—13 Pro *cogitare* H *quævere*. Dein C *Tantum*. Paulo post, pro *inustus est*,  $\chi$  1. *inunctus*;  $\chi$  3. *inictus est*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Ex iis coloniis*] Septem et quadraginta colonias deduxit Sulla post victoriam, suisque militibus civium domos et agros largitus est.

<sup>b</sup> *Fesulis*] Politianus Epist. l. i. ait Fesulas ab Atlante conditas, easque Fesulas a filia sua Fesula appellasse.

<sup>c</sup> *Jactarunt*] Hi milites, deducti in colonias, divitias suas ostentabant, sumtuose eas profundendo.

<sup>d</sup> *Lecticis*] Lecticis utebantur æ-

groti et senes, mulieres, et homines delicatuli.

<sup>e</sup> *Rapinarum veterum*] Spe rapinarum attraxerunt, quales factæ sunt temporibus Sullæ.

<sup>f</sup> *Proscriptiones*] Homines ejusmodi tenues et egeni non debent sperare fore ut dictatorem se constituat Catilina, et similis sit Sullæ, qui eorum omnium bona proscripsit, quos suis partibus contrarios habuit.

rum temporum dolor iniustus <sup>a</sup> est civitati, ut jam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videantur. X. 21. Quartum genus est <sup>14</sup> sane varium, et mistum, et turbulentum; <sup>g</sup> [p. 109.] qui jampridem premuntur; qui nunquam emergunt; <sup>15</sup> <sup>h</sup> qui partim inertia, partim male gerendo <sup>16</sup> negotio, partim etiam sumtibus, in vetere ære alieno vacillant: qui vadimoniis, <sup>i</sup> judiciis, proscriptionibus <sup>17</sup> bonorum defatigati, permulti et ex urbe et ex agris se in illa castra <sup>k</sup> conferre dicuntur. Hosce <sup>18</sup> ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos <sup>1</sup> esse arbitror. Qui homines primum si stare non possunt, corrumpant; <sup>19</sup> <sup>m</sup> sed ita, ut non modo civitas, sed ne <sup>20</sup> vicini quidem proximi sentiant. Nam illud <sup>1</sup> non intelligo, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint; aut cur <sup>2</sup> minore dolore perituros se cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur. <sup>3</sup> 22. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum: <sup>4</sup> quos

<sup>a</sup> *Allatus.*

CAP. X. 14 C H S χ 3. Franc. omittunt *est*. Pro *sane varium* in χ 3. *vanum*.—15 χ 3. Barb. Grav. 2. Duisb. Mss. Lambini et edd. nonn. *emergunt*: Ven. 1480. *emergant*: Franc. *emerguntur*: alii, teste Laub., *se emergunt*.—16 Ante *male ger.* Franc. addit *in*. Tum *negotia* Grav. 2. et edd. paucæ.—17 χ 1. et Grav. 2. *proscriptione*. Mox, Gulielm. coniecit *diffatigatos*. Copulam ante *ex urbe* C H S omittunt. In H et S quoque deest *et* ante *ex agris*: C non habet præpositionem.—18 Post *Hosce* Franc. addit *homines*. Ab ed. Steph. *ego* abest. Dein *non tam multos quam* Franc. *non tam milites quam* Pal. 2. *acres* ascripto ab alia manu. Henmann. *acres* deleri iussit. Pro *inficiatores* ψ et margo Crat. *institores*; Henmann. et Schutz. *insidiatores*. Pro *lentos* in Ven. 1480. legitur *leves*.—19 ψ *corrumpunt*.—20 C H S *neque*.—1 ψ

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Et turbulentum*] Aliud hominum genus, qui Catilinam sequuntur, turbulentum est et seditiosum, ex turba et multitudine, et veluti colluvione hominum conflatum.

<sup>h</sup> *Nunquam emergent*] Translatio sumpta ab aquis, ex quibus dicitur quis emergere tanquam ex naufragio. Significat vero homines ejusmodi nunquam divites fore, quia ære alieno nunquam liberabuntur.

<sup>i</sup> *Vadimoniis*] Vadimonia sunt spon- siones sistendi se in judicio, quibus si

quis deest, adversus eum iudicium datur, et creditor in ejus possessiones mittitur.

<sup>k</sup> *In illa castra*] Fæx illa hominum ad castra Manlii confluebat.

<sup>1</sup> *Inficiatores [insidiatores] lentos*] Multi legunt *inficiatores*, id est, homines exercitatos ad negandum quibus debent.

<sup>m</sup> *Corrumpunt*] Si in suis bonis stare illi non possunt, semetipsos interficiant; nam ipsis honestius est pacifice, quam tumultuose, et cum rei-

ego a Catilina non revoco: nam neque divelli ab eo<sup>5</sup> possunt: et pereant sane in latrocinio,<sup>n</sup> quoniam sunt ita multi, ut eos capere carcer<sup>6</sup> non possit. Postremum autem genus est, non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita, quod proprium est Catilinæ,<sup>7</sup> de ejus delectu, immo vero de complexu ejus ac sinu; <sup>b</sup> quos pexo capillo,<sup>o</sup> nitidos, aut imberbes,<sup>p</sup> aut bene barbatos<sup>8q</sup> videtis; manicatis<sup>r</sup> et talaribus tunicis; <sup>9</sup> velis amictos,<sup>s</sup> non togis: quorum omnis industria vitæ, et vigilandi labor in antelucanis<sup>t</sup> cœnis<sup>10</sup> expromitur. 23. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri<sup>c</sup> impudicique versantur.<sup>11</sup> Hi pueri tam lepidi<sup>u</sup> ac delicati,<sup>12</sup> non solum amare et amari,

<sup>b</sup> De familiarissimis ipsi et intimis.

<sup>c</sup> Improbi.

aliud.—2 χ 3. cum.—3 H arbitrantur.—4 ψ flagitiosorum.—5 Lamb. et Græv. e Ms. neque ab eo div. Paulo post, Matthiæ omittit sane.—6 Lamb. carcer capere, et C non posset. Tum in C deest autem.—7 Lamb. legi maluit atque vita, propr. Catilinæ: Gulielm. autem, non improb. Grut., vita, Quirites, proprium Catilinæ. In nonnullis Mss., teste Grut., et Ven. 1480. legitur quod propr. Catilinæ est. Pro delectu Ven. 1480. delitiis.—8 In Ven. 1480. aut quando barb. Pro bene, quod Crat. omittit, Manutius corrigit pane; Garaton. conjecit belle, et Ferrat. in Epist. vix.—9 Talaribus ac tritis tunicis C H S ψ et edd. ante Lamb. qui ex auctoritate Mss. cum edd. seqq. verba ac tritis delevit: absunt etiam a Mss. Hittorp. In χ 1. et χ 3. talaribus attritis tun. Pal. 2. manic. et tritis tun. Pal. 6. manic. et tribus tun. Ven. 1480. manic. et strictis tun. et talaribus.—10 ψ scenis. Dein χ 1. χ 3. ψ, Græv. 2. Franc. et Ven. 1480. exprimitur. Porro, Donatus ad Terent. Adelph. laudat, In his bonis greg.—11 C omnes imp., omnes impudicique vers. ψ omnes imp., omnes impudici vers.—12 Colon. lep. tam delic. Ante non C H S χ 1. χ 3. ψ addunt qui.

#### NOTÆ

publicæ periculo mori.

<sup>n</sup> In latrocinio] Bellum illud contra patriam latrocinium semper nominavit, quia conjuratis non indictum fuerat.

<sup>o</sup> Pexo capillo] Jam eorum molliem describit, qui Catilinam sequuntur.

<sup>p</sup> Aut imberbes] Imberbes, vel pueri et adolescentes, vel molles et effæminati sunt.

<sup>q</sup> Aut bene barbatos] Bene barbati sunt qui comam et delibutam unguentis barbulam fovent. Romanis mos fuit, ut barbam alerent; sed A.

U. C. 454. adductis e Sicilia a P. Lucino Mena in urbem tonsoribus, radi barba cæpta est. Vide Plinium lib. VIII.

<sup>r</sup> Manicatis] Tunica vestis Romanorum interior fuit, quam habere talarem ac manicatam, flagitium veteres existimabant: solis enim mulieribus permissum id erat.

<sup>s</sup> Velis amictos] Vel tenuitatem togarum, vel laxitatem arguit.

<sup>t</sup> Antelucanis] Cœnas eorum arguit, quæ a prima nocte usque ad auroram producebantur.

<sup>u</sup> Tam lepidi] Ironia.

neque<sup>13</sup> cantare et saltare, sed etiam sicas vibrare,<sup>x</sup> et spargere venena<sup>y</sup> didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt,<sup>14</sup> etiamsi Catilina perierit, scitote hoc<sup>15</sup> in republica seminarium<sup>z</sup> Catilinarium<sup>16</sup> futurum. Verumtamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quemadmodum autem<sup>17</sup> illis carere poterunt,<sup>18</sup> his præsertim jam noctibus?<sup>a</sup> quo autem pacto illi Apenninum,<sup>b</sup> atque illas pruinas ac nives perferent? nisi idcirco se facilius<sup>19</sup> hyemem toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt.

XI. 24. O bellum magnopere<sup>c</sup> pertimescendum, cum hanc sit habiturus<sup>20</sup> Catilina scortorum cohortem prætoriam.<sup>d</sup> Instruite nunc, Quirites, contra has tam præclaras Catilinæ copias vestra præsidia vestrosque exercitus:<sup>1</sup> et primum gladiatori illi confecto<sup>e</sup> et saucio, consules<sup>2</sup> im-



—13 Pro neque ante cantare Franc. habet verum. Pro cantare et saltare C H S, Franc. Ven. 1483. Crat. Cam. Vict. Manut. habent cantare et psallere; Ven. 1480. Steph. Lamb. saltare et cantare. Schutz. et Orell. e conjectura Garatoni dederunt psallere et saltare, prob. Beck. Ceteri ut Ern.—14 H S qui ni exeunt, ni pereunt. ψ et Franc. qui nisi exeant, nisi pereant.—15 C H S et Mss. Lambini hoc omittunt. In Ven. 1480. et Barb. in hac republ.—16 Steph. Lamb. Heumann. Weiske, Schutz. Matthiæ Catilinarum. Mox C H S Verum, omisso tamen. In χ 1. deest miseri.—17 Autem non est in C H S.—18 Potuerunt C χ 1. possunt ψ. Mox, a Franc. 1. abest jam, probante Grævio.—19 χ 3. omittit se facilius. In ψ hiemes.

CAP. XI. 20 C si hab. Dein Mss. nonnulli et edd. ante Grut. scortatorum.—1 χ 1. vestros exerc.—2 Et consulem χ 1. consulem χ 3. Tum Franc. impe-

#### NOTÆ

<sup>x</sup> Sicas vibrare] Sciunt sicas in civium corpora adigere.

<sup>y</sup> Spargere venena] Veneno homines tollere.

<sup>z</sup> Seminarium] Seminarium est locus subactus, in quo cum semina fructuum arborumve excreverunt, in vitretum aut arbustum transferuntur. Est autem translatus, quod pro principio et origine sumitur.

<sup>a</sup> His noctibus] Cum ad sextum idus Novembris hanc orationem haberet, frigidores jam et longiores noctes erant.

<sup>b</sup> Apenninum] Mons Apenninus me-

diam Italiam dividit, quem Livius ait vento et frigore biduum Hannibali obstitisse.

<sup>c</sup> O bellum magnopere] Ironia egregia, et comparatio exercitus Catilinarii cum præsidiis pop. Rom.

<sup>d</sup> Cohortem prætoriam] Dicitur prætoriana cohors, quæ nunquam discedit a prætore vel consule. Hanc primum instituit Scipio Africanus: in eam autem assumpsit ex toto exercitu fortissimum quemque militem.

<sup>e</sup> Gladiatori confecto] Gladiator confectus idem est ac graviter vulneratus. Sic Tusc. lib. III. confectos vo-



peratoresque vestros opponite: deinde contra illam<sup>3</sup> naufragorum<sup>f</sup> ejectam ac debilitatam manum, florem totius Italiæ ac robur educite. Jam vero urbes<sup>4</sup> coloniarum<sup>g</sup> ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis<sup>5</sup> sylvestribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta,<sup>h</sup> præsidia vestra, cum illius latronis inopia atque egestate conferre debeo.<sup>6</sup> 25. Sed, si, omissis his rebus omnibus,<sup>7</sup> quibus nos suppeditamus, eget ille, senatu, equitibus Romanis, populo,<sup>8</sup> urbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris<sup>9</sup> nationibus, si, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se configunt, contendere<sup>d</sup> velimus; ex eo ipso,<sup>10</sup> quam valde illi jaceant, intelligere possumus.<sup>11</sup> Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia; hinc pudicitia, illinc stuprum; hinc fides, illinc fraudatio; hinc pietas, illinc scelus; hinc constantia, illinc furor; hinc honestas, illinc turpitudine; hinc continentia, illinc libido: denique<sup>12</sup> æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia,

<sup>d</sup> Compare.



ratores vestros.—3 In Græv. 2. deest *illam*.—4 Manut. corrigit *vires*, prob. Heumann. *arces* coniecit Garaton.—5 Edd. nonnullæ *tumulos*: Mss. nonnulli *cumulis*, prob. Mureto. Græv. 2. *respondebunt tumulus* (sic) *sylvestribus*: Franc. *respond. e tumulis sylvestr.* In Duisb. quoque deest *Catilinæ*. Pro *Neque vero* χ 3. habet *Neque ego*; et Steph. *Neque enim*.—6 χ 1. et χ 3. *conf. debeo*: nonnullæ edd. vett. cum Orell. *debeo conf.*—7 In Ms. Lamb. et ed. Steph. *deest omnibus*. Mox *suppeditamur* C S, Barb. Mss. Lambini, Ven. 1483. Crat. Hervag. Cam. Lamb. *suppeditabimus* χ 3. *superamus* alii.—8 In H χ 1. χ 3. et Græv. 2. deest *populo*. Pro *Romanis, populo* in C legitur *populo R.* Ante *vectigalibus* χ 3. addit *ac*.—9 *Externis* C: *ceteris* χ 3. qui cum χ 1. legit *sed si*. Ante *his rebus* ψ, Hervag. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Lall. et Schutz. addunt *inquam*, quod Græv. cum edd. seqq. delevit: abest etiam a Mss. plerisque et edd. pr. Post *his* ψ addit *omnibus*.—10 χ 1. χ 3. *illo*. Pro *quam valde* χ 1. habet *quod*, et χ 3. *quod valde*. Pro *illi* H S *ipsi*, et Steph. *illa*.—11 Matthiæ solus *possimus*.—12 *Hinc denique* exc. Pith. Mss.

#### NOTE

cat gravissime vulneratos gladiatores, ad quos maxime videtur verbum 'conficere' pertinere.

<sup>f</sup> *Naufragorum*] Naufragos conjuratos vocat, quia cum fortunarum omnium naufragium fecissent, et eversi funditus essent, ad Manlii castra confugerunt. Translatio a naufragantibus.

<sup>g</sup> *Urbes coloniarum, &c.*] Id est, co-

loni et municipes resistent multitudini rusticorum et sylvestrium hominum, a quibus ordo nullus in pugna servatur.

<sup>h</sup> *Ceteras copias, ornamenta*] Per copias et ornamenta intelligit senatum, equites Rom., ærarium, eaque omnia quibus munitur, ornatur, et corroboratur respublica.

virtutes omnes, certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: <sup>13</sup> postremo copiae cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes <sup>14</sup> cum omnium rerum desperatione confligit. [p. 110.] In huiusmodi <sup>15</sup> certamine ac praelio, nonne, etiamsi <sup>16</sup> hominum studia deficient, Dii ipsi <sup>17</sup> i immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus, tot et tanta vitia superari? XII. 26. Quæ cum ita sint, Quirites, vos, quemadmodum jam antea, <sup>18</sup> vestra tecta <sup>e</sup> custodiis vigiliisque defendite: mihi, ut urbi, sine vestro motu, ac sine ullo tumultu, satis esset præsidii, consultum ac provisum <sup>19</sup> est. Coloni omnes municipesque vestri, certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinæ, facile urbes <sup>20</sup> suas finesque defendent: gladiatores, quam <sup>1</sup> sibi ille maximam manum et certissimam fore putavit, quanquam meliore animo <sup>2</sup> sunt, quam pars <sup>k</sup> patriciorum,

<sup>e</sup> Vestras domos.



Mureti, edd. Wald. Steph. Muret. Græv.—13 Barb. et Ven. 1480. *cum iniq., lux., ign., tem., cum vitiis omn.* et sic χ 1. χ 3. ψ, nisi quod χ 1. et χ 3. præpositionem ante *iniquitate* omittunt. Græv. 2. Franc. Duisb. et Mss. Lambini *cum lux., ign., tem., vitiis omn.* Paulo post, Hittorp. Duisb. Henmann. Beck. Weiske, Schutz. Matthiæ et Orell. *copia*, quod Modius, Grævius, et Garatonus probaverunt.—14 χ 3. *spe.* Mox *omni* χ 1. χ 3. Tum ψ *confligunt.*—15 C, Franc. Duisb. *ejusmodi.*—16 Græv. 2. et Steph. *si*, omisso *etiam*—17 In Franc. deest *ipsi.* Tum *cogant* χ 1. χ 3. Franc. Duisb.

CAP. XII. 18 *Ante*, vel *antea*, dixi Mss. et edd. pleræque ante Ern. qui post Lambinum delevit *dixi*; et quem edd. alia sequuntur. In ed. Steph. *antea diximus.* Gulielm. conjecit *antea edixi.* Mox *vigiliis custodiisque* Græv. 2.—19 Græv. 2. *mihi et urbi sine vestro motu . . . satis præsidii cons. ac prov.* Franc. *mihi et urbi satis esse præsidii cons. et prov.* Barb. et Ven. 1480. *mihi autem et urbi sine vestro* (Barb. addit *meoque*) *metu . . . satis esse præsidii cons. ac prov.* Ven. 1483. *mihi vel urbi, sine vestro motu . . . satis esse præsidii cons. ac prov.* Pro ut C H S *vel*; χ 1. χ 3. *autem.* *Metu*, pro *motu*, etiam χ 1. χ 3. ψ, Mss. Lambini, Naug. et Cam. Pro *esset* H S *esse.* Mox χ 3. *præsidii.* Pro ac C *atque.* Denique H S *prævisum.*—20 χ 1. χ 3. *facile se urbesque.* Mox Franc. *defendunt.*—1 Pro *quam* ante sibi χ 1. χ 3. *quos.* In Franc. *quam sibi ille quam manum.* Barb. *quam sibi ille max. manum, fortiss. et certiss. fore put.* Ven. 1480. *quorum sibi ille fortiss. manum certissimamque fore put.* Mss. Lambini, exc. Pith. *quam sibi ille manum certissimam fore put.* Colon. *quam sibi ille certissimam manum fore put.* In C deest *sibi.* Pro *maximum* in χ 1. χ 3. *fortissimam.* Ceteri ut Ern.—2 Franc. et Lamb. 1566. *quanq. au. mel.* Ern. con-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Dii ipsi] Dii justis causis favere quidam sentiunt sunt Catilinam. Certe solent. multos e senatoribus Sallustius nomi-

<sup>k</sup> Quam pars] E patricio genere nat, qui in conjuratione fuerunt.

potestate tamen nostra<sup>3</sup> continebuntur. Q. Metellus,<sup>1</sup> quem ego, prospiciens hoc,<sup>4</sup> in agrum Gallicanum Picenumque præmisi, aut opprimit hominem,<sup>5</sup> aut omnes ejus motus conatusque prohibebit. Reliquis autem de rebus constituendis,<sup>6</sup> maturandis,<sup>f</sup> agendis, jam ad senatum referemus, quem vocari videtis.

27. Nunc illos, qui in urbe remanserunt,<sup>7</sup> atque adeo qui contra urbis salutem, omniumque vestrum,<sup>8</sup> in urbe a Catilina relictis sunt, quauquam sunt hostes, tamen, quia nati sunt cives,<sup>m</sup> monitos<sup>9</sup> etiam atque etiam volo. Mea lenitas adhuc<sup>10</sup> si cui solutior<sup>g</sup> visa est, hoc expectavit,<sup>11</sup> ut id, quod latebat,<sup>n</sup> erumperet. Quod reliquum est, jam non possum oblivisci, meam hanc esse patriam, me horum esse<sup>12</sup> consulem; mihi aut cum his vivendum, aut pro his esse moriendum. Nullus est portæ<sup>13</sup> custos, nullus insidiator<sup>o</sup> viæ: <sup>14</sup> si qui exire volunt, consulere sibi possunt. Qui vero in urbe se commoverit, cujus ego non modo fac-

*f* Accelerandis.

*g* Major.

//////////

jecit *quauquam non mel. an.* Mox C H S par.—3 *Vestra* χ 3. Ven. 1480. 1483. *in nostra* ψ: *in vestra* Crat. Lamb. Legi maluit Grævius *in nostra erunt*, ratus *continebuntur* e gloss. extitisse.—4 *Hoc prosp.* Franc. *hæc prosp.* Duisb. Lamb. In Ven. 1480. duo hæc verba desunt. Mox *Gallicum* χ 1. χ 3. Græv. 2. Franc. Barb. Mss. Lambini, Ven. 1480. Steph. probante Garaton.—5 Græv. 2. *hostem*.—6 *Construendis* Franc. Tum χ 3. *maturandisque agendisque*. Paulo post, ψ *inferemus*.—7 *Permanserunt* C H S, Ven. 1483. Crat. Mox, in H S et ed. Naug. deest *qui*.—8 χ 1. χ 3. Steph. *nostrum*. Dein, C H S χ 1. χ 3. Barb. Ven. 1480. 1483. *relictis sint*.—9 *Post monitos* omnes Mss. et edd. præter Lamb. Græv. Oliv. Lall. et Ern. addunt *eos*. In Ven. 1480. totus locus ita legitur, *Nunc illi, qui in urbe remans., atque adeo conturbare urbis sal. omniumque nostrum in urbe a Cat. rel., quamque sint hostes . . . monitos eos, &c.* Mox χ 1. et χ 3. *esse volo*.—10 In ψ et Græv. 2. deest *adhuc*. Pro cui Græv. 2. habet *alicui*.—11 Henmann. maluit legi *expectavi*. In χ 1. χ 3. deest *id*.—12 *Meorum me esse* Franc. *meorum esse me* C H. Pro aut ante *cum* in C et ψ *autem*.—13 C, Græv. 2. Duisb. Ms. Lamb. Ven. 1480. Lamb. Græv. *Matthiæ portis: ψ patriæ*.—14 χ 3. *vite*. Ante *consulere* in Franc. et Barb. inseritur *cohibere*

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Q. Metellus] Is Metellus Celer fuit, cui se dare voluit in custodiam Catilina, sed quem repudiavit.

<sup>m</sup> Nati sunt cives] Inter conjuratos alii erant nati cives, alii civitate donati.

<sup>n</sup> Latebat] Conjuratio latebat, sed a Cicerone aperta est.

<sup>o</sup> Insidiator] Nullus est qui in via illos, qui ad Catilinam proficiscuntur, ad mortem rapiat.

tum, sed<sup>15</sup> inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero; sentiet in hac urbe esse consules vigilantes,<sup>16</sup> esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse carcerem;<sup>p</sup> quem vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt. XIII. 28. Atque hæc<sup>17</sup> omnia sic agentur, Quirites, ut res maximæ<sup>18</sup> minimo motu, pericula summæ nullo tumultu, bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum ac maximum,<sup>19</sup> me uno togato<sup>q</sup> duce et imperatore, sedetur. Quod<sup>20</sup> ego sic administrabo, Quirites, ut,<sup>r</sup> si ullo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac urbe pœnam sui sceleris sufferat. Sed si vis manifestæ audaciæ, si impendens patriæ periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerint;<sup>2</sup> illud profecto perficiam, quod in tanto et tam insidioso<sup>3</sup> bello vix optandum videtur, ut ne quis bonus intreat, paucorumque pœna vos jam<sup>4</sup> omnes salvî esse possitis. 29. Quæ quidem ego neque mea prudentia,<sup>5</sup> neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites; sed<sup>6</sup> multis, et non dubiis Deorum immortalium significationibus,<sup>h r</sup> quibus ego ducibus in hanc

<sup>h</sup> Indiciis.



non possum.—15 χ 1. χ 3. sed ne.—16 Græv. 2. et Colon. consulem vigilantem. In seqq. verbis Franc. bis omittit verbum esse.

CAP. XIII. 17 ψ hic.—18 Græv. 2. maximæ res: Franc. maxima res: ψ res maxima nimio motu.—19 C H S, Ven. 1483. Crat. Lamb. crud. et max.—20 C Et quod. In Franc. deest ego.—1 C H S ψ omittunt ut. Pro si, quod in H et S deest, C habet sed.—2 Dejecerit Duisb. deduxerit C H S χ 1. χ 3. ψ, Græv. 2. Barb. Ven. 1480. 1483. Schutz. Matthiæ et Orell. Pro perficiam ψ perferam; Duisb. etficiam; alii efficiam.—3 H S seditioso. Mox χ 1. χ 3. videretur; et sic edidit Lamb. e Mss. Tum ut neque bonus quisquam int. χ 1. χ 3. Barb. Ms. Mureti, Ven. 1480. Steph. Beck. Schutz. Matthiæ et Orell. ut neque quisquam bonus int. Cam. ut neque quisquam bonorum int. Franc. Hervag. 1540. et Græv. ut neque bonorum quisquam int. C.—4 Jam omittunt χ 1. χ 3. Franc. Ms. Mureti, Ven. 1480. Lamb. Græv. Beck. In χ 1. χ 3. quoque deest omnes.—5 ψ providentia.—6 Post sed χ 1. addit non. Copula ante

#### NOTE

<sup>p</sup> Carcerem] Ulpianus ait carcerem ædificatum fuisse non ad plectendos cives improbos, sed reprimendos: tamen hic Cicero manifeste indicat ad eos etiam puniendos fuisse institutum. Refert autem Livius lib. 1.

media in urbe foro imminentem fuisse.

<sup>q</sup> Togato] Toga Romani in pace, in bello sagis; sed toga semper consules utebantur.

<sup>r</sup> Deorum immortalium significationi-

spem sententiamque<sup>7</sup> sum ingressus: qui jam non procul (ut quondam<sup>8</sup> solebant) ab externo<sup>8</sup> hoste atque longinquo; sed hic præsentis suo numine<sup>9</sup> atque auxilio sua templa atque urbis tecta defendunt: <sup>10</sup> quos vos,<sup>11</sup> Quirites, precari, venerari, atque implorare debetis, ut, quam urbem pulcherrimam, florentissimam, potentissimamque esse<sup>12</sup> voluerunt, hanc, omnibus<sup>13</sup> hostium copiis terra marique superatis, a perditissimorum civium nefario scelere defendant.



*non dubiis* in C H S deest.—7  $\chi$  1. *sententiaque*.—8 Mss. nonnulli, Crat. Grut. Græv. Oliv. Lall. *extero*. In  $\chi$  1. et  $\chi$  3. *hoc externo*.—9  $\psi$  *nomine*.—10 H S *defendent*, ut Heumann. volebat. In  $\psi$  *ut defendent*.—11 Post *quos vos* Ven. 1480. addit *quoque*. Franc. et Ven. 1480. omittunt *atque ante implorare*.—12 Steph. *florentissimamque esse*, omisso *potentissimamque*.—13  $\chi$  3. *omnium*.

## NOTE

*bus*] Plutarchus narrat in vita Ciceronis, cum in ejus domo virgines Vestales pro salute populi sacra facerent, ex ara flammam erupisse.

\* *Ut quondam*] Abesse quondam Dii videbantur a Romanis, cum videlicet bello Senonico, et bello Punico secundo superati sunt.

M. TULLII CICERONIS  
IN L. CATILINAM  
TERTIA,  
AD QUIRITES.  
ORATIO XXI.

---

[*Ed. Ald. p. III.*] I. 1. **R**EMPUBLICAM, Quirites, vitamque omnium vestrum, bona,<sup>a</sup> fortunas, conjuges, liberosque vestros,<sup>1</sup> atque hoc domicilium clarissimi imperii,<sup>b</sup> fortunatissimam pulcherrimamque urbem, hodierno die, Deorum immortalium summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculisque meis,<sup>2</sup> ex flamma atque ferro, ac pæne ex faucibus fati<sup>c</sup> ereptam, et vobis conservatam ac restitutam vi-

//////////

CAP. I. 1 Steph. *liberos vestros*;  $\psi$  *liberosque nostrum*. Mox, *hoc* ante *domicilium* deest in Franc. et  $\psi$ . Deinde, *pulcherrimamque C. hesternæ die* Ven. 1480.—2 Ita Barb. Ven. 1480. et 1483. *periculis meis* codd. multi, Græv. 2. Franc.  $\chi$ , Steph. Lamb. Naug. Græv. Beck. Matthiæ. *Actutum e flamma* codd. Lamb. Franc. et C. *Præpositio* deest in Græv. 2. *e faucibus* codd.

NOTÆ

<sup>a</sup> *Bona*] ‘Bona’ sunt genera rerum, ‘fortunæ’ vero pecuniæ sunt.

<sup>b</sup> *Domicilium cl. imperii*] Roma domicilium imperii dicitur, quia dominabatur toti imperio, quod ab ea Romanum dictum est.

<sup>c</sup> *Ex faucibus fati*] Metaphora a belluis ferocibus. Fatum sumebatur a Stoicis pro serie quadam immuta-

bili rerum omnium, quæ homini cuilibet evenire ita necessario debebant, ut ne quidem a Deo possent immutari. Quod autem fatum pro interitu sæpe ab iis sumeretur, hinc factum est, ut crederent illi veteres, quo temporis momento quis nasceretur, eo ipso fataliter de illius morte, atque de interitu constitui. Quod

detis. 2. Et, si<sup>a</sup> non minus<sup>3</sup> nobis jucundi atque illustres sunt ii dies, quibus conservamur, quam illi, quibus nascimur<sup>d</sup> (quod salutis certa lætitia est,<sup>e</sup> nascendi incerta conditio, et quod sine sensu nascimur, cum voluptate servamur);<sup>4</sup> profecto, quoniam illum, qui hanc urbem condidit, Romulum, ad Deos<sup>f</sup> immortales benevolentia fama quesulimus, esse apud vos posterosque vestros in honore debet is,<sup>g</sup> qui eandem hanc urbem conditam amplificatamque servavit: nam toti urbi,<sup>6</sup> templis, delubris,<sup>h</sup> tectis ac

<sup>a</sup> Quod si.

//////////

Lamb. et C. Deinde, *et vobis reservatam* Græv. 2.—3 *Et si minus* χ. Mox, *sunt hi dies* Græv. 2. Deinde, pro *certa* ψ *habet cætera, et vincita pro incerta*. —4 Ita plurimi codd. Franc. Pith. Duisb. Græv. 2. Paris. cum edd. Steph. Græv. Weiske, Beck.; *conservamur* codd. aliquot, et edd. vett. *quom volupta reservamur* Barb. et pro v. l. *cum voluptate reservamur*. Mox, *Romulum* deest in codd. Hittorp. Lamb. Græv. 2. et uno cod. antiq. Mureti, item in edd. Steph. Lamb. Græv. Beck. Schutz. Matthiæ; id tamen servant Venett. Crat. Hervag. Cam.—5 Ita codd. Mureti, Barb. cum edd. Hervag. Cam. Steph. Lamb. *debet dies is* C H S. Ven. 1480. 1483. Naug. Crat. Manut. Mox, *servabit* ψ.—6 Ita codd. Mureti, Franc. Duisb. Barb. ed. Wald. Steph. Lamb. Græv. *totius urbis* codd. quidam Oxon. cum edd. Venett. 1480. 1483. Crat. Cam. Oliv. Lall. *totis urbis* C H S v, et edd. quædam vett. *urbi* deest in χ. Mox, pro *tectis ac mænibus*, quod servant codd. Lambini, Pal. 2. ed.

#### NOTÆ

Seneca satis indicat his verbis, ‘*primusque dies dedit extremum.*’

<sup>d</sup> *Quibus nascimur*] Celebrabant Romani diem suum natalem, et amicum.

<sup>e</sup> *Quod salutis certa lætitia est*] Cum conservamur, de salute nostra dubitare non possumus, ideoque dies ille nobis felix est et lætus: at cum nascimur, incertum est an bona, malane sit futura vitæ nostræ conditio. Et enim quotocumque vita prospera et felix contingit! certe extitere populi qui, cum quis nasceretur, miseram illius conditionem lamentabantur.

<sup>f</sup> *Romulum, ad Deos*] Sic refert de eo Aurelius Victor de Viris Illust. cap. 2. ‘Cum ad Capræ paludem exercitum lustraret, nusquam comparuit: unde inter patres et populum seditione orta, Tullius Proculus, vir

nobilis, in concionem processit, et iurejurando firmavit, Romulum a se in colle Quirinali visum augustiore forma, cum ad Deos abiret; eundemque præcipere ut seditionibus abstinerent, virtutem colerent; futurum, ut omnium gentium domini existerent. Hujus auctoritati creditum est, ædes in colle Quirinali Romulo constituta, ipse pro Deo cultus, et Quirinus est appellatus.’

<sup>g</sup> *Debet is*] Significat se tum apud cives, tum apud posteros in honore debere esse, quod consul hanc urbem ab incendio servavit: unde se tacite cum Romulo confert.

<sup>h</sup> *Templis, delubris*] ‘Tempora dicuntur singulorum locorum Diis attributorum: delubra vero multarum ædium sub uno tecto, a diluvio pluviarum munitarum,’ &c. Ita Festus.

mœnibus subjectos prope jam ignes circumdatosque restinximus: iidemque gladios in rempublicam destructos retudimus, mucronesque eorum a jugulis vestris dejecimus.

3. Quæ quoniam in senatu illustrata, patefacta, comperta<sup>7</sup> sunt per me; vobis jam exponam breviter, Quirites; ut et quanta, et quam manifesta, et qua ratione investigata et comprehensa sint, vos, qui ignoratis, ex actis<sup>8</sup> scire possitis.

Principio, ut Catilina<sup>9</sup> paucis ante diebus erupit ex urbe, cum sceleris sui socios, hujusce nefarii belli acerrimos duces Romæ reliquisset; semper vigilavi et providi, Quirites, quemadmodum in tantis et tam absconditis insidiis salvi esse possemus. 11. Nam tum, cum ex urbe Catilinam ejiciebam, (non enim jam<sup>1</sup> vereor hujus verbi invidiam, cum illa magis sit timenda, quod vivus exierit) sed tum, cum illum exterminari volebam, aut reliquam conjuratorum manum<sup>b</sup> simul exituram, aut eos, qui restitissent,<sup>2</sup> infirmos sine illo ac debiles fore putabam. 4. Atque ego, ut vidi,<sup>3</sup>

<sup>b</sup> Turbam.



Wald. Venet. 1480. Lamb. Grut. Schntz. Matthiæ, *tectis omnibus* exhibent C H S ψ, Rom. Brix. Medic. Naug. et Venet. 1483. *tectis omnibus ac mœnibus* codd. Mureti, Barb. χ, Aldus nepos, Beck. *tectis ac mœnibus omnibus* Græv. e Duisb. Deinde, pro *iidemque*, C H S et Venet. 1483. habent *item*; Duisb. et χ *itidemque*; Barb. ψ, et Venet. 1480. *itemque*. Pro *destructos*, edd. vett. exhibent *districtos*. Pro *retudimus*, Colon. legit *retrosimus*; unde Gulielm. conj. *retorsimus*; al. ap. Grut. *retusimus*; Barb. Franc. et χ *retrudimus*. Pro *jugulis vestris*, ψ habet *vigiliis nostris*. Denique pro *dejecimus*, quod servant codd. Mureti, Græv. 2. Franc. C. ed. Wald. Ott. Wetzel. Beck. *rejecimus* præbent Barb. et vulgg.—7 Ita Græv. 2. Duisb. Barb. C S χ, Venet. 1480. 1483. Crat. Græv. Ott. Wetzel. *compertaque* Hervag. Cam. Lamb. Grut. *comparata* H. *compata* ψ. *patefacta sunt comperta* Franc. Mox, et ante *quam* omittunt H S.—8 Ita codd. aliquot, Venet. 1480. 1483. Crat. Hervag. Cam. Beck. *ex actis* est etiam in H S ψ. et *ex actis* C. *exacte* codd. Ursin. *qui et ignoratis et expectatis* Naug. Manut. Græv. Oliv. Lall. Oxon. *qui ignoratis et expectatis* Lamb. Grut. Verb. *vos et qui ign. et exp.* Græv. 2.—9 *Catilinam* ψ. Mox, et *hujusce* C H S χ, Victor. Manut. Lamb. sed copula deest in Barb. Grut. et recentt. Paulo post, *ut providerem* ψ. Dein, pro *insidiis*, quidam libr. ap. Muret. habent *periculis*. Pro *possemus*, Franc. *possimus*; Græv. vero in not. ait *possitis*.

CAP. II. 1 Cod. ψ *non jam*, omisso enim. Mox, pro *exierit*, quod firmant codd. Mureti, Barb. alii, cum ed. Venet. 1480. Lamb. et seqq. *egressus est* legunt C H S, Venet. 1483. Naug. Cam. et al. ante Lamb. Deinde, *exterminare* Franc.—2 Ita codd. Mureti, et Lambini, item Venet. 1480. Victor. Steph. Lamb. seqq. *remansissent* C H S ψ, Barb. Venet. 1483. Hervag. Man. Cam. Actutum *sine ullo* ψ. *fore* deest in C H S, pro quo *esse* legitur in χ.—3 *At ego ut vidi* Venet. 1480. et Beck. *Atque ego vidi* Pal. 2. Hitt. Græv. 1.



quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse, et Romæ remansisse; in eo omnes dies noctesque consumsi, ut, quid agerent, quid molirentur, sentirem ac viderem; ut, quoniam auribus vestris, propter incredibilem magnitudinem sceleris, minorem fidem faceret oratio mea, rem ita comprehenderem, ut tum demum animis<sup>c</sup> salutem vestræ provideretis, cum oculis maleficium<sup>e</sup> ipsum videretis. Itaque ut comperi,<sup>i</sup> legatos Allobrogum,<sup>k</sup> belli<sup>l</sup> Transalpini,<sup>l</sup> et tumultus Gallici excitandi causa, a P. Lentulo esse sollicitatos, eosque in Galliam ad suos cives, eodemque itinere, cum literis mandatisque,<sup>m</sup> ad Catilinam esse missos, comitemque iis adjunctum<sup>6</sup> Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam literas; facultatem<sup>d</sup> mihi oblatam putavi, ut, quod erat difficillimum, quodque ego semper

<sup>c</sup> Conjunctionem.<sup>d</sup> Occasionem.

2. Pith. Grut. Græv. At ubi vidi Duisb. probante Garat. At vero ut vidi conj. Henm. Atqui, &c. conj. Scheller. Mox, esse nobiscum Lamb. Mannt. Deinde, noctes diesque Franc. quidre molirentur C χ. auribus nostris χ.—4 Voc. animis deest in Pal. 2. probantibus Grut. et Henm. pro quo omnis habet ψ. animis salutique Barb. et Lamb. non ut tum d. omnis nostræ salutem Pal. 1. nostræ etiam ψ. ut tum d. adminiculum salutem Duisb. Mox, ipsum deest in H S, Venett. 1480. 1483.—5 Voc. belli deest in χ. Mox, eosdem in Galliam Barb. Deinde, pro eodemque, quod habent Græv. 1. Franc. Duisb. Barb. C χ ψ, ed. Wald. Græv. seqq. eodem Venett. 1480. 1483. Lamb. 1566. Grut. mandatis ψ. esse deest in C H S.—6 C H S his adjunctum esse; codd. Lambini, Græv. 2. Venett. 1480. 1483. iis adjunctum esse. Mox, Titum Vulturcium Græv. 1. T. Vull. Orell. Deinde, esse datas codd. Grævii. Voc. datas omittunt C H S. ad C. mandatas literas ψ. mihi ablatam Græv. 1. 2. Franc.

## NOTE

<sup>i</sup> Comperi] Per Fangam, amicum Allobrogum, totam conjunctionem comperit.

<sup>k</sup> Allobrogum] Allobroges populi Galliæ fuerunt juxta Rhodanum, nunc Sabaudi et Delphinates, tunc autem socii pop. Rom. populi fortes et generosi, qui a conjuratis vocati sunt.

<sup>l</sup> Transalpini] In ulteriore Gallia bellum dicebatur, et tumultus in citeriore: in eo vero differt tumultus a bello, quod bellum latinus sit no-

men, nec tam grave quam tumultus. Tumultus enim perturbatio tanta est, ut timorem longe maximum excitet; quia vel in Italiæ sinu, vel in Galliis Italiæ proximis, excitabatur. De utroque dicitur Phil. VIII.

<sup>m</sup> Cum literis mandatisque] Legati Allobrogum ad Catilinam cum literis et mandatis missi sunt, quibus videlicet significabatur, ut fides eis haberetur. Gallice dicimus *des lettres de créance*.

optabam<sup>7</sup> a Diis immortalibus, tota res non solum a me, sed etiam a senatu et a vobis manifesto deprehenderetur. 5. Itaque hesterno<sup>8</sup> die L. Flaccum<sup>n</sup> et C. Pontinum, prætores fortissimos, atque amantissimos reipublicæ viros, ad me vocavi: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi. Illi autem, qui omnia de republica præclara atque egregia sentirent,<sup>9</sup> sine recusatione ac sine ulla mora negotium susceperunt, et, cum advesperasceret, occulte ad pontem Mulvium<sup>o</sup> pervenerunt, [p. 112.] atque ibi in proximis villis ita bipartito fuerunt, ut Tiberis inter eos et pons interesset. Eodem<sup>e</sup> autem et ipsi,<sup>10</sup> sine cujusquam suspicionem, multos fortes viros eduxerunt, et ego ex præfectura Reatina<sup>p</sup> complures delectos adolescentes, quorum opera in republica assidue utor, præsidio<sup>11</sup> cum gladiis miseram. 6. Interim<sup>12</sup> tertia fere vigilia<sup>q</sup> exacta, cum jam pontem Mul-

<sup>e</sup> Huc.

Pith. at quod erat Franc.—7 Ernesti conj. *optaram*, probante Beck. Mox, ut tota res Græv. 1. Franc. Duisb. Deinde, *senatu a vobis C H S. manifeste* C H S ψ, Ven. 1483. Victor. Manut. Lamb. Crat.—8 *C externo*. Mox, *Pomptinum* Franc. Barb. et liber Capellii ap. Muret. *Pontinum* Ven. 1480. 1483. Naug. Hervag. Oliv. et Oxon. *Pomptinum* χ. *G. Pontinum* Græv. 1. 2. Paulo post, *advocari*, omisso *me*, unus cod. Gulielmii; *ad me advocavi* cod. Lamb. *ad me convocavi* Ven. 1480. *omnem* omittunt Græv. 1. 2. Pith. cod. Lamb. et ed. Græv. non improbante Ernesti. Deinde, *quid mihi fieri* Ven. 1480.—9 Cod. χ *sentirent etiam*. Mox, pro *Mulvium*, quam scripturam retinent codd. Grævii, Manut. 1583. Grut. Græv. Verb. seqq. *Mulinam* habet vet. lib. Car. Steph. *Miltium* codd. Oxon. Lall. Oliv. Pro *bipartito*, quod firmant Duisb. Græv. 1. Victor. R. Steph. Hervag. Cam. *bipartiti* edd. quædam vett. Deinde *eos* deest in χ.—10 C H S omittunt *et ipsi*. Voc. *fortes* deest in χ. Actutum, *eduxerant* Græv. 1. χ Lamb. Pro *complures*, χ habet *multos*; Græv. 2. *quam plures*. Idem cod. cum edd. quibusdam vett. *dilectos*. Deinde *opera* deest in C H S.—11 Ita ed. Wald. Venet. 1480. Matthiæ, Beck. in *reip. utor assidue præsidio* Gavat. *assidue utor in R. P. præsidio* Barb. Rom. Brix. Mediol. Venet. 1483. *utor assidue in reip. præsidio* codd. Oxon. Hervag. Cam. Grut. Lamb. Græv. *utor assidue in rep. præsidio* al. vett.—12 *Interea* ψ. Mox, *cum magno comitatu* edd. vett. *cum* deest in Græv. 1. Franc. Duisb. Barb. ed. pr. Ven. 1480. 1483. Græv. Oliv. Lall. Oxon. *pontem cum magno com.* Crat. Cam.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *L. Flaccum*] L. Flaccum postea Cicero repetundarum ream in iudicio defendit.

<sup>o</sup> *Pontem Mulvium*] Pons Mulvius extra urbem est, versus Etruriam, supra Tiberim, sexdecim stadiis ab urbe Roma.

<sup>p</sup> *Præfectura Reatina*] Reate Sabinorum est oppidum, Varronis patria. Hic nunquam habebantur, et ibi magistratus Rom. jus dicebat.

<sup>q</sup> *Tertia fere vigilia*] Nox in quatuor vigiliis divisa erat, et vigilia quælibet in tres horas.

vium magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, unaque Vulturcius; fit in eos impetus; educuntur et ab illis gladii, et a nostris: res erat prætoribus nota solis: ignorabatur a ceteris. III. Tum, interventu Pœntini<sup>1</sup> atque Flacci, pugna, quæ erat commissa, sedatur: literæ, quæcumque erant in eo comitatu, integris<sup>f</sup> signis, prætoribus traduntur: ipsi comprehensi, ad me, cum jam dilucesceret, deducuntur. Atque horum<sup>2</sup> omnium scelerum improbissimum machinatorem<sup>g</sup> Cimbrum Gabinium, statim ad me, nihildum suspicantem, vocavi. Deinde item arcessitur<sup>3</sup> P. Statilius, et post eum C. Cethegus: tardissime autem Lentulus venit,<sup>4</sup> credo quod literis dandis, præter consuetudinem, proxima nocte vigilarat. 7. Cum vero<sup>5</sup> summis ac clarissimis hujus civitatis viris, qui, audita re, frequentes ad me mane convenerant, literas a me prius aperiri,

<sup>f</sup> Non apertis.

<sup>g</sup> Auctorem.

//////////

Lamb. 1566. 1584. al. Post comitatu Franc. addit *ascenderent*. Deinde, *Atobrogun C. Allobroges* Græv. 1. et  $\chi$ . sic in eos  $\psi$ . ducuntur et ab illis Græv. 1. et  $\psi$ . educuntur gladii ab illis Græv. 2. Franc. et educuntur ab illis Duisb. educuntur ab illis H S, Barb. Ven. 1480. 1483. Denique, *res pratoribus erat nota solis* Græv. 1. *res nota erat prætoribus solis* Franc.

CAP. III. 1 Vide ad cap. præced. Pro *sedatur*,  $\chi$  habet *sedebatur*. Idem cod. mox, *ipsi vero comprehensi*; C *ipsi deprehensi*. Deinde, *jam elucesceret* C  $\chi$ ; *jam delucesceret* Græv. 1. 2.—2 *Atque eorum* Duisb. *omnium* deest in  $\psi$ . Pro *improbissimum*, quod firmant codd. Mureti, Barb. Venet. 1480. 1483. *improbissimorum* Steph. Lamb. et al. vett. *machinatorem improbissimum* nonnulli codd. ap. Lamb. Mox, *Gabinum*  $\chi$ . *nihil susp.* C S  $\psi$ , Venet. 1480. *nihil tum susp.* Barb. et Venet. 1483. *nihil tale susp.*  $\chi$ . *nihil dum tale susp.* codd. Mureti, Lamb.—3 *Deinde idem arcessitus est* Græv. 1. *Deinde item arcessitus est* codd. Mureti et  $\chi$ . *Deinde idem arcessitus* Duisb. *Deinde arcessitus C. Deinde accessitur* Steph. L. *Statilius* codd. Mureti, cum Ven. 1480. Nang. Cam. Muret. Græv. Oliv. Beck. Schutz. Matthiæ, et Orell. P. *Statilius* codd. Lambini, Grævii, et Barb. item Ven. 1483. Lamb. Grut. Crat. 1584. C. *Sabinus* H S C. P. *Statilius*  $\psi$ . *post eum Cethegus* omnes codd. Grævii, item edd. Victor. Maunt. Græv. Oliv. Lall.—4 H S *omittunt venit*. Mox, *in literis dandis* Pal. 2. H V, et liber Ahalæ; *quod in literis iis præter*, omisso dandis, Pall. 6. 9. *probante* Grut. *quod in literis dandis præter* Græv. 1. 2. *quod in literis his dandis* Franc. *dandis his*  $\psi$ . *quod literis dandis is* Duisb. quod placet Grævio. Garatono, quia in sex codd. Gruteri, tribus Grævii, Barb. et edd. Victor. Manut. Lamb. præpositio *in* legitur, Duisb. autem ea omissa, pronomen *is* alio loco habet, videtur scribendum esse, *quod is literis dandis*. Deinde, *vigilaverit* Duisb. *vigilaverat* Franc. et C.—5 *Voc. vero* omittunt Duisb.  $\chi$   $\psi$ , Steph. Lamb. Manut. Græv. *hujus civitatis* desunt in  $\chi$ . *frequentes*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Lentulus venit*] Is erat prætor, vir pinguis, et obesus, et somnolentus.

quam ad senatum deferri,<sup>6</sup> placeret; ne, si nihil esset inventum, temere<sup>h</sup> a me tantus tumultus injectus civitati videretur; negavi me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem. Et enim, Quirites,<sup>7</sup> si ea, quæ erant ad me delata, reperta non essent; tamen ego non arbitrabar in tantis reipublicæ periculis mihi esse nimiam diligentiam pertimescendam. Senatum frequentem<sup>8</sup> celeriter, ut vidistis, coëgi. 8. Atque interea statim, admonitu Allobrogum,<sup>9</sup> C. Sulpicium, prætorem, fortem virum, misi,<sup>9</sup> qui ex ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximum sicarum<sup>t</sup> numerum et gladiatorum extulit. IV. Introduxi Vulturcium sine Gallis: fidem ei<sup>u</sup> publicam,<sup>u</sup> jussu senatus, dedi: hortatus sum, ut ea, quæ sciret, sine timore indicaret. Tum ille, cum vix se ex magno timore recreasset,<sup>2</sup> dixit, a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata<sup>v</sup> et literas, ut servorum præsidio uteretur, et ad urbem quamprimum cum exercitu accederet: id autem eo consilio, ut, cum urbem omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum distributumque<sup>i</sup> erat, incendissent, cædemque infinitam civium

<sup>h</sup> *Inprudenter.*

<sup>i</sup> *Partitum et divisum.*

deest in C H S ψ. Deinde *aperiri prius* Lamb.—6 Ita Græv. 1. 2. χ, ed. Wald. Beck. Matthiæ, Orell. *referri* C H S ψ, Barb. Venet. 1480. 1483. Brix. Crat. Can. *deferre* Pith. *referrem* codd. Mureti, Pal. 2. Lamb. 1566. Grut. Græv.—7 *Quirites* deest in C S. *Quirites et si* habet χ. Mox, *reipublicæ* omittunt H S. Deinde, *esse mihi* Lamb. Matthiæ.—8 Græv. 1. Franc. et ψ *frequentem*. Actutum, et *celeriter* C.—9 Verb. *misi* deest in χ. Mox, *quod telum* in eodem cod. Pro *efferret*, C habet *afferret*. Denique et ante *gladiatorum* deest in χ.

CAP. IV. 1 Græv. 1. et χ omittunt *ei*. Actutum ψ habet *publice*. Idem cod. mox *scirent*. Pro *timore*, Franc. Græv. Lall. Schintz. et Matthiæ habent *metu*. Pro *indicaret*, Dnisb. legit *diceret*.—2 Ita quinque codd. Oxon. Græviani, Gruteriani, Paris. Lall. Barb. edd. vett. *recepisset* codex unus Mureti, Ald. nepos, Grut. Verb. Olivet. *Tum ille dixit quom, &c.* Barb. Itaque τδ *dixit suspectum* Grutero, Heumanno, Garatono. Mox, a *Catilina mandatum*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Admonitu Allobrogum*] Ex hoc loco patet Allobrogum legatos conscios fuisse conjurationis.

Vulturcio; nam sine auctoritate senatus, etiam a consule data non valebat.

<sup>t</sup> *Sicarum*] De his Orat. i. 16.

<sup>v</sup> *Mandata*] Vulturcius habebat

<sup>u</sup> *Fidem publicam*] Id est impunitatem ex fide publica pollicitus est

mandata, quæ a P. Lentulo ore proferret ad Catilinam.

fecissent; præsto esset ille, qui et fugientes<sup>3</sup> exciperet,<sup>4</sup> et se cum his urbanis ducibus<sup>x</sup> conjungeret. 9. Introducti autem Galli,<sup>y</sup> jusjurandum sibi et literas a P. Lentulo,<sup>4</sup> Cethego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt; atque ita sibi ab his et a L. Cassio esse præscriptum, ut equitatum in Italiam quam primum mitterent; pedestres sibi copias non defuturas; Lentulum autem sibi<sup>5</sup> confirmasse ex fatis Sibyllinis<sup>z</sup> haruspicumque responsis,<sup>a</sup> se esse tertium illum Cornelium,<sup>b</sup> ad quem regnum hujus urbis atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se et Sullam fuisse: eundemque dixisse, fatalem hunc<sup>c</sup> esse annum ad interitum hujus urbis atque imperii, qui esset decimus annus post virginum absolutionem,<sup>d</sup> post

<sup>a</sup> *Reciperet et occideret.*

//////////

ψ: *ut et servorum conj.* Henm.—3 C *qui effugientes*; H S, *qui fugientes*. Mox, *his* deest in quatuor codd. Oxon. et Oliv.—4 *Lentulo*, omisso prænomine, H S χ, Venet. 1483. Crat. Lamb. Mox, *data* Græv. 1. *sibi* post *atque ita* deest in Franc. *ab his et Cassio* in eodem cod. Prænomen *L.* deest in C. Deinde, *nec defuturas* C.—5 *Voc. sibi* deest in C H S, Venet. 1480. 1483. probante Garat. Mox, *ex fastis* Gembl. *ex libris* cod. Mureti, χ ψ, Barb. Franc. Duisb. Lamb. Paulo post, *erat necesse* ψ. *eundemque Lentulum* Franc. Barb. χ. *eundem Lentulum* C. Deinde, *fatalem hunc esse annum urbis ad interitum hujus imperii* Franc. *post v. solutionem* C. *post v. solutione* χ. *autem post Capitoli*

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Ducibus*] Conjuratos, qui in urbe relicti fuerant a Catilina, duces urbanos nominat.

<sup>y</sup> *Introducti autem Galli*] Profert jam Allobrogum indicium, quod actis et scriptis primum exponit.

<sup>z</sup> *Ex fatis Sibyllinis*] Fata Sibyllina vaticinia sunt Sibyllarum, quæ, quia fata comprehendunt, fata, et casus, et interitus fatales vulgo vocabantur.

<sup>a</sup> *Haruspicumque responsis*] Harnspex, seu aruspex, hinc dici putatur, quia in ara exta animalium inspicit. Aliter censet Donatus, quod nempe <sup>c</sup> harnspex ab haruga nominatur: nam haruga dicitur hostia ab hara, in qua concluditur et servatur. Hara autem est, in qua pecora includuntur.<sup>7</sup>

<sup>b</sup> *Tertium illum Cornelium*] Dicebat Lentulus ex libris Sibyllinis tertium se esse Cornelium cui regnum portendebatur; scriptum enim erat in illis carminibus, tria κ. κ. κ. pessima: quod Græci ad Cappadoces, Cilices, et Cretenses referebant; Romani vero ad tres Cornelios, Cinnam, Sullam, et Lentulum.

<sup>c</sup> *Fatalem hunc*] Ut ipse accepisse se dicebat ab haruspicibus hunc fatalem annum advenisse, qui cruentus reipub. portendebatur.

<sup>d</sup> *Post virginum absolutionem*] Fabia, Vestalis virgo, non multo aute hanc conjurationem incesti causam dixit: ei Catilina objectus est. Fuit autem absoluta, quia soror erat Terentiæ, Ciceronis uxoris, ut scribit Asconius.

Capitolii autem incensionem<sup>e</sup> vicesimus. 10. Hanc autem Cethego cum ceteris controversiam fuisse<sup>6</sup> dixerunt; quod Lentulo et aliis, cædem Saturnalibus<sup>f</sup> fieri, atque urbem incendi placeret; Cethego nimium id longum videri. v. Ac, ne longum<sup>1</sup> sit, Quirites, tabellas<sup>l</sup> proferri jussimus, quæ a quoque dicebantur datæ. Primum ostendimus Cethego<sup>2</sup> signum:<sup>g</sup> cognovit:<sup>h</sup> nos linum incidimus:<sup>i</sup> legimus.<sup>k</sup> Erat scriptum ipsius manu Allobrogum<sup>3</sup> senatui et populo, sese, quæ eorum legatis confirmasset, esse facturum: [p. 113.] orare, ut item illi facerent, quæ sibi legati eorum recepissent. Tum<sup>4</sup> Cethegus, qui paulo ante aliquid de gladiis ac sicis, quæ apud ipsum erant deprehensæ, respondisset, dixissetque, se semper bonorum ferramento-

<sup>l</sup> Literas.



deest in  $\chi$ .—6 HS esse. Mox, quod cum Lentulo  $\psi$ , Hervag. Cam. Lamb. Actutum, et ceteris Naug. Hervag. Cam. atque aliis Crat. et aliis tres Pall. H U, Barb. Venett. 1480. 1483. Steph. Lamb. Grut. Saturnalibus cædem edd. ante Grut. Paulo post videretur Franc. ut conj. Heum. et Ernesti.

CAP. v. 1 At me longum C. At ne nimium longum Franc. tabellas proferimus Colon. et Græv. 2. quæque a quoque  $\chi$ . dicebantur latæ  $\psi$ .—2 Primo o. Cethego Pall. 2. 3. signum acnovit C. Pro linum, quod servant Pal. 10. Barb. Græv. 1. ed. pr. Venett. 1480. 1483. lignum præbent Gulielm. Græv. 2. Duisb. Deinde, post legimus, C H S  $\psi$ , Venett. 1480. 1483. addunt literas.—3 Quædam edd. manu; Allobr. Paulo post, pro recepissent, quod exhibent codd. Duisb. et Græv. uti et conj. Muret. probante Lambino, præcepissent legitur in edd. vett.—4 Tunc C. Mox, aliquid tamen de codd. Mureti, duo Pall. H U, omnes Grævii, Barb. Cam. Steph. Græv. Beck. Schutz. Matthiæ, et Orell. tamen omittunt codd. aliquot, Crat. Hervag. Lamb. Dein, post sicis  $\chi$  addit legati præcepissent. Manut. et Lamb. habent quæ apud illum itidem, &c. Barb. quæ apud eum erant deprehensa; HS, Venet. 1483. apud se;  $\chi$  et varr. lectt.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> Capitolii autem incensionem] L. Scipione et C. Norbano coss. custodum negligentia Capitolium conflavit, paulo ante Sullæ tempora: quod a Q. Catulo postea, Hortensio et Metello coss. restitutum est.

<sup>f</sup> Saturnalibus] Diem Saturnalium, qui in diem decimum quartum Februarii incidebat, seligere volebant ad cædem faciendam; quo tempore tota civitas omni generi lætitiæ, et voluptatibus dedita erat.

<sup>g</sup> Cethego signum] Antequam literæ reserarentur, cum quis ex eis convincendus erat, signum quo signatæ erant cognoscere jubebatur.

<sup>h</sup> Cognovit] Id est, agnovit signum suum, sive sigillum, et confessus est.

<sup>i</sup> Linum incidimus] Lineo filo literæ vinciebantur, ne apertæ essent omnibus.

<sup>k</sup> Legimus] Præsente senatu, et Cethego, lectæ sunt illæ literæ.

rum<sup>1</sup> studiosum fuisse; recitatis literis debilitatus<sup>5</sup> atque abjectus, conscientia convictus, repente conticuit. Introductus<sup>6</sup> Statilius, cognovit signum et manum suam. Recitatæ sunt tabellæ<sup>7</sup> in eandem fere sententiam:<sup>m</sup> confessus est. Tum ostendi tabellas<sup>8</sup> Lentulo; et quæsivi, cognosceretne signum.<sup>n</sup> Annuit. Est vero, inquam,<sup>9</sup> signum notum, imago avi<sup>n</sup> tui, clarissimi viri, qui amavit unice patriam et cives suos; quæ quidem te a tanto scelere etiam muta revocare debuit. II. Leguntur eadem ratione ad senatum Allobrogum populumque literæ: si quid<sup>10</sup> de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Atque ille primo quidem negavit: post autem aliquanto,<sup>11</sup> toto jam indicio exposito atque edito, surrexit:<sup>o</sup> quæsivit a Gallis,<sup>p</sup> quid sibi esset cum iis: quamobrem domum suam venissent; itemque a Vulturcio. Qui cum<sup>12</sup> illi breviter constanterque

<sup>n</sup> *Imaginem.*

Car. Steph. etiam *deprehensa*.—5 Codex unus Oxon. *debilitatus est*. Mox, *conscientia victus* Græv. 1. *convictus conscientia* Græv. 2. Actutum, *repente oblituit* Duisb.—6 *Introductus est* codd. Mureti, C H S χ, Barb. Venett. 1480. 1483. Lamb. Manut. 1583. Beck. et Orell. *est* omittunt Cam. Grut. Græv. Matthiæ. Mox, *et signum et manum suam* codd. Mureti, Græv. 1. 2. Venet. 1480. Naug. Hervag. Lamb. Græv. Beck. Orell. *manum et signum suum* Barb. Rom. Brix. Venet. 1483. Medic. Manut. Grut. Oliv. Lall. *signum et manum suam* est ex ed. Wald.—7 Franc. *tabulæ*. Mox, *eadem fere sententia* H S.—8 C *tabulas*.—9 Cod. χ *inquit*. Actutum, *signum quidem notum* Hervag. Lamb. Grut. *notum quidem signum* Cam. Græv. *notum signum* Venet. 1483. Crat. Schntz. Matthiæ, Orell. *signum notum* Franc. H χ. *quidem notum* desunt in C S. Mox, *patriam suam* Franc. Deinde, *mutare ac te vocare* χ.—10 C *si quis; χ sed si quid*. Mox, *fieri potestatem* C H S ψ.—11 Cod. ψ *uliquando*. Actutum, *toto Vulturii* C H S. Mox, *quæsivi* H S χ ψ. *et quid sibi e. c. i. et quamobrem* Duisb. Deinde, *convenissent* C H S ψ.—12 Cod. χ *quod cum*. Idem mox, *per quemque ad, &c.* Paulo post, *pro fatis*, opt. cod. Mureti, Manut. 1583. et Lamb. habent *libris*; Carrio Aut. Lect. III. 6. Gembl. Egmond. et ed. Be-

## NOTE

<sup>1</sup> *Ferramentorum*] Ferramenta dicuntur ferrea instrumenta. Posuit hic per metonymiam 'ferramenta' pro quolibet armorum genere.

<sup>m</sup> *In eandem fere sententiam*] Id est, quæ fere conveniebant cum illis rebus, quæ in Cethegi tabulis continebantur.

<sup>n</sup> *Avi*] Avus illius fuit P. Lentulus, qui Gracchum seditiosum inter-

fecit, et grave vulnus accepit, ne quid de summa reipub. dignitate minueretur. Nota autem quod sæpe in annulis sculpta clarorum virorum capita habentur.

<sup>o</sup> *Surrexit*] Lentulus sedebat, quia senator.

<sup>p</sup> *Quæsivit a Gallis*] Ab Allobrogibus quæsivit, quos non credebatur fore se prodituros.

respondissent,<sup>q</sup> per quem<sup>r</sup> ad eum, quotiesque venissent, quæsissetque ab eo,<sup>s</sup> nihilne secum esset de fati Sibyllinis locutus; tum ille subito, scelere demens,<sup>o</sup> quanta conscientiæ vis esset, ostendit: nam, cum id posset inficiari,<sup>13</sup> repente præter opinionem omnium confessus est: ita eum non modo ingenium illud,<sup>t</sup> et dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiam, propter vim sceleris manifesti atque deprehensi, impudentia, qua superabat omnes, improbitasque defecit. 12. Vulturcius vero subito proferri literas<sup>14</sup> atque aperiri jussit,<sup>u</sup> quas sibi a Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat. Atque ibi vehementissime perturbatus Lentulus,<sup>15</sup> tamen et signum suum et manum cognovit: erant autem scriptæ sine nomine, sed ita: ‘Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces:’<sup>16</sup> cura, ut vir sis, et quem in locum sis progressus cogita, et vide, quid jam tibi sit necesse: cura, ut omnium tibi auxilia adjungas, etiam infirmorum.’<sup>p</sup> Gabinius<sup>17</sup> deinde introductus, cum primo in-

<sup>o</sup> *Attonitus.*

<sup>p</sup> *Servorum.*

//////////

roald. *fastis*. Deinde, *vis conscientiæ* Franc. Venet. 1483. Hervag. Manut. Græv. *conscientiæ vis* retinent Barb. alique cod. item Venet. 1480. Naug. Lamb. Grut. et recentt.—13 Franc. *cum posset infitari infirmarique*. Actutum, *repente propter* ψ. Voc. *opinionem* deest in χ. Mox, *ita illum enim non modo* Franc. In fine periodi *deficit* C.—14 Voc. *litteras* deest in C. Pro *jussit*, quod firmant codd. plurimi, *jubet* habent codd. Lambini, Græv. 1. 2. χ, Steph. Manut. 1583. probante Ursino. Pantagathus maluit aut *petit* aut *postulat* legi. *Vulturcium v. s. proferre l. aperire jussi* al. improbante eodem Ursino. *Vulturcius v. s. proferre l. atque aperire jubetur* Franc.—15 Dnib. *perturbatus est Lentulus*. Actutum, *et tamen* in eodem cod. *et ante signum* deest in C H S. Iidem codd. omittunt *suum*. Lamb. habet *et signum et munus suam*. Mox, *autem* deest in ψ: *scriptæ* omittunt Græv. 1. nonnulli ap. Lamb. et Steph.—16 *Quis sim, &c.* Barb. *Quis sim scies ex eo quem ad te misi* Franc. *Qui sim scies ex eo quem ad te misi* Græv. 1. Dnib. C ψ. *Ex eo quem ad te misi scies* codd. Mureti. *cognosces* deest in codd. quibusdam Oxon. Mox, *et cogita q. in l. sis progressus, et vide* edd. vett. *et ante cogita* deest in Franc. *Ante vide* copulam omittunt codd. Lambini. *Nostrum ordinem* ex ed. Wald. dedit Ernesti. Deinde, *necesse: et curu* nonnulli codd. Lambini, Franc. Dnib. χ. Denique, *et etiam quid jam infirmorum* ψ.—17 *Gavinus primo* Græv. 1. *Gabi-*

#### NOTÆ

<sup>q</sup> *Respondissent*] Semper asserendo Allobroges responsum dedere, Vulturcium cum eis egisse.

<sup>r</sup> *Per quem*] Per P. Umbrenum.

<sup>s</sup> *Ab eo*] A Lentulo scilicet.

<sup>t</sup> *Ingenium-illud*] Acutum et excel-

lens fuit ejus ingenium, sed statim defecit.

<sup>u</sup> *Aperiri jussit*] Nihil rennit ille Vulturcius, quia impunitas ei promissa erat.



pudenter respondere cœpisset, ad extremum nihil ex iis, quæ Galli insimulabant, negavit. 13. Ac mihi quidem,<sup>18</sup> Quirites, cum illa certissima sunt visa argumenta atque indicia sceleris, tabellæ, signa, manus, denique uniuscujusque confessio, tum multo illa certiora, color, oculi, vultus, taciturnitas: sic enim obstupuerant,<sup>19</sup> sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se aspiciebant,<sup>9</sup> ut non jam ab aliis indicari, sed indicare se ipsi<sup>20</sup> viderentur.

VI. Indiciis expositis atque editis, Quirites,<sup>1</sup> senatum consului, de summa republica quid fieri placeret. Dictæ sunt<sup>2</sup> a principibus<sup>x</sup> acerrimæ ac fortissimæ sententiæ, quas senatus sine ulla varietate est consecutus. Et quoniam nondum est perscriptum<sup>3</sup> senatusconsultum, ex memoria<sup>y</sup> vobis, Quirites, quid senatus censuerit, exponam. 14. Primum mihi gratiæ verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia<sup>4</sup> mea, respublica periculis sit maximis liberata: deinde L. Flaccus et C. Pomtinus,<sup>5</sup> prætores, quod eorum opera forti fidelique usus

<sup>9</sup> *Aspiciebant se mutuo.*



nus primum Franc.—18 *At mihi quidem* ψ. Mox, *visa sunt* C. Paulo post, *tamen multo* Franc. Deinde, *oculi, color vultus* Græv. 1. Franc. *tum multo certiora, ille color oculi, vultus* Pith.—19 Franc. *obstupuerunt*. Mox, *sic furtum n. intra* ψ. Pro se, Steph. legit *sese*. Deinde, *jam deest* in Franc. *ab aliis judicari* χ.—20 Ita Rom. 1480. Brix. Mediol. ed. Wald. Steph. Beck. Schütz. Orell. *sed ipsi se indicare* Venett. 1480. 1483. Lamb. *sed ipsi a se* Ald. Crat. Cam. Grut. Græv. Matthiæ. Cf. Beier. ad Offic. tom. 1. p. 247.

CAP. VI. 1 *O Quirites* Franc. et Græv. 2. Mox, *de summa reipublicæ salute* plerique codd. Mureti, Cujacii, Duisb. Barb. Lall. quinque Garat. HS χ ψ, Ven. 1480. 1481. Mediol. *de summa reipublicæ* Ald. Crat. Grut. *de summa republica* opt. cod. Grævii, Lamb. in marg. Græv. Henm. Lall. Wetz. Beck. Orell. *fieri liceret* ψ.—2 *Dictæ sunt autem* χ. Mox, *pro sine ulla varietate*, quam lect. præbet Hervag. *sine mora* habent C H S et ed. Wald. *sine ulla mora* Venett. 1480. 1483. Crat. Deinde, *est secutus* codd. Lamb. Barb. Duisb. C.—3 Cod. ψ *præscriptum*. Pro *exponam*, Gulielm. conj. *expromam*.—4 H S *prudencia*. Mox, *maximis* deest in Franc.—5 Vide supra ad cap. 2. *Actutum, prætores populi R. C. H. pater p. v. S* ψ. Mox, *collegæ meo C. An-*

#### NOTE

<sup>x</sup> *A principibus*] Primus dicebat sententiam, quem censores senatus principem legerant: tum sequebantur viri consulares: denique reliqui

senatores. Vide quid de ea re scripserit Gell. xiv. 7. auctore Varrone.

<sup>y</sup> *Ex memoria*] Id est, exponam, quantum meminisse poterō.

essem, merito ac jure laudantur: atque etiam viro forti, collegæ meo,<sup>z</sup> laus impertitur, quod eos, qui hujus conjurationis participes fuissent, a suis et reipublicæ consiliis removisset. Atque ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se prætura abdicasset,<sup>a</sup> tum<sup>6</sup> in custodiam<sup>b</sup> traderetur: itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinus, qui omnes præsentibus erant, in custodiam traderentur: [p. 114.] atque idem hoc decretum est in L. Cassium,<sup>7</sup> qui sibi procuracionem incendendæ urbis depoposcerat; in M. Cæparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam esse attributam, erat indicatum; in P. Furium, qui est ex his colonis, quos Fesulas L. Sulla deduxit; in Q. Manlium<sup>8</sup> Chilonem, qui una cum hoc Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus; in P. Umbrenum, libertinum hominem,<sup>9</sup> a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. Atque ea lenitate senatus est usus, Quirites, ut ex tanta conjuratione, tantaque vi ac multitudine<sup>10</sup> domesticorum



tonio Hervag. Cam. Lamb. C. Antonio deest in codd. Mureti, Lambini, tribus Pall. plerisque Grævii, Barb. et Venett. 1480. 1483. collegæ Antonio meo habet Franc. laus impartitur C H S. hujus deest in iisdem codd. Deinde, a suis et a reip. codd. Grævii, Lambini, C, Græv. Matthiæ; a suis de rep. conj. Schutz. a suis r. p. ed. Wald. a suis, id est reip. conj. Henm. Vid. Beier. ad Offic. tom. II. p. 65.—6 Particula tum deest in χ, Franc. et Pith. in custodia Franc. C S ψ. Mox, G Cethegus Græv. I. prænomen omittunt H S. P. L. Statilius ψ. Deinde in custodia Græv. I. ψ. in cust. darentur Lamb. et Oliv.—7 L. Crasum χ. quod sibi in eodem cod. Mox, pro Cæparium, χ habet Leccam. Tum, Apulia esse attributa Franc. Apulia esset attributa Venett. 1480. 1483. Apulia attributa esset C H S. erat idem edictum iisdem codd. et ψ. in Furium Publicum H. Verba qui est desunt in ψ. Deinde, pro ex his colonis, quam lectionem exhibent Ald. Victor. Crat. R. Steph. Henm. Lall. Wetzel. et Beck. ex iis coloniis præbent Venett. 1480. 1483. ex iis colonis Orell. quas Fesulas edd. vett. Denique, Sylla deduxerat Duisb. et χ.—8 Magium de Sylvi conj. Lamb. et Lall. una cum Furio, omisso hoc, Franc. Mox, hac omittunt Henm. et ψ. Deinde, sollicitudine versatus C H S.—9 Lamb. hominem libertinum. Actutum, a quo primus χ. Mox, adductos esse C.—10 Franc. tanta

#### NOTÆ

<sup>z</sup> Collegæ meo [C. Antonio] Is Antoninus collega fuit in consulatu Ciceronis, sive consul secundus, qui primo quidem Catilinæ studuerat, sed per Ciceronem a conjuratione revocatus est. Vide Sallust.

<sup>a</sup> Se prætura abdicasset] Privabantur suis honoribus scelerati cives,

antequam reipub. pœnas darent, quia sacrosancti habebantur magistratus.

<sup>b</sup> In custodiam] Non in publicam custodiam dati sunt, sed apud aliquos e civibus; ubi laterent incogniti detenti, ne aliquo plebis tumultu educerentur.

hostium, novem hominum perditissimorum pœna, republica conservata, reliquorum mentes sanari posse arbitraretur. 15. Atque etiam supplicatio<sup>c</sup> Diis immortalibus pro singulari eorum merito, meo nomine decreta est, Quirites; <sup>11</sup> quod mihi primum post hanc urbem conditam togato contigit: <sup>d</sup> et his decreta verbis est ‘Quod urbem incendiis cæde cives, Italiam bello liberassem.’ Quæ supplicatio si cum ceteris <sup>12</sup> conferatur, Quirites, hoc intersit, quod ceteræ bene gesta,<sup>e</sup> hæc una, conservata republica, constituta est. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. Nam P. Lentulus, quamquam (patefactus <sup>13</sup> indiciis et confessionibus suis) iudicio senatus, non modo prætoris jus, verum etiam civis amiserat, tamen magistratu se abdicavit; <sup>f</sup> ut, quæ religio<sup>g</sup> C.

*hac multitudine.* Mox, *republica* ψ.—11 *Quirites* deest in C χ. Actutum, quod primum mihi Franc. hanc deest in Græv. 1. C H S χ. *togato contingit* H. ex his C H.—12 Ita Ald. Crat. Grut. Beck. et Schutz. *ceteris supplicationibus* codd. Mureti, Græv. 1. 2. Franc. Paris. Barb. C H S χ, Venett. 1480. 1483. al. vett. item Lamb. Græv. Lall. Matthiæ, Orell. Mox, pro *hoc intersit*, quod servant plurimi codd. et edd. vett. *hoc interest* legunt Græv. 2. Duisb. Pith. *hoc inter* Græv. 1. et Franc. Deinde, *ceteræ de rep.* C S ψ, Venett. 1480. 1483. probante Garat. *certe de rep. H. gestæ* χ.—13 Ita Ald. Crat. Lamb. seqq. *patefactis* Græv. 1. χ, Venett. 1480. 1483. al. nsque ad Ald. Mox, pro *verum*, χ habet sed. Particula *etiam* deest in H S. *tamen a magis-*

## NOTÆ

<sup>c</sup> *Supplicatio*] Supplicatio ex senatus decreto tum decernebatur, cum quis imperator rem feliciter in bello gesserat: ibant ad templa, et ad omnia Deorum pulvinaria gratias agebant.

<sup>d</sup> *Togato contigit*] Hic honos maximus habebatur, et nulli antea togato, et in urbe manenti, decretus erat.

<sup>e</sup> *Quod ceteræ bene gesta*] Id est, ceteris supplicatio decernebatur, qui feliciter pugnauerant in bello: at Ciceroni, quod sua industria a repub. bellum propulsarit, et hostes sine armis expulerit. Cotta, vir summo ingenio, et bene de repub. meritis, assentientibus omnibus, hujus decernendæ supplicationis auctor fuit.

<sup>f</sup> *Magistratu se abdicavit*] Plutarchus de eo ait, posuisse vestem purpuream in medio senatu, qua indutus erat, et assumssisse suæ fortunæ congruam.

<sup>g</sup> *Quæ religio*] Commendat suum illud factum comparatione illius quod a Mario factum est: nam nihil moratus est ille, quominus Glauciam interficeret, qui Saturninum tribunum plebis contra remp. molientem secutus fuerat. Nulla autem religione tenebatur sic agere: at ipse Cicero religione obstringebatur, quia decretum non solum fuit a senatu, ut viderent consules ne quid repub. detrimenti caperet, verum etiam, ut Lentulum in custodiam traderent.

Mario, clarissimo viro, non fuerat, quo minus <sup>14</sup> C. Glau-  
ciam, de quo nihil nominatim erat decretum, prætorem oc-  
cideret, ea nos religione in privato P. Lentulo <sup>h</sup> puniendo  
liberaremur.

VII. 16. Nunc, quoniam, <sup>1</sup> Quirites, sceleratissimi peri-  
culosissimique belli nefarios duces captos jam et compre-  
hensos tenetis, existimare debetis, omnes Catilinæ copias,  
omnes spes atque opes, his depulsis urbis periculis, con-  
cidisse. Quem quidem ego cum ex urbe pellebam, <sup>2</sup> hoc  
providebam animo, Quirites, remoto Catilina, nec mihi esse  
P. Lentuli somnum, <sup>i</sup> nec L. Cassii adipem, <sup>k</sup> nec Cethegi  
furiosam temeritatem <sup>l</sup> pertimescendam. Ille erat <sup>m</sup> unus <sup>3</sup>  
timendus ex his omnibus, sed tamdiu, dum mœnibus urbis  
continebatur: omnia norat, omnium aditus tenebat: ap-  
pellare, <sup>a</sup> tentare, <sup>n</sup> sollicitare poterat, audebat: erat ei con-

<sup>a</sup> Salutare.



tratu exhibent C S. tamen magistratui ψ.—14 Idem codex, qui minus. Actum, prænomen C. deest in codd. Lambini, Græv. 1. Pith. et χ. Glauicum habent C H S. Cluudium ψ. Denique, prætorem occiderat χ.

CAP. VII. 1 Nunc etiam ψ. Idem cod. mox, sceleratissima periculosissima-  
que. Paulo post, spes opesque nonnulli codd. ap. Muret. et sic Lamb. Pro  
urbis, C habet verbis: pro concidisse, Græv. 1. condidisse.—2 Franc. Duisb.  
H S ψ, Venet. 1480. 1483. Crat. Hervag. Cam. depellebam. Mox non mihi  
Duisb. C H S χ ψ, et Victor. somnium Græv. 1. 2. Franc. Barb. H ψ, et ed.  
Wald. pertimescendum somnum χ. pertimescendum, nec Cassii adipem neque C.  
Cethegi Venet. 1480. pertimescendum, nec Cassii adipem neque C. Cethegi Barb.  
Totum locum ita exhibet Franc. nec mihi esse P. Lent. somnium, quo dicebat im-  
peratorem se esse illo anno cum interitu urbis futurum pertimescendumque Cassii  
adipem, nec C. Cethegi. C χ omittunt adipem. Prænomen L. omittunt Græv.  
1. 2. Franc. C. Cassii est in Pith. C. Cethegi habent etiam C H S.—3 Ille  
erat solus H S ψ. ex istis omnibus C χ. Mox, dum in his mœnibus χ. urbis de-  
est in Franc. Deinde, omnia enim norat χ. Pro appellare, ψ habet explorare.

#### NOTÆ

At Marius tantum jussus est a senatu  
rempub. conservare, neque ei quic-  
quam de Glauicia demandatum fu-  
erat.

<sup>h</sup> In privato P. Lentulo] Cum ma-  
gistratum deposuisset, privatus cen-  
sebatur: est autem argumentum a  
minore ad majus.

<sup>i</sup> Lentuli somnum] Adducit in con-  
tentum conjurationis socios. De Len-  
tulo paulo ante dictum est.

<sup>k</sup> Cassii adipem] Cassius erat obeso  
corpore, ac animo stolido.

<sup>l</sup> Cethegi furiosam temeritatem] Ce-  
thegus cædi præpositus fuerat, et  
damnarat sæpe sociorum ignaviam,  
et tarditatem ad facinus obeundum.

<sup>m</sup> Ille erat] Catilina maxime om-  
nium formidandus erat, utpote qui  
norat rationem alloquendi omnes, et  
solicitandi.

<sup>n</sup> Tentare] Tentabat et explorabat

silium ad facinus<sup>o</sup> aptum; consilio autem neque lingua, neque manus deerat. Jam ad certas<sup>4</sup> res conficiendas certos homines delectos ac descriptos<sup>b</sup> habebat: neque vero, cum aliquid mandaverat, confectum putabat: nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. 17. Hunc ego hominem tam acrem, tam paratum,<sup>5</sup> tam audacem, tam callidum, tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi ex domesticis insidiis in castrense latrocinium<sup>c</sup> compulsem, (dicam id, quod sentio, Quirites) non facile hanc tantam molem<sup>d</sup> mali a cervicibus vestris depulsem. Non ille nobis<sup>6</sup> Saturnalia constituisset,<sup>p</sup> neque tanto ante exitii et fati diem reipublicæ denuntiasset, neque commisisset, ut signum, ut literæ suæ testes denique manifesti sceleris deprehenderentur: quæ nunc,<sup>7</sup> illo absente, sic gesta sunt,

<sup>b</sup> *Dispositos.*<sup>c</sup> *Bellum et castra.**Magnitudinem.*

Verbum *audebat* suspectum est Henmanno.—4 *Jam ad ceteras* Rom. 1480. Ven. 1480. 1483. Crat. Cam. Grut. Heum. Oliv. *Jam ad certas* codd. Mureti, Grævii, Franc. Barb. Paris. ed. Wald. Lamb. Græv. seqq. *Mox, mandarat* Steph. *mandaret* χ. *non confectum putabat* ψ. *factum putabat* Franc. Deinde, *ille obiret* C.—5 Duisb. *tam paratum ad facinus.* Verba, *tam paratum tam audacem* desunt in χ. *Mox, tam perditis*, ommissa præpositione *in*. Deinde *insidiis* deest in χ. *in castrensem l. expulsem* habet C. *dicam quod*, omisso *id*, χ ψ. *Quirites* omittunt H S. *O Quirites* habet Franc. *vestri depulsem* χ. *vestris depulisset* C.—6 Ita Græv. 1. 2. Franc. Duisb. C H S χ, edil. pr. Venett. 1480. 1483. Græv. Beck. Orell. *Non ille vobis* Ald. Crat. Lamb. Grut. Verba, *neque l. a. e. et f. d. r. d. n. commisisset*, desunt in Græv. 1. et χ. *tanti* habent C H S ψ Græv. 2. Pith. Venett. 1480. 1483. *exitii ac fati* codd. aliquot, Græv. Lamb. Matthæ, et Orell. *exitium et fati* Ald. Crat. Cam. al. ante Græv. *neque aut exitii tanti aut facti* Barb. *neque ante exitii tanti aut facti* Venet. 1480. *neque tanti ante exitii ac facti* Venet. 1483. *exitium ac fati* Oxon. *denuntiavisset* H S Franc. Barb. Venet. 1483. Naug. Hervag. *Mox, denique* deest in Basilicano Gulielmii, Græv. 1. 2. Pith. Naug. sed id tumentur omnes alii codd. ‘Multi male distinguunt, *literæ suæ, testes,*’ &c. Orell.—7 Cod. ψ *quæ minime nunc.* *Mox, pro tanta in republica*, quod servant codd. vett. Mureti, Græv. 1. C H S Lamb. et Græv. *tanta in rep.* habent Naug. Ald. Crat. ed. 1566. Grut. Oliv. Lall. *tanta in R. P.* ed. pr. Rom. Venett. 1480. 1483. *hæc in tota r. p.* χ. *hæc in tota rep.* Colon. Græv. 2. Franc. *hanc in toltum rep.*

## NOTÆ

Catilina, quis cujusque esset animus,  
vel pro republ. vel contra rempub.

<sup>o</sup> *Ad facinus*] Seu bonum, seu malum, obeundum.

*Delph. et Var. Clas.*

<sup>p</sup> *Saturnalia constituisset*] Saturnalium diebus urbem incendere, et occidere cives statuerat.

*Cicero.*

4 Q Q

ut nullum in privata domo furtum nunquam sit tam palam inventum, quam hæc tanta in republica conjuratio manifesto inventa atque deprehensa est. Quodsi Catilina in urbe<sup>s</sup> ad hanc diem remansisset; quanquam, quoad fuit, omnibus ejus consiliis occurri atque obstiti, tamen, ut levissime dicam,<sup>q</sup> dimicandum nobis cum illo fuisset, [*p.* 115.] neque nos unquam, dum ille in urbe hostis fuisset, tantis periculis rempublicam, tanta pace, tanto otio, tanto silentio, liberassemus.

VIII. 18. Quanquam hæc omnia, Quirites, ita sunt a me administrata, ut Deorum immortalium nutu atque consilio et gesta et provisae esse videantur: idque cum conjectura<sup>r</sup> consequi possumus, quod vix videtur humani consilii tantarum rerum gubernatio esse potuisse; tum vero ita præsentibus his temporibus opem et auxilium nobis tulerunt, ut eos<sup>r</sup> pæne oculis videre possemus. Nam, ut illa<sup>2</sup> omittam, visas nocturno tempore ab Occidente faces<sup>s</sup> ardo-



conj. Fabr. Deinde, *manifeste* C H S Franc. Venet. 1483.—8 Verba in urbe omittit Franc. Mox, *quo affuit*  $\psi$ . ut deest ante *levissime*. Tum, *neque unquam*, omisso *nos*, C H. *cum ille in urbe* Græv. 1. *cum ille hostis in urbe* Franc. *hostis esset* Græv. 1. C  $\chi$ . Denique, *liberavissimus* C.

CAP. VIII. 1 C H S  $\chi$  *idque conjectura*. Mox, Franc. et Erf. *quod videtur humani consilii gubernatio tantarum molem rer. cons. potuisse*; Græv. 1. *quod vix videretur h. c. t. r. g. e. potuisse*; sic Græv. 2. nisi quod scribit *potuissem*; Duisb. *quod vix v. humanis consiliis t. r. gubernationem quis consequi potuisse*; Barb. *humanis consiliis tantarum molem rerum g. consequi potuisset*; C et  $\chi$  *videatur*; *humanis consiliis* C H S  $\psi$ . *tantam molem* C H S. *tanta mole*  $\psi$ . *consequi* C H S  $\psi$ . *posse* H S. Deinde, *præstentem*  $\chi$ . Paulo post, in eodem cod. *videre possumus*.—2 *Nam ut illas*  $\psi$ . *visas jam nocturno* H S Venet. 1480. 1483. *ab occidente* omittunt C H S Venet. 1480. 1483. *Actutum, faces ardioresque*  $\chi$ . Mox, *pro jactus*,  $\psi$  *habet tactus*; Barb. *ictus*. Deinde, *pro ut terræ motus, ut cetera, quam lect. e conj.* Ernestii exhibent Garat. Wetz. Beck. *ut terræ motus ceteraque* Barb. Venet. 1480. 1483. *Crat. Grut. Matthiæ, Orell. ut terræ motus relinquam, ut omittunt cetera e codd. de Mureti sententia* Lamb. et Græv. *motus, ut cetera relinquam, quæ, &c.* conj. Schutz. *quæ tam multa desunt in quibusdam codd. quæ deest in B. tam deest in C. tam multa desunt in H S*  $\psi$ . *quæ et tam desunt in al. quæ ita nobis habent nonnulli*

#### NOTÆ

<sup>q</sup> *Ut levissime dicam*] Id est, ne gravioribus et atrocioribus verbis utar: nam bellum civile cum ipso gerendum fuisset.

<sup>r</sup> *Ut eos*] Id est, Deos videre possemus, licet videri non possint. Id dicit propter prodigia quæ his die-

bus visa sunt, quæ portendere aliquid reipub. videbantur.

<sup>s</sup> *Ab Occidente faces*] Apparuerunt stellæ crinitæ, quæ cometæ vulgo dicuntur: stellæ autem ejusmodi aliud nihil sunt, quam aër accensus, qui varias figuras exhibet.

remque cœli, ut fulminum jactus,<sup>1</sup> ut terræ motus,<sup>2</sup> ut cetera, quæ tam multa, nobis consulibus, facta sunt, ut hæc, quæ nunc fiunt, canere<sup>3</sup> Dii immortales viderentur; hoc certe, Quirites, quod sum dicturus, neque prætermittendum, neque relinquendum est. 19. Nam profecto memoria tenetis, Cotta et Torquato consulibus,<sup>4</sup> complures in Capitolio<sup>5</sup> res de cœlo esse percussas, cum et simulacra Deorum immortalium depulsa sunt, et statuæ<sup>6</sup> veterum hominum dejectæ, et legum æra<sup>7</sup> liquefacta: tactus est etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus;<sup>8</sup> quem inauratum<sup>9</sup> in Capitolio parvum atque lactentem,<sup>10</sup> uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Quo quidem tempore, cum haruspices ex tota Etruria<sup>11</sup> convenissent, cædes atque incendia, et legum interitum, et bellum civile ac domesticum, et totius<sup>12</sup> urbis atque imperii occasum appro-

<sup>3</sup> Prænuntiare.

codd. et edd. antiq. quæ ita jam nobis consulibus multa Franc. Paulo post, in eodem cod. neque prætermittendum est, neque derelinquendum.—3 Scheff. conj. cum Capitolio; χ habet de Capitolio. Pro res, quod tumentur tres Pall. U F Barb. et ed. Wald. turres legunt alii. Mox, percussus Dnisb. immortalium deest in χ. Pro depulsa, Græv. e Franc. malit delapsa. Deinde, pro et legum, ψ habet et regum; ita quoque Dnisb. æra l. sunt Franc. Barb. C H S χ Venett. 1480. 1483. tactus etiam ille Græv. l. et Heum. ac tactus est, &c. C. et tactus ille, &c. Dnisb.—4 Cod. χ quem quidem inauratum. Mox, lactentem ψ. et uberius malit Heum. Supinis nihilantem ψ.—5 H S ad totius. Voc.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Fulminum jactus] Varguntius Pompeius de cœlo exanimatus est.

<sup>2</sup> Terræ motus] Terræ motu Spole-tum totum concussum est, et quædam ædificia corruerunt. Vide de Divin. lib. 1. ubi omnia hæc prodigia versibus Cicero persecutus est.

<sup>3</sup> Cotta et Torquato cons. ] Anno urbis conditæ 688. quo tempore prior conjuratio facta est: de qua Sallustius.

<sup>4</sup> Complures in Capitolio] Arx munitissima erat in saxo Tarpeio, in qua arce plures erant turres.

<sup>5</sup> Statuæ] Statuæ olim ad æternam posteritatis memoriam ibi erectæ fuerant.

<sup>6</sup> Legum æra] Legum æra significant XII. Tabularum leges, quas in ære descriptas fuisse narrat Liv. lib. III.

<sup>7</sup> Romulus] Per Romulum, Romuli statuum intellige.

<sup>8</sup> Lactentem] Romulus sugens lac lupæ, et aperto ore captans, repræsentabatur.

<sup>9</sup> Haruspices ex tota Etruria] Haruspici-næ præ ceteris dediti fuerunt Etrusci, apud quos Tages, ejus disciplinæ inventor, extitit: immo ex senatus auctoritate quondam decretum est, ut sex filii principum singulis Etruriæ populis hac disciplina institnendi traderentur, ne ars illa

pinquare dixerunt, nisi Dii immortales, omni ratione placati, suo numine<sup>f</sup> prope fata<sup>e</sup> ipsa flexissent. 20. Itaque illorum responsis tunc et ludi decem per dies<sup>f</sup> facti sunt, neque res ulla, quæ ad placandum Deos<sup>6</sup> pertineret, prætermiſſa est: iidemque jusserunt, simulacrum Jovis facere majus, et in excelso collocare, et contra, atque ante fuerat, ad Orientem convertere: ac se sperare dixerunt, si illud signum, quod videtis, solis ortum, et forum, curiamque conspiceret, fore, ut ea consilia, quæ clam essent<sup>7</sup> inita contra salutem urbis atque imperii, illustrarentur, ut a senatu populoque Romano perspici possent. Atque illud<sup>8</sup> ita collocandum consules illi<sup>5</sup> locaverunt: sed tanta fuit operis tarditas, ut neque a superioribus consulibus,<sup>h</sup> neque a nobis ante hodiernum diem collocaretur. 1X. 21. Hic quis potest esse, Quirites,<sup>1</sup> tam aversus<sup>5</sup> a vero, tam præceps, tam mente captus, qui neget, hæc omnia, quæ videmus, præcipueque hanc urbem, Deorum immortalium nutu atque potestate administrari? Etenim cum esset ita responsum, cædes, incendia, interitumque reipublicæ comparari,<sup>2</sup> et

<sup>f</sup> *Suo potestate.*

<sup>5</sup> *Perversus.*

imperiū deest in S. Mox, suo numine placati χ. ipsa facta χ ψ.—6 Ita codd. tres Oxon. Rom. Brix. Mediol. et recentt. ad placandos Deos plerique codd. Græv. 1. Franc. Pith. Duisb. Barb. C χ ed. Wald. Venet. 1480. Matthiæ. quæ ad supplicandos pertinet habet Col. nude Gulielm. conj. quæ ad supplicandum pertinet; vel. quæ ad supplicia Deorum pertinet. Mox, idemque Græv. 2. C S. Pro facere, Barb. C et χ dant fieri; H facere maximum. C H S Venet. 1483. et Naug. excelsum. Actutum, collocari . . . converti Barb. et C. et ante contra omittunt C H S. antea fuerat exhibit Græv. 1. Denique, ita se sperare χ.—7 Idem cod. quædam essent. Mox, ut senatu perspici, omissis reliquis, C H S ψ.—8 Atque illud signum C χ ψ. Atque signum illud Græv. 1. 2. Pith. Duisb. Mox, pro locaverunt, quod firmant codd. Cujacii, Gruteri, Lambini, et Paris. voluerunt legunt Venet. 1480. 1483. statuerunt codd. aliquot, Crat. Lamb. Grut. Deinde, verba, neque a sup. cons. desunt in Græv. 1. neque nobis Col. et Græv. 2.

CAP. 1X. 1 Quirites deest in C H S χ. tam adversus habent χ ψ. tum præceps furore codd. Lamb. et Oliv. Mox, quæ vidimus χ.—2 C comperi. Actu-

#### NOTE

vilisceret.

<sup>e</sup> *Prope fata*] Decreta divina, seu fata, immutari non possunt: at secundum Tagem, tantum decem annos differri potuerunt.

<sup>f</sup> *Ludi decem per dies*] O cæcitatem

hominum! quasi ludis ejusmodi Dii placarentur!

<sup>5</sup> *Consules illi*] Cotta et Torquatus.

<sup>h</sup> *Superioribus consulibus*] L. Cæsar et C. Figulus consules ante Cicero-nem fuere.



ea a perditis civibus, quæ tum propter magnitudinem scelerum nonnullis incredibilia videbantur; ea non modo cogitata a nefariis civibus, verum etiam suscepta esse sensitis. Illud vero nonne ita præsens est, ut nutu Jovis Optimi Maximi<sup>3</sup> factum esse videatur, ut, cum hodierno die mane per forum meo jussu et conjurati, et eorum indices in ædem Concordiæ<sup>1</sup> ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur?<sup>k</sup> quo collocato, atque ad vos senatumque converso, omnia et senatus,<sup>4</sup> et vos, quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata et patefacta vidistis. 22. Quo etiam majore<sup>5</sup> sunt isti odio supplicioque digni, qui non solum vestris domiciliis atque tectis, sed etiam Deorum templis atque delubris sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati: quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam,<sup>h</sup> et non sim ferendus:<sup>1</sup> ille, ille Jupiter restitit: ille Capitolium, ille hæc templa, ille hanc urbem, ille vos omnes salvos esse voluit. Diis ego<sup>6</sup> immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatemque suscepi, atque ad hæc tanta indicia perveni. [p. 116.] Jam vero illa Allobrogum sollicitatio, sic a Lentulo<sup>7</sup> cete-

<sup>h</sup> Arrogabo.



tum, et ea per cives codd. Mureti, Fabric. Colon. Græv. 1. 2. Franc. Græv. Oliv. Lall. et ea per cives perditos C. et ea a perditis civibus Barb. Rom. Venet. 1480. Brix. et ea perditis civibus ψ. et a perditis civibus ed. Wald. et ea a civibus per cives Duisb.—3 Græv. 1. nutu omnium; C H S nutu Jov. Opt. ac maximi. Mox, hodierna Barb. et Venet. 1483. Deinde, jussu conjurati C H S χ. et eorum judices χ. qui eos judicaverant ψ. et ipso timore ψ. statuerunt χ.—4 C H S omnia senatus. Mox, contra senatum et salutem omnium Basilic. Dein, illustrata et desunt in C H S.—5 C majore; Franc. isti sunt majore odio; Græv. 2. majore sunt illi odio. Mox, verba, tectis, sed etiam D. templis atque desunt in C H S. Deinde, quibus ergo ψ. ut non sum C S χ ψ. ferendus Græv. 1. ille alterum deest in S ψ. Paulo post, cunctam hanc urbem Franc. Barb. χ. ille cunctam urbem Græv. 1. et al. ap. Lamb. nos omnes C H.—6 A Diis ego Franc. Diis ergo Duisb. χ ψ. Mox, Quirites deest in C H S.—7 Ita Venet.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> In ædem Concordiæ] In æde Concordiæ Cicero senatum habiturus erat. Tria fuerunt Romæ templa Concordiæ; unum in area Vulcani, aliud in arce, tertium in foro.

<sup>k</sup> Signum statueretur] Jovis simula-

crum.

<sup>1</sup> Non sim ferendus] Prædicat summum Deorum beneficium, quo ab incendio templa et mbs liberata est; quod sibi arrogare sine summa impietate non posset.

risque domesticis hostibus, tanta res, tam dementer<sup>m</sup> credita et ignotis et barbaris, commissæque literæ nunquam essent profecto, nisi a Diis immortalibus huic tantæ audaciæ<sup>l</sup> consilium esset ereptum. Quid vero?<sup>8</sup> ut homines Galli ex civitate male pacata,<sup>n</sup> (quæ gens una restat, quæ populo Romano bellum facere et posse et non nolle videatur) spem imperii et rerum<sup>9</sup> amplissimarum ultro sibi a patriciis<sup>o</sup> hominibus oblatam negligenter, vestramque salutem suis opibus anteponerent: id non divinitus<sup>10</sup> factum esse putatis? præsertim qui nos non pugnando, sed tacendo superarent?

x. 23. Quamobrem, Quirites, quoniam<sup>l</sup> ad omnia pulvinaria<sup>a</sup> supplicatio decreta est, celebratote illos dies<sup>b</sup> cum conjugibus ac liberis vestris. Nam multi sæpe honores Diis immortalibus justi<sup>c</sup> habiti sunt ac debiti, sed profecto

<sup>l</sup> *Tam audacibus.*

//////////

1483. Crat. Hervag. Cam. Grut. Græv. Beck. et Orell. sic omittunt Naug. Man. Lamb. Schutz. Matthiæ, contra codd. Excidisse v. *suscepta* arbitrabatur Ernesti. Mox, *tam dementer tanta res credita* Barb. Venet. 1480. 1483. *tam dementer tantæ res creditæ* duo codd. Grævii. Dein, *commissæ H. commissæ S. χ. esset profecto C H S.*—8 *Quod vero H S. Mox, quæ bellum reip. facere H S. facere posse, omissa copula, C H S. et nolle Græv. 1. et velle Franc. et ψ.*—9 *C H S imperii ac rerum. C maximarum ultro. χ sibi a patribus. Duisb. hominibus allatam. Mox, vestram salutem H S; nostramque salutem χ. opibus præponerent Duisb.*—10 *Ita codd. Grævii, Franc. Duisb. ed. Wald. Venet. 1480. Lamb. Græv. id nonne div. alii codd. et edd. Mox, quin vos non ψ. Denique, pro superarent, quod habet ed. Wald. superare potuerunt exhibent codd. fere omnes, Rom. Venet. 1480. aliæque edd. superare voluerunt ψ.*

#### NOTE

<sup>m</sup> *Tanta res, tam dementer*] Tanta conjuratio et bellum tam perniciosum excogitatum, sine summa dementia non potuit committi ignotis et barbaris hominibus, id est, Allobrogibus. Nota autem quod 'barbaros' externos omnes appellabant Romani.

<sup>n</sup> *Ex civitate male pacata*] Videntur habuisse civitatem, quæ Allobrogum diceretur; quæ male pacata appellatur, quod molestissime ferrent imperium pop. Rom. ex quo victi sunt a Q. Fabio, qui Allobrogicus dictus

est.

<sup>o</sup> *A patriciis*] Quidam erant e conjuratis patricii.

<sup>a</sup> *Ad omnia pulvinaria*] Pulvinaria erant lecti qui sternebantur in templis, cum Diis convivium apponebatur, quod sacrificii genus lectisterium dicebatur, aut epulum.

<sup>b</sup> *Celebratote illos dies*] Ibant per urbem redimiti pueri, matronæ, virgines, canebantque hymnos compositos in laudem Deorum.

<sup>c</sup> *Justi*] Justi sunt honores qui rependuntur Diis immortalibus pro

justiores nunquam. Erepti enim<sup>2</sup> ex crudelissimo ac miserrimo interitu, et erepti sine cæde, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione, togati, me uno togato duce et imperatore vicistis. 24. Etenim recordamini,<sup>3</sup> Quirites, omnes civiles dissensiones, neque solum eas, quas audistis, sed et has, quas vosmetipsi meministis et vidistis: L. Sulla<sup>4</sup> P. Sulpicium oppressit: <sup>d</sup> ex urbe ejecit C. Marium, custodem hujus urbis,<sup>e</sup> multosque fortes viros partim ejecit ex civitate, partim interemit. Cn. Octavius,<sup>5 f</sup> consul, armis ex urbe collegam suum expulit: omnis hic locus accervis corporum et civium sanguine redundavit. Superavit postea Cinna cum Mario: tum vero,<sup>6</sup> clarissimis viris interfectis, lumina<sup>g</sup> civitatis extincta sunt. Ultus est hujus victoriæ crudelitatem postea Sulla; nec dici<sup>7</sup> quidem opus est,

//////////

CAP. X. 1 Voc. *quoniam* deest  $\psi$ . Mox, *dies* omittunt C H S.—2 *Erepti enim estis* plurimi codd. Venet. 1480. Græv. Lall. Beck. Schutz. Orell. Matthiæ; *estis* omittunt Lamb. Grut. Ott. Wetzel. *ex miser. et crudel.* Græv. contra codd. *togati* omittunt codex unus Oxon. Venet. Crat. *duce* deest in  $\psi$ .—3 Franc. Græv. *recordemini*. Mox, *non solum C  $\chi$ . solum* deest in  $\psi$ . *sed et eas quas* cod. Muret. et Barb. *sed eas quas C  $\chi$*  Venet. 1480. *sed has quas H S* Venet. 1483. *vos meministis* H S. *ipsimet meministis* codd. quidam Lamb. *meministis* deest in  $\psi$ . *atque vidistis* Barb. et Venet. 1480. probante Garat.—4 *L. Syllam  $\chi$* . Verba *ex urbe ejecit* cum codd. aliquot deletit Lamb. in ed. 1566. probante Beck. *ejecit ex urbe* exhibent nonnulli codd. Grævii. Mox, *ejecit de civitate C.*—5 *Cum Octavius  $\psi$* . Mox, *ex urbe* desunt in eodem, *acrius*, pro *acervis*, Franc.—6 *Idem cod. tunc vero.*—7 Ita C H S Ott. Wetzel.

#### NOTÆ

acceptis ab ipsis beneficiis.

<sup>d</sup> *Sulpicium oppressit*] Cum Sullæ decretum esset a senatu bellum Mithridaticum, egit Marius cum Sulpicio tribuno plebis, ut ea sibi provincia pop. Rom. suffragiis decerneretur. Sulla interim simulans profectionem ad bellum, exercitum Romam convertit; pugnat in urbe cum Mario et Sulpicio; Sulpicius occiditur, et Marius fugit in Africam. Appian. Bell. Civil. lib. 1.

<sup>e</sup> *Custodem hujus urbis*] Vere Marius urbis Romæ custos fuit, propter confectum a se bellum Cimbricum. Is Arpinas et Ciceronis popularis

fuit, quem semper laudat.

<sup>f</sup> *Cn. Octavius*] Cn. Octavius habuit collegam Cornelium Cinnam. Octavius partes Sullæ secutus est. Expulit autem Cinnam propter leges quasdam reipub. perniciosas, quas Octavius ferri noluit. Sic expulsus, consulatu abdicatus est, et hostis patriæ judicatus. Marius rediens ex Africa, cum Cinna se conjungit; Romam obsident, capiunt, eamque civium nobilissimorum sanguine et cædibus replent.

<sup>g</sup> *Lumina*] Interfecti sunt Q. Catulus, Merula, Crassus, Scævola, M. Antonius, et C. Cæsar, præstantissimi

quanta diminutione civium,<sup>h</sup> et quanta calamitate reipublicæ. Dissensit M. Lepidus<sup>i</sup> a clarissimo et fortissimo viro Q. Catulo:<sup>k</sup> attulit non tam ipsius interitus<sup>l</sup> reipublicæ luctum, quam ceterorum.<sup>m</sup> 25. Atque illæ dissensiones erant hujusmodi,<sup>8</sup> Quirites, quæ non ad delendam, sed ad commutandam rempublicam pertinerent: non illi nullam esse rempublicam, sed in ea, quæ esset, se esse principes; neque hanc urbem conflagrare,<sup>n</sup> sed se in hac urbe florere voluerunt. Atque illæ tamen<sup>9</sup> omnes dissensiones, quarum nulla exitium reipublicæ quæsivit, ejusmodi fuerunt, ut non reconciliatione concordiæ, sed internecone civium adjudicatæ<sup>a</sup> sint. In hoc autem uno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla unquam<sup>10</sup> barbaria cum sua gente gessit, quo in bello lex

<sup>a</sup> *Terminatæ.*



Grut. Schutz. *ne dici* Græv. Heum. Oliv. Lall. Beck. Orell. Matthiæ: et sic Priscian. p. 1028. Putsch.—8 Ita Barb. quatuor codd. Oxon. Rom. Brix. Venett. 1480. 1483. *erant hujusmodi*, de Ernestii sententia uncis inclusit Orell. delevit Matthiæ. *Atque illæ tamen omnes diss. &c.* plurimi codd. et Græv. *Atque tum illæ omnes diss.* Pal. 10. et Hitt. *Atque illæ tunc omnes diss.* Græv. 2. *Quirites* deest in  $\chi$ . Mox, *sed ad comminuendum ac mutandam*  $\psi$ . *se principes esse* Græv. contra codd. *se esse principes voluerunt*  $\chi$ .—9 *Atque illæ inde* C H S. *omnes* deest in  $\chi$ . Mox, *reconciliationem* C S. *concordiæ* deest in H S. Deinde, *internicione* Man. *internitione* edd. ante Lamb. *interrentione* Pith. et Barb. *interitione* Lamb. in marg. *internicionem* C S. *interventione*  $\psi$ . *dijudicatæ sunt* C H  $\chi$ .—10 Pro *nulla unquam*, Barb. C H S  $\psi$  Venett. 1480. 1483. præbent *nunquam*. Pith. Barb. al. ap. Græv. *barbaries*. Mox, C. *Cassio constituta*  $\chi$ . Paulo post, *Quirites* deest in H S. *supervicturum putas-*

#### NOTÆ

mi oratores. Vide Liv. lib. LXXX.

<sup>h</sup> *Quanta diminutione civium*] Ap- pianus refert, ex equestri ordine duo millia et sexcentos, senatores nonaginta, consulares quindecim occidisse; et Liv. lib. LXXX. Italiam universam cædibus replevisse, unde a Suffidio admonitus dicitur, ut aliquos vivere sineret, ut essent quibus imperaret.

<sup>i</sup> *Dissensit M. Lepidus*] Dissensit in eo M. Lepidus, tum quia impedi- bat ne Sullæ demortui corpus in Campo Martio sepeliretur, qui honos antea tantum regibus concessus fuit,

tum quia ejus acta rescindere cona- batur.

<sup>k</sup> *Q. Catulo*] Hic Catulus Cicero- nem patrem patriæ nominavit.

<sup>l</sup> *Ipsius interitus*] Pugnavit Lepi- dus cum Catulo in Campo Martio, ubi multa suorum clade victus, fugit in Sardiniam, ibique morbo periit.

<sup>m</sup> *Ceterorum*] Multi cum eo cæsi sunt.

<sup>n</sup> *Neque hanc urbem conflagrare*] Ii omnes de quibus dixit, volebant aut commutare reipub. statum, aut in ea dominari tantum; sed Catilina fun- ditus flammis illam delere voluit.

hæc fuit a Lentulo, Catilina, Cassio, Cethego constituta, ut omnes, qui salva urbe salvi esse possent, in hostium numero ducerentur;<sup>b</sup> ita me gessi, Quirites, ut omnes salvi conservaremini: et, cum hostes vestri tantum civium superfuturum putassent, quantum infinitæ cædi restitisset,<sup>c</sup> tantum autem urbis, quantum flamma obire<sup>d</sup> non potuisset; et urbem et cives integros<sup>e</sup> incolumesque servavi.

XI. 26. Quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis præmium virtutis, nullum<sup>f</sup> insigne honoris,<sup>e</sup> nullum monumentum<sup>o</sup> laudis postulo, præterquam hujus diei memoriam sempiternam: in animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia, condi et collocari volo: nihil me mutum<sup>p</sup> potest delectare, nihil tacitum, nihil denique hujusmodi,<sup>2</sup> quod etiam minus digni assequi possint. Memoria vestra, Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescent,<sup>3</sup> literarum monumentis<sup>f</sup> inveterascent et corroborabuntur: eandemque diem intelligo, quam spero æternam fore, et ad salutem urbis, et ad memoriam consulatus mei propagatam: unoque tempore in hac republica duos cives<sup>q</sup> extitisse,<sup>4</sup> [p. 117.] quorum alter fines vestri imperii, non terræ,

<sup>b</sup> *Haberentur.*

<sup>c</sup> *Reliquum fuisset facta cæde infinita.*

<sup>d</sup> *Attingere.*

<sup>e</sup> *Nullum triumphum.*

<sup>f</sup> *Historiis.*

sent C H S. *superfuturum esse putassent* χ. Tum, *infinita e cæde conj.* Burm. ad Anthol. Lat. tom. II. p. 180. probante Garat.—11 Codd. Lambini, *et cives omnes integros*; optimus Grævii, *et omnes cives integros*, probante Garat. *integerrimos* Venet. 1480. *integram* al. ap. Henm. Vid. Cujac. Obs. XIV. 24.

CAP. XI. 1 Voc. *nullum* deest in χ. Mox, *emolumentum laudis* C. *monumentum honoris* H. *Actutum, postulabo* Franc. Barb. Venet. 1480. *Steph. memoriam vestram* C S ψ χ.—2 C *ejusmodi*. Mox, *assequi possunt* C H S χ Franc.—3 Cod. unus Oxon. *crescens*. Mox, *et deest* in C H S. Tum, *corroborantur* C.—4 *Eandemque diem intelligo, &c.*] Hunc locum non satis sanum

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Nullum monumentum*] Hominibus phi.  
de patria bene meritis statuæ in rostris collocabantur.

<sup>p</sup> *Me mutum*] Testatur se rebus mutis non delectari, quales sunt statuæ; nec tacitis, quales sunt trium-

<sup>q</sup> *Duos cives*] Se et Pompeium notat: Pompeius enim eodem fere tempore piraticum bellum et Mithridaticum confecit: ipse vero civitatem incendio, cives cæde, liberavit.

sed cœli regionibus terminaret; alter ejusdem imperii domicilium sedemque servaret. XII. 27. Sed, quoniam earum rerum, quas ego gessi, non est eadem fortuna atque conditio, quæ illorum,<sup>1</sup> qui externa bella gesserunt; quod mihi cum his vivendum sit, quos vici ac subegi; isti hostes aut interfectos aut oppressos reliquerunt; vestrum est, Quirites, si ceteris sua facta prosunt,<sup>2</sup> mihi mea ne quando obsint,<sup>3</sup> providere: mentes enim hominum audacissimorum sceleratæ ac nefariæ ne vobis nocere possent, ego providi: ne mihi noceant, vestrum est providere. Quanquam, Qui-

//////////

esse puto: nec rem conficit lectio Ms. Franc. ap. Grævium. Difficultas est in verbis *eandemque diem intelligo . . . propagatum*. Nec sequentia, *unoque tempore . . . duos cives exstitisse*, habent unde pendeant. Sed sine libris frustra conjecturæ hic exerceantur. *Intelligo* est judico, arbitror, ut IV. 4. 'alter intelligit,' &c. Sed deest, quod ab eo proxime pendeat ante *unoque tempore*. Omnino locus male habitus est, et in eo variant libri. Edd. Rom. Brix. *omniquè tempore . . . duos dies.* Ernesti. '*Eandemque diem intelligo et ad salutem urbis, quam spero æternam fore, et ad m. c. m. propugandum, &c.*' Ita paucis verbis transpositis, et cod. Franc. recepta lectione sensum putavi commodum existere.' Beck. Ita quoque Schütz. 'Qua tamen in ratione languet urbis, quam spero æternam fore; hoc enim non tam sperabant Romani, quam fore confidebant: nec habet *unoque tempore* unde pendeat. *Eademque* (scil. literarum monumenta) *intelligo et ad s. n. et ad m. c. mei propagatura, uno tempore* conj. Henm. parum prob. etsi placuit Matthiæ. Mihi in mentem venit, *Eandemque diem intelligo atque spero æternam fore, et ad salutem urbis et ad memoriam consulatus mei propagatum iri, uno tempore*. Sæpe infinitivus futuri passivi est corruptus. Ceterum *omniquè tempore in hac r. p. duos dies ext.* codd. aliquot, Rom. Jenson. Venet. 1483. Crat.' Orell. *fore propagatum esse et ad sal. et cons. mei* Col. ap. Grut. *intelligo, quam spero æt. fore; prop. esse ad sal. urbis et ad m. cons. mei* Græv. 1. 2. Duisb. Mox *finem vestri imp.* C H S χ. Paulo post, *alter hujus imp. C. alter vero ejusdem imp.* ψ. Denique, *sedesque* C χ.

CAP. XII. 1 C *quæ illorum est*; H S χ ψ Venett. 1480. 1483. *quæ fuit illorum*; Crat. Naug. Cam. et *illorum*. Mox, *cum his* ex suis codd. dedit Græv. cum antea legeretur *cum illis*; nonnulli codd. ap. Lamb. et Duisb. *cum iis*. Alii codd. Steph. Beck. Schütz. Orell. Matthiæ, *quod mihi cum his vivendum est*; Barb. quatuor codd. Oxon. Venet. 1483. Lamb. *quod mihi vivendum sit cum illis*. Henm. et *est, et sit*, e gloss. enatum putat. Deinde, *quos vici et subegi* Græv. 1. *quos vi subegi* Græv. 2. Denique pro *isti*, Græv. 1. 2. Franc. Barb. quinque codd. Oxon. Venet. 1480. 1483. Hervag. Naug. Crat. Manut. Græv. Henm. Ott. Beck. Orell. Matthiæ habent *illi*. Venet. 1480. addit voc. *autem*.—2 Ita Franc. ed. Wald. Beck. et Schütz. *sua recte facta prosunt* Orell. ex aliis codd. *recte facta sua prosunt* Græv. et Matthiæ: *recte sua facta prosunt* unus cod. Oxon. *recta sua facta prosunt* nonnulli codd. Venet. 1483. Lamb. Grut. Paulo post, *nocere possint* Græv. 1. ψ.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Ne quando obsint] Poterat obesse juratis qui supererant. Ciceroui invidia, quam subibat a cou-

rites,<sup>3</sup> mihi quidem ipsi nihil jam ab istis noceri potest: magnum enim est in bonis præsidium, quod mihi in perpetuum comparatum est: magna in republica dignitas, quæ me semper tacita defendet: magna vis est conscientiæ,<sup>5</sup> quam qui negligent, cum me violare volent, se ipsi indicabunt. 28. Est etiam<sup>4</sup> in nobis is animus, Quirites, ut non modo nullius audaciæ cedamus, sed etiam omnes improbos ultro semper lacessamus. Quodsi omnis impetus domesticorum hostium depulsus a vobis, se in me unum convertit;<sup>5</sup> vobis erit providendum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui se pro salute vestra obtulerint invidiæ periculisque omnibus. Mihi quidem ipsi quid est, quod jam ad vitæ fructum possit acquiri, præsertim cum<sup>6</sup> neque in honore vestro, neque in gloria virtutis, quicquam videam altius,<sup>1</sup> quo quidem mihi libeat ascendere? 29. Illud perficiam profecto, Quirites, ut ea, quæ gessi<sup>7</sup> in consulatu, privatus tuear atque ornem: ut, si qua est invidia in conservanda republica suscepta, lædat invidos, mihi valeat ad gloriam: denique ita me in republica tractabo,<sup>8</sup> ut meminerim semper quæ gesserim, curemque, ut ea virtute, non casu, gesta esse videantur. Vos, Quirites, quoniam

<sup>8</sup> *Geram.*

3 *Quirites* deest in C. *ipsi* omittunt C H S χ ψ. *istis nocere* C S. *istis jam nocere* ψ. Mox, pro *est*, H habet *omnis*. Tum, pro *bonis*, quod servant codd. Gruteri, tres Pall. Erf. Hitt. Græv. 1. Franc. Duisb. Venet. 1480. cum ed. Grut. et recentt. *vobis* habent C H S χ Græv. 2. Venet. 1483. Lamb. *nobis* Barb. Deinde, *tacita defenderet* χ. *est* post *vis* omittunt Græv. 1. 2. Franc. Duisb. et Steph. probante Græv. *negligunt* deest in C. *se indicabunt*, omisso *ipsi*, Græv. 1.—4 *Est enim* C ψ. Mox, *is* deest in ψ. *omnes* deest in Steph. *semper lacessam* Græv. 1.—5 Ita edd. antiq. *omnis* ... *depulsus* ... *converterit* codd. Grævii, Reg. Pith. Barb. cum edd. Græv. Beck. Schutz. Orell. Matthiæ; *omnes imp.* ... *depulsi* ... *converterint* Ald. Crat. Lamb. Grut. Heum. Oliv. *a vobis depulsus se etiam in me unum converterit* Venet. 1483. *omnis* C H S χ ψ. *depulsus* C H S ψ. *convertit* C H S χ. *erit videndum* Græv. 1. Mox, *obtulerunt* Græv. 1. 2. Franc. C H S χ ψ.—6 Lamb. *cum præsertim*. Mox, *quidem* deest in Duisb. ψ. *quod quidem* habent C S χ. *mihî liceat* ψ. *quo jubeat ascendere* Pith. *quo libeat ascendere* al. ap. Græv.—7 C *quæ feci*. Actutum, in consulatu meo H S χ Venet. 1480. 1483. Deinde,

## NOTÆ

<sup>1</sup> *Magna vis est conscientiæ]* Locus communis de conscientia, qua nulla major vis est.

<sup>1</sup> *Videam altius]* Populi beneficio consul erat, qua dignitate nulla fuit illustrior in repub.

jam nox est,<sup>8</sup><sup>u</sup> veneramini illum Jovem,<sup>x</sup> custodem hujus urbis ac vestrum, atque in vestra tecta discedite: et ea, quanquam jam periculum est depulsum, tamen æque ac priori<sup>9</sup> nocte, custodiis vigiliisque defendite: id ne vobis diutius faciendum sit, atque ut in perpetua pace esse possitis, providebo,<sup>y</sup> Quirites.



pro *ornem*,  $\psi$  habet oratione. In eodem cod. pro *conservanda*.—8 Græv. 1. et Franc. *nox est*. Græv. 1. *venerati illum*. Mox, ac nostrum C. ac in vestra C. et in vestra H S Græv. 2. Duisb. *jam deest* in H S  $\chi$  Venet. 1483. *jam omne periculum sit*  $\psi$ . *jam est periculum* ed. Græv.—9 Græv. 1. et C *priore*. Actutum nocte fecistis codd. Lambini, multi ap. Grut. Barb. C H S  $\chi$   $\psi$  Venet. 1480. 1483. Hervag. Manut. Orell. Matthiæ; nocte faciendum Lamb. Mox, Quirites omittunt Crat. Lamb. Grut. contra codd. et edd. optt.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Jam nox est*] Patet sub noctem habitam hanc fuisse orationem; quod et Plutarchus testatur.

<sup>x</sup> *Illum Jovem*] Hortatur ad venerationem Jovis Statoris, cujus in templo primam Orationem in Catilinam

habuit.

<sup>y</sup> *Providebo*] De senatusconsulto pro puniendis conjuratis habendo, provisurum se ac executurum quamprimum pollicetur.



M. TULLII CICERONIS  
IN L. CATILINAM  
QUARTA,  
HABITA IN SENATU.

ORATIO XXII.

---

---

[*Ed. Ald. p. 118.*] I. 1. VIDEO, patres conscripti, in me<sup>1</sup> omnium vestrum ora<sup>a</sup> atque oculos esse conversos: video, vos non solum de vestro ac reipublicæ, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi jucunda in malis,<sup>b</sup> et grata in dolore, vestra erga me voluntas: sed eam, per Deos immortales! quæso,<sup>2</sup> deponite, atque obliterati salutis meæ, de vobis ac de liberis vestris cogitate. Mihi quidem<sup>3</sup> si hæc conditio consulatus data

<sup>a</sup> *Vultus.*

<sup>b</sup> *Periculis.*

=====  
CAP. I. 1 *Video in me P. C.* Franc. Græv. improbantibus Heum. et Garat. *Video P. C. omnium, &c.* Duisb. *oculos in me esse* Duisb. Mox, *vos video* Græv. 2. Franc. et ed. Græv. *ac de reip. C. depulsum periculum sit* Græv. 1. —2 Venet. 1480. *quæso per Deos immortales.* Voc. *quæso* deest in nonnullis codd. Lamb. et Græv. 1. item in ed. Steph. Mox, *ac liberis*, omisso *de*, H S χ.—3 Voc. *quidem* omittunt codd. Grævii, Pith. Paris. C H S χ Barb. ed. pr. Venet. 1480. 1483. Præterea addit Victor. eumque secuti sunt Hervag. Cam. Lamb. Beck. Schutz. Uncis inclusit Orell. Mox *perferam* Duisb. ψ. *feram* deest in ψ. *fortiter, rerum et libenter* Franc. Duisb. Barb. Venet. 1480. *f. verum etiam lib.* Lamb. e codd. aliquot. *robis* deest in ψ. *Romano P. C. C. S. Romano Patres C. χ. populoque Romano Patres conscripti* Barb. Venet. 1480. 1483. Hervag. *robis P. C. populoque Romano conj.* Garat.

est,<sup>a</sup> ut omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem; feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus vobis populoque Romano dignitas salusque pariat. 2. Ego sum ille consul, patres conscripti, cui non forum,<sup>b</sup> in quo omnis<sup>c</sup> æquitas<sup>c</sup> continetur; non Campus,<sup>d</sup> consularibus auspiciis consecratus; non curia,<sup>e</sup> summum auxilium omnium gentium; non domus, commune perfugium;<sup>f</sup> non lectus, ad quietem<sup>g</sup> datus; non denique hæc sedes honoris<sup>h</sup> unquam vacua mortis periculo atque insidiis fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo<sup>6</sup> quodam dolore, in vestro timore, sanavi. Nunc, si hunc exitum consulatus<sup>i</sup> mei Dii immortales esse voluerunt,<sup>7</sup> ut vos, patres



Denique, *salus deest* in Græv. 2.—4 Gulielm. malit, *forum quo omnis*, deleto *in*, cui assentitur Heum. *continetur deest* in  $\psi$ . *non campus Martius Venet.* 1480. Mox, *commune profugium* Franc. *commune omnium hominum profugium* codd. Lambini et Oliv.—5 Plurimi codd. et edd. antiq. habent, *hæc sedes honoris, sella curulis*; Mureti opt. Pal. 6. Dnsh. Barb. *hæc s. h. id est sella curulis*; alii Pall. et  $\psi$  *hæc s. h. non sella curulis*. Verba *sella curulis* e gloss. irrepsisse viderunt Mur. Manut. Lamb. Græv. Cell. Heum. Beck. Matthiæ. Defendit Orell. Cf. Liv. ix. 46. item pro Snll. § 81.—6 C H S  $\chi$  *in meo*.  $\psi$  *dolore quodam vestro*. Lips. Var. Lect. iii. 22. *sine vestro timore*.—7 *Dii in*.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Data est*] Quasi fato et Deorum decreto, datum sibi esse consulatum dicit, ut multa perferat.

<sup>b</sup> *Non forum*] In foro creatum est ei periculum a Catilina.

<sup>c</sup> *In quo omnis æquitas*] In foro iudicia exercebantur, ubi regnare debet æquitas.

<sup>d</sup> *Non Campus*] In Campo Martio, captatis auguriis, magistratus creabantur; nam huc se contulit lorica tectus, uti priore oratione dictum est.

<sup>e</sup> *Non curia*] In curia Ciceroni minatus est Catilina: refert enim Plutarchus tum dixisse Catilinam, duo esse in repub. corpora, quorum alterum caput haberet, sed ægrum; alterum sine capite, sed potens et validum, cui se ipse caput adjungeret.

<sup>f</sup> *Commune perfugium*] Plutarchus in vita Gracchorum refert, quod apud Romanos veteres, ne in capitali quidem causa reum domi licebat facere; sed ante domum consistens præco, tuba eum citabat.

<sup>g</sup> *Non lectus, ad quietem*] Equites duo præmissi fuerant a conjuratis, ut mane Ciceronem in lecto suo interficerent; quare ne in lecto quidem quietus fuit.

<sup>h</sup> *Sedes honoris [sella curulis]*] Curules magistratus erant consules, censores, prætores, et ædiles; hinc autem appellati, ut Festus ait, quia curru vehebantur, in quo erat sella eburnea, vel saltem chore tecta, pedibus incurvis, cui insidebant illi magistratus.

<sup>i</sup> *Exitum consulatus*] Quia nonis

conscripti, populumque Romanum ex cæde misera, conjuges liberosque vestros, virginesque Vestales<sup>k</sup> ex acerbissima vexatione; templa atque delubra,<sup>l</sup> hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex fœdissima flamma, totam Italiam ex bello et vastitate eriperem; quæcumque mihi uni proponetur fortuna, subeatur.<sup>m</sup> Etenim, si P. Lentulus suum nomen,<sup>n</sup> inductus a vatibus,<sup>o</sup> fatale ad perniciem reipublicæ fore putavit; cur ego non læter,<sup>8</sup> meum consulatum ad salutem reipublicæ prope fatalem extitisse? <sup>P</sup> II. 3. Quare, patres conscripti, consulite vobis, prospicite patriæ, conservate vos, conjuges, liberos, fortunasque vestras: populi Romani nomen<sup>1</sup> salutemque defendite: mihi parcere,<sup>c</sup> ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare, omnes Deos, qui huic urbi præsident,<sup>q</sup> pro eo mihi,

<sup>c</sup> *Misereri mei.*

voluerunt C H S χ. *patres conscripti* desunt in Græv. 2. *ut vos P. C. et populum* exhibent codd. Grævii. *Pro populumque Romanum*, C H S χ præbent *Quirites*. Duisb. *ex cæde et miseria*; Barb. et ψ *ex cæde miseria*. χ *liberos vestros*. C *templa ac delubra*. C S χ *omniumque nostrum*; H *omniumque vestrum*. Franc. *ex sordidissima flamma*. Denique, *et vastatione* Franc. *præponetur* Franc. et Græv.—8 C S *lætor*; al. ap. Græv. *læter de meo consulatu*. *Pro reip.* C ψ *habent populi R.* Græv. 2. P. R.

CAP. II. 1 Franc. *liberos vestros fortunasque reipub. Romanæ nomen.*—

#### NOTE

Decembris hanc habuit orationem Cicero, et calendis Januariis designati consules magistratum inire debebant, exitus ejus consulatus iminebat.

<sup>k</sup> *Vestales*] Vestales inde dictæ sunt, quod Vestæ sacra, et ignem ejus perpetuum curarent. Longe ante Romam conditam eorum fuit institutio, si quidem Æneas, condito Lannvio, ibi Vestæ ædem extruxerit. Dionysius ait Numam Pompilium primum omnium Vestales virgines Romæ instituisse.

<sup>l</sup> *Templa atque delubra*] Templa ex Donato loca sunt notata ab angure, et Diis consecrata: delubra vero, ubi simulacra Deorum ponuntur.

<sup>m</sup> *Subeatur*] Proponit sibi omnia perferenda fortiter et generose, quæ

erunt pro patriæ defensione subeunda.

<sup>n</sup> *Suum nomen*] Nomen nempe Cornelli, de quo superiori orat. § 9. Hic autem locus est a dissentaneis. Lentulus enim velut hostis patriæ, Ciceroni patriæ servatori opponitur.

<sup>o</sup> *A vatibus*] Per vates, haruspices, et versus Sibyllarum intelligit. De quibus, vide superiorem orat. § 9.

<sup>p</sup> *Fatalem extitisse*] Stoicorum more loquitur, qui omnia fato advenire volebant: quasi in fati esset, ut per ipsum respub. conservaretur.

<sup>q</sup> *Urbi præsident*] Credebant illi veteres urbem quamlibet suos habere Deos tutelares. Vide Macrobi. Sat. lib. III. Unde Romani urbem obsessuri, prius Deos ejus tutelares sibi propitios invocabant.

ac mereor,<sup>2</sup> relatores gratiam<sup>r</sup> esse: deinde, si quid obtigerit, æquo animo paratoque moriar: neque enim turpis mors<sup>s</sup> forti viro potest accidere, neque ego immatura consulari,<sup>t</sup> nec misera sapienti.<sup>u</sup> Nec tamen<sup>3</sup> ego sum ille ferreus, qui fratris carissimi<sup>w</sup> atque amantissimi præsentis mœrore non movear, horumque omnium lacrymis, a quibus me circumsessum<sup>d</sup> videtis: neque meam<sup>4</sup> mentem non domum sæpe revocat exanimata uxor,<sup>x</sup> abjecta metu<sup>5</sup> filia,<sup>y</sup> et parvulus filius,<sup>z</sup> quem mihi videtur amplecti respublica tanquam obsidem<sup>a</sup> consulatus mei: neque ille, qui expectans hujus exitum dici, adstat in conspectu meo gener:<sup>b</sup> moveor his

<sup>d</sup> *Circumdatum.*

2 H *ac meis.* Mox, *esse gratiam* Lamb. Voc. *obtigerit* suspectum est Ernestio; *attigerit* habet ψ. Deinde, *nam neque turpis* Græv. 2. et Duish. *gravis* conj. Schütz. c Quintil. vi. 3. 109. Pro *consulari*, C H S χ habent *consuli.* Pro *nec*, C habet *neque.*—3 *Neque tamen* C. et *amantissimi* C. *furere non movear* Græv. 2. Mox, præpositio ante *quibus* deest in Franc. probante Grævio.—4 H S *nec non meam.* Voc. *non* deest in C H. et *abjecta* Steph.—5 Pro *metu*, Franc. habet *mea.* Tum, *qui mihi videtur amplecti respublicam* Crat. Nang. *complecti resp.* Græv. 2. Mox, *stat* in eodem pro *astut.*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Relatores gratiam*] Referre gratiam Dii dicuntur, cum suis cultoribus bene faciunt.

<sup>s</sup> *Turpis mors*] Turpis mors ea dicitur, quæ ob turpem causam accidit; at gloriosa erit Ciceroni, si in defendenda patria moriatur.

<sup>t</sup> *Immatura consulari*] Immatura mors est, quæ ante cursum gloriæ peractum accidit: cum igitur ad consulatum, maximam omnium dignitatem, pervenerit Cicero, jam ei mors evenire immatura nequit.

<sup>u</sup> *Misera sapienti*] Stoici etiam in tormentis beatum esse censebant sapientem.

<sup>w</sup> *Fratris carissimi*] Frater ipsius Quintus, cognati reliqui ac propinqui aderant, ut viderent quem exitum res habitura esset, et an morte muletarentur conjurati. Refert Plutarchus Quintum non mediocriter Ciceronem impulsisse ad sumendum

de conjuratis supplicium.

<sup>x</sup> *Exanimata uxor*] Terentiam uxorem metu et pavore consternatam esse ait.

<sup>y</sup> *Filia*] Tullia Ciceronis filia nominabatur, quæ forma, moribus, et doctrina excellens fuisse dicitur.

<sup>z</sup> *Parvulus filius*] Filius Ciceronis a patre Marco Marcus dictus est. Is post mortem patris, Augusti Cæsaris in consulatu collega fuit, ut Plutarchus refert.

<sup>a</sup> *Tanquam obsidem*] Obsides quidem ii dicuntur, qui a victis victori dantur: sed hic obses ponitur pro sponsore consulatus Ciceronis. Nam cum unice a Cicerone filius diligeretur, confirmabat nihil suscepturum patrem, nisi quod saluti reipub. foret; quia salus liberorum et incolunitas a salute et incolunitate reipub. dependet.

<sup>b</sup> *Gener*] Tullia filia Ciceronis tres

rebus omnibus, sed in eam partem, ut salvi sint vobiscum<sup>6</sup> omnes, etiamsi vis aliqua me oppresserit,<sup>e</sup> potius, quam et illi, et nos una reipublicæ peste pereamus. 4. Quare, patres conscripti, incumbite ad reipublicæ salutem:<sup>7</sup> circumspicite omnes procellas,<sup>c</sup> quæ impendent, nisi providetis. Non Ti. Gracchus,<sup>8d</sup> qui iterum tribunus plebis fieri voluit; non C. Gracchus, qui agrarios<sup>e</sup> concitare conatus est; non L. Saturninus, qui C. Memmium<sup>9</sup> occidit,<sup>f</sup> in discrimen aliquod, atque in vestræ severitatis iudicium adducitur: tenentur ii, qui ad urbis incendium, ad vestram omnium cædem, ad Catilinam accipiendum, Romæ restiterunt:<sup>f</sup> tenentur literæ, signa, manus, denique uniuscujusque confessio: sollicitantur Allobroges:<sup>g</sup> [p. 119.] servitia<sup>g</sup> excitantur: Catilina arcessitur: id est initum consilium,<sup>10</sup> ut,

<sup>e</sup> *Pereundum esset mihi.*

<sup>f</sup> *Remanserunt.*

<sup>g</sup> *Servi.*



—6 H S χ Franc. *nobiscum*; Græv. 2. *fiant vobiscum*. Voc. *omnis* deest in Franc. *quam illi et nos* Franc. *quam ille et nos* ψ. *quam ut illi et nos* Steph. *quam volo ille ut nos* C H S χ. *quam illius nos* Pith. *una cum rep. pereamus* Hervag. Cam. Grut.—7 Græv. 1. 2. Franc. Duisb. et ed. Græv. *salutem reip. ψ salutem et Ro. populi*. Mox, *nisi providentis* Græv. 2.—8 *Titus Gracchus* Græv. 1. non *Gracchus* Græv. 2. non *unus Gracchus* Franc. non *ei Gracchus* Pith. Verba, *qui i. t. p. f. r. n. C. Grocchus* desunt in χ. *quod iterum* ψ. ed. Wald. *quia iterum* Græv. 2. *quidem iterum* Franc. G. *Gracchus* Græv. 1. 2. Deinde, *concitare tumultus* Franc.—9 *C. qui Memmium*; Lamb. *qui C. Memmium unum*. Actutum, *occiderit* ψ *interfecit C. in vestræ* omittit Steph. Mox, *pro tenentur* quod habent optimi codd. et edd. recentt. *sed tenentur* exhibent Venet. 1483. Grut. Lamb. *tenentur vero ii* Duisb. Deinde, *ad vestrum* omnes ante Grut. *ad vestram* habent tres Pall. Erf. Græv. 1. 2. *ad Cat. recipiendum* ψ, Venet. 1480.—10 Pal. 9.

#### NOTÆ

habuit maritos; ex primo matrimonio Pisonem, ex secundo Crassipidem, ex tertio Dolabellam. Hic de Calp. Pisone agitur.

<sup>c</sup> *Omnes procellas*] Per procellas intelligit omnia pericula: translatio a maris tempestate.

<sup>d</sup> *Tiberius Gracchus*] Tiberius cum fieri vellet tribunus plebis, occisus est a Scipione Nasica, ut refert Liv. lib. LVIII.

<sup>e</sup> *Agrarios*] Seditiosos illos notat, qui legi agrariæ favebant, nempe ut

agri sibi distribuerentur.

<sup>f</sup> *Memmium occidit*] Saturninus tribunus pleb. Memmium candidatum consulatus, ac suum competitorem, quem suis actionibus adversarium timebat, interfecit.

<sup>g</sup> *Sollicitantur Allobroges*] Sollicitabantur Allobroges a Catilinariis, ut ex eorum patet literis, quas ad Allobrogum senatum dederant. Vide superiorem orationem, ubi fuse de his, et aliis sequentibus dictum est.

interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem rei-publicæ nomen, atque ad lamentandam tanti imperii calamitatem relinquatur. 111. 5. Hæc omnia<sup>1</sup> indices detulerunt, rei confessi sunt; vos multis jam judiciis judicastis: primum, quod mihi gratias egistis singularibus verbis; et mea virtute atque diligentia, perditorum hominum patefactam esse conjurationem decrevistis: deinde quod P. Lentulum, ut se abdicaret prætura,<sup>2</sup> coëgistis: tum quod eum, et ceteros, de quibus judicastis, in custodiam dandos censuistis, maximeque, quod meo nomine supplicationem decrevistis; qui honos togato habitus ante me est nemini:<sup>3</sup> postremo hesterno die præmia legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio dedistis amplissima. Quæ sunt omnia ejusmodi, ut ii, qui in custodiam nominatim dati sunt,<sup>4</sup> sine ulla dubitatione a vobis damnati esse videantur.<sup>h</sup>

6. Sed ego institui referre<sup>5</sup> ad vos, patres conscripti, tanquam integrum, et de facto, quid judicetis, et de pœna, quid censeatis: illa prædicam,<sup>6</sup> quæ sunt consulis. Ego magnum in republica versari furorem, et nova quædam misceri<sup>6</sup> et concitari mala jampridem videbam: sed hanc tantam, tam exitiosam haberi conjurationem a civibus, nunquam putavi. Nunc, quicquid est, quocumque vestræ mentes inclinant<sup>7</sup> atque sententiæ, statuendum vobis ante

\* *Præmonēbo.*

*initum est consilium; Col. Græv. 2. tale initur consilium; Erf. id est in. cons. Duisb. item initum cons. Venett. 1480. 1483. idem in. cons. Barb. Romæ in. cons. C omittit est; C S habent initium. Actutum, ut inperfectionibus nemo ad ψ. omnibus nomen ad Græv. 2. Pro reipublicæ, C ψ, Naug. Manut. Lamb. habent populi R. Deinde, lamentandum.*

CAP. III. 1 *Hæc crimina ψ. Hæc omnia ut indices Erf. jam deest in H S. Actutum, pro judiciis, Bynkershoek. conj. indiciis, quod habent C H S χ. Venet. 1480. 1483. Manut. 1583. judicavistis H S χ, Græv. 2. Franc.—2 Lentulum se abdicare pr. Pall. 2. 6. H T U, Græv. 2. Duisb. Mox, eum deest in C H S. de q. judicavistis codd. Lamb. in custodia ψ.—3 C nemo est. Lamb. postremo quod. Franc. et ψ hodierno die. Pro Titoque, Franc. habet atque.—4 C traditi sunt. Mox, ulla deest in C H S.—5 Græv. 2. referrī. Mox, illa dicam Franc. illa prædicari Franc.—6 C immisceri. In Franc. hoc verbo omisso legitur nova q. et concitari. Mox, et tam C.—7 Erl. cum aliis*

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Damnati esse videantur*] Ex Sal- hos conjuratos fecisse contra rem-  
lustio habemus, senatum judicavisse pub.

noctem est. Quantum facinus ad vos <sup>8</sup> delatum sit, videtis: huic si paucos putatis affines <sup>b</sup> esse, vehementer erratis. Latius opinione disseminatum est hoc malum: manavit non solum per Italiam, verum etiam transcendit Alpes, et obscure <sup>c</sup> serpens, multas jam provincias occupavit. Id opprimi sustentando ac prolatando <sup>d</sup> nullo pacto potest: quacumque ratione placet, celeriter vobis vindicandum est. IV. 7. Video duas adhuc esse sententias: unam D. Silani, <sup>1</sup> <sup>a</sup> qui censet, eos, qui hæc delere conati sunt, morte esse mulctandos: alteram C. Cæsaris, qui mortis poenam removet, ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. <sup>2</sup> Uterque et pro sua <sup>3</sup> dignitate et pro rerum magnitudine in summa severitate versatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita <sup>4</sup> privare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere, punctum temporis frui vita, et hoc communi spiritu, <sup>e</sup> non putat oportere; atque hoc genus poenæ sæpe in improbos cives in hac republica esse usurpatum recordatur. Alter intelligit, mortem a Diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, <sup>b</sup> aut laborum ac miseriarum <sup>5</sup> quietem esse. <sup>c</sup> Itaque

<sup>b</sup> *Conscios.*<sup>c</sup> *Latenter.*<sup>d</sup> *Ferendo et differendo.*<sup>e</sup> *Aère.*

codd. *se inclinant*; Duisb. Beck. et Schütz. *se inclinent*; Matthiæ *se mentes inclinant*. 'Se tamen videtur e gloss. esse.' Orell.—8 Ita Erf. Duisb. Venet. 1480. 'Male recentt. edd. nos.' Ernesti. Ita etiam  $\chi$ . Paulo post, *manavit enim non, &c.* Tum, *Alpes, obscure*, ommissa copula, C H S.—9 C  $\psi$  *aut prolatando*;  $\psi$  *addit dies*. Mox, *placet, vobis judicandum* C H S  $\chi$ . *placet celeriter vobis judicandum*  $\psi$ .

CAP. IV. 1 *Silani* C H S. Mox, *conati sint* de Ernesti conjectura Beck.—2 C *complectitur*.—3 Franc. Barb. *quinque* codd. Oxon. et Venet. 1480. 1483. *sui*.—4 Franc. *qui temp. vita*. Mox *conati sint* Beck. *qui reip. nomen* Franc. Deinde *puncto temporis* Venet. 1483. Lamb. *per punctum temporis* codd. aliquot et Venet. 1480. *hoc ante communi* deest in C H S.—5 C *laborum aut miseriarum*. Mox, *nunquam invicti* C. Deinde, *libenter appetiverunt*

## NOTÆ

<sup>a</sup> *Silani*] Silanus et Cæsar, viri consulares, primi suas sententias protulerunt, quas passim reliqui secuti sunt.

<sup>b</sup> *Necessitatem naturæ*] Cum quis

extrema senectute, aut morbo perit, dicitur necessitate naturæ mori, quia omnia occidant necesse est.

<sup>c</sup> *Quietem esse*] Cum quis sibi mortem inferebat, tunc mors ab illis

eam sapientes nunquam inviti, fortes etiam sæpe libenter oppetiverunt. Vincula vero, et ea sempiterna,<sup>f</sup> certe ad singularem pœnam nefarii sceleris inventa sunt. Municipiis<sup>d</sup> dispertiri jubet.<sup>6</sup> Habere<sup>7</sup> videtur<sup>e</sup> ista res iniquitatem, si imperare velis; difficultatem, si rogare: decernatur<sup>f</sup> tamen, si placet. 8. Ego enim<sup>8</sup> suscipiam,<sup>g</sup> et, ut spero, reperiam, qui id, quod salutis omnium causa statueritis, non putent esse suæ dignitatis recusare. Adjungit gravem pœnam municipibus,<sup>9</sup> si quis eorum vincula ruperit; horribiles custodias circumdat, et digna scelere hominum perditorum sancit; ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per senatum, aut per populum levare possit:<sup>g</sup> eripit etiam spem, quæ sola hominem in miseriis consolari solet: bona<sup>10</sup> præterea publicari jubet; vitam solam relinquit nefariis hominibus; quam si eripuisset, multas uno dolore, animi atque corporis,<sup>h</sup> et omnes scelerum<sup>11</sup> pœnas ademisset.

<sup>f</sup> *Perpetuum carcerem.*

<sup>g</sup> *Recipiam in me.*

//////////

quinque codd. Oxon. Græv. 1.—6 *Itaque municip. d. jubet* Hervag. Cam. Lamb. Grut. probante Garat. *quæ municip., &c.* Græv. Lall. e Duisb. qui habet *quæ in munic.* Schutz. conj. *In vinculis igitur illos habendos munic. &c.* Græv. malit, *Sontes municipiis, &c.* omnes Lambini codd. habent *Municipibus.* Duisb. C H S  $\psi$  *dispartiri.*—7 *Hinc  $\psi$ . iniquitatem* deest in S. Mox, *difficultate* H. Pro *tamen*, Græv. 2. habet *tunc.*—8 *Ego tamen* Franc. Mox, *putet* codd. et edd. ante Ernesti.—9 Græv. 2. et quinque codd. Oxon. *municipiis.* Paulo post, *et dignus* Muret. et Lamb. Edd. ante Grut. habent *perditorum: sancit ne, &c.* Tum, *eorum pœnas*  $\chi$ . Verba *quos condemnat* deleri vult Heum. *homines in miseriis* Græv. 1. 2. Duisb. Pith. C  $\psi$  Victor. Camer.—10 Cod.  $\psi$  *bona eorum.*—11 Ita Venet. Lamb. Grut. Græv. Beck. *multos uno dolore dolores a. a. c. et omnes sc.* conj. Græv. receperunt Lall. Schutz. Matthiæ, Orell. *multos* habent plurimi codd. *multas uno dolore a. a. c. et omnium sc.* Barb.

#### NOTÆ

quies dicebatur: quare enim mori vult, nisi ut quietem ab aliquo incommodo sibi quærat?

<sup>d</sup> *Municipiis*] Municipia liberæ erant civitates.

<sup>e</sup> *Habere videtur, &c.*] Dilemma hic facit Cicero, aut illa municipia rogare, aut iis imperare oportet, ut accipiant illos conjuratos: quod utrumque refellit.

<sup>f</sup> *Decernatur*] Id est, decernatur a

senatu ut per municipia distribuantur, nemoque audeat eos sublevare.

<sup>g</sup> *Levare possit*] Nisi velit se hostem patriæ profiteri.

<sup>h</sup> *Uno dolore, animi atque corporis*] Si vita conjuratis adempta esset, ab omni corporis et animi dolore vacui essent. Loquitur autem ex sententia Cæsaris, qui censebat animam cum corpore exstingui.



Itaque ut aliqua in vita formido<sup>12</sup> improbis esset posita, apud inferos<sup>i</sup> ejusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt; quod videlicet intelligebant, [p. 120.] his remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam.

v. 9. Nunc, patres conscripti, ego mea, video,<sup>1</sup> quid intersit.<sup>h</sup> Si eritis secuti sententiam C. Cæsaris; quoniam hanc is in republica<sup>2</sup> viam, quæ popularis habetur, secutus est, fortasse minus erunt, hoc auctore<sup>k</sup> et cognitore<sup>3</sup> hujusce sententiæ, mihi populares<sup>i</sup> impetus pertimescendi: sin illam alteram;<sup>1</sup> nescio, an amplius mihi negotii contrahatur.<sup>m</sup> Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas<sup>4</sup> reipublicæ vincat. Habemus enim<sup>5</sup> a C. Cæsare, sicut ipsius dignitas et majorum ejus amplitudo postulabat, sententiam, tanquam obsidem<sup>n</sup> perpetuæ in rempublicam voluntatis. Intellectum est, quid intersit inter levitatem concionatorum,<sup>o</sup> et animum vere popularem, salutem populi con-

<sup>h</sup> Video quod utile sit mihi.

<sup>i</sup> Populi.



Steph. ac corporis H S et edd. usque ad Grut. atque corporis codd. Lambini, Gruteri, Grævii.—12 Græv. 2. fortitudo. Mox, illic supplicia i. c. esse antiqui voluerunt ψ.

CAP. V. 1 Henm. legi vult videbo.—2 H S reip. χ republica; ψ in remp. Pro viam, ψ habet quam.—3 Ita codd. aliquot, ed. Wald. probante Lamb. item Grut. et seqq. hoc auctore et monitore Venet. 1483. hoc monitore et auctore Crat. Lamb. 1566. 1584. Mox, post illam alteram, Græv. 2. Duisb. Barb. Venett. 1480. 1483. addunt secuti eritis. Hæc deleverant Naug. Hervag. Lamb. Cam. Grut. recentt.—4 C H utilitates. Mox, pro vincat, quæ est conjectura Mureti, codd. habent sive vendicat, sive vindicat; C vindicant; H resp. vindicat; S χ r. p. vendicat.—5 Habemus etiam C. Mox, pro intersit, C ψ habent interesset; S χ interest; et sic legit Manut. Pro levitatem, quod habent Rom. ed. Wald. Ald. lenitatem Brix. Venet. 1483. Crat. Grut. Græv.

#### NOTE

<sup>i</sup> Apud inferos] Inferos negat esse Cicero Tuscul. Quæst. lib. 1. quos nos Christiani et credimus, et formidamus.

<sup>k</sup> Hoc auctore] Cæsare.

<sup>1</sup> Illam alteram] De Silani consulis designati sententia loquitur.

<sup>m</sup> Negotii contrahatur] Non minus periculi sibi incumbere declarat si Silani, quam si Cæsaris sententiam

sequantur.

<sup>n</sup> Tanquam obsidem] Laudat Cæsaris sententiam, tanquam is bene de repub. sentiret: nam revera multi eum favere conjuratis suspiciebantur; alii molliore hac pœna, sibi apud populum dominatum affectare.

<sup>o</sup> Concionatorum] Per concionatores vel illos tribunos plebis, qui conciones apud populum seditiosas habe-

sulentem. 10. Video de istis, qui se<sup>6</sup> populares haberi volunt, abesse non neminem,<sup>p</sup> ne de capite videlicet civium Romanorum sententiam ferat: is et nudius tertius in custodiam cives Romanos dedit, et supplicationem mihi decrevit, et indices hesterno die maximis præmiis affectit. Jam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quæsitore<sup>7q</sup> gratulationem,<sup>r</sup> indici præmium decrevit, quid de tota re et causa judicavit. At vero C. Cæsar intelligit, legem Semproniam<sup>s</sup> esse de civibus Romanis<sup>8</sup> constitutam; qui autem reipublicæ sit hostis, eum civem esse nullo modo posse; denique ipsum latorem legis Semproniae, injussu populi poenas reipublicæ dependisse.<sup>t</sup> Idem ipsum<sup>9</sup> Lentulum, largitorem et prodigum,<sup>u</sup> non putat, cum de pernicie populi Romani,



Verba, *saluti p. consulentem*, glossema esse putat Henm.—6 Codd. Oxon. omittunt pronomen *se*. Pro *neminem*,  $\psi$  habet *meminerunt*. Mox, *civis Romani* Græv. e Duisb. C. R. habet Erf. Paulo post, *cives Romanos Cethegum et Lentulum* codd. aliquot, Venet. Hervag. Cam. C. R. Græv. 1. *in custodiam Cethegum G. P. Lentulum dedit* Franc. *civ. Rom. dedit C. C. P. Lentulum* H S  $\chi$ . *Cethegum C. P. Lentulum*  $\psi$ . Deinde, *et indices*  $\chi$ .—7 Codd.  $\chi$   $\psi$  *quæsitore*. Mox, *decrevit* codd. Lambini. Tum, *de nota re* C H S  $\chi$ . *judicaverit* C.—8 Græv. 2. *a civ. Rom.* Mox, *qui autem in rep.* H S  $\chi$ . *esse* deest in Franc. *modo potest C. Semproniae legis* codd. Lamb. Barb. Venet. 1480. probante Garat. Actutum, *jussu* habent omnes codd. et edd. *injussu* est e conj. Ernesti, probante Beier. ad Offic. tom. II. p. 86.—9 *Idem etiam ipsum* C H S  $\chi$ , Lamb. *Idem et ipsum*  $\psi$ , Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. *largitorem Lentulum* edd. vett. *non putant* H. Mox, *populi Romani et C S. reip. et H. r. p. et  $\chi$ . populi Rom.* codd. Gruteri, Grævii, et Venet. 1480. *reip.* retinuit Lamb. *et habent etiam* Duisb. Venet. 1483. Nang. Hervag. Mannt. Orell. Beck. Deinde, *cogitant et appellant et  $\psi$ . etiam appellari* Duisb. Pith. H C S  $\chi$ , et edd.

## NOTE

bant, vel eos, qui omnes concionum ventos colligebant, indicat.

<sup>p</sup> *Non neminem*] Carpit aliquem incognitum, e senatorum numero, qui ut popularis haberetur, eo die venire noluit in senatum. Huic anteponebat Cæsarem, qui revera popularis est, et salutis publicæ studiosus.

<sup>q</sup> *Quæsitore*] Se quæsitorem vocat, quia conjurationem detexit.

<sup>r</sup> *Gratulationem*] Loquitur de supplicatione, quæ decreta fuit a senatu. Vide orat. sup. § 15.

<sup>s</sup> *Legem Semproniam*] Lege lata a C. Graccho cautum est, ne injussu

pop. Rom. quisquam civis Rom. morte plectatur: at lex hæc non favet conjuratis; nam hostes illi iudicati non jure civium gaudent amplius.

<sup>t</sup> *Dependisse*] Interfectus est Gracchus ab Opimio consule, tanquam perniciosæ legis auctor, atque ita reipub. poenas dedit.

<sup>u</sup> *Largitorem et prodigum*] ‘Largitor’ is dicitur, qui spe dignitatis largitur et effundit pecunias in populum: ‘prodigus’ vero qui in societatis sua bona profundit.

exitio hujus urbis, tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit, appellari posse popularem. Itaque homo mitissimus atque lenissimus<sup>10</sup> non dubitat P. Lentulum æternis tenebris vinculisque mandare:<sup>k</sup> et sancit in posterum, ne quis hujus supplicio levando<sup>l</sup> se jactare, et in pernicie populi Romani posthac popularis esse possit: adjungit etiam publicationem<sup>11</sup> bonorum, ut omnes animi cruciatus et corporis, etiam egestas ac mendicitas consequatur.

VI. II. Quamobrem sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem, populo<sup>1</sup> carum atque jucundum: sive Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defendetis; atque obtinebo, eam multo leviolem fuisse. Quanquam, patres conscripti, quæ potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? ego enim de meo sensu judico. Nam ita mihi salva republica vobiscum perfrui liceat, ut ego, quod in hac causa<sup>2</sup> vehementior sum, non atrocitate animi moveor, (quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate et misericordia. Videor enim mihi<sup>v</sup> hanc urbem videre, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium,<sup>w</sup>

<sup>k</sup> *Detrudere in perpetuum carcerem.*

<sup>l</sup> *Minuendo.*



vett. ante Grut. *vel etiam appellari Barb.*—10 Cod.  $\chi$  *levissimus.* H S  $\chi$  *non dubitabat.* Pro *mandare*, Beck. conj. *damnare.* Mox, *et sanxit*  $\psi$ . Post *levando* Dnib. addit *a senatu.*  $\psi$ , Lamb. Manut. Hervag. *in perniciem.*—11 Cod.  $\psi$  *etiam ad public.* Mox, *ac mendicitas sequitur* S  $\chi$   $\psi$ .

CAP. VI. 1 Ita Schol. codd. multi, Venet. 1480. Nang. Grut. seqq. *populo Romano* aliæ edd. ante Grut. Mox, *sive illam Silani* Manut. Lamb. Hervag. Cam. *sive Sillani C. sive Sillanam*  $\psi$ . Post *vituperatione*, Pal. 6. 10. Colon. Græv. 1. 2. Barb. addunt *P. R. ed. pr. populum*; H *populum R. C populi R. vituperatione*; S  $\chi$   $\psi$  *p. r. vituperatione.* Pro *defendetis*, Colon. Græv. 2. et Erf. habent *exsolvetis*; al. *exsolvetis*; Barb. *exsolvestis.* Gulielm. legi jussit, *vitup. pop. Romano exsolvetis*; ant, *vitup. certe P. C.* Franc. exhibet, *facile me atque vos a crudelitatis vituperatione defendens obtinebo.* Deinde, pro *leviolem*, quod exhibent nonnulli codd. Venet. 1483. Crat. Grut. Græv. *leniorem* legunt alii codd. item Venet. 1480. Hervag. Cam. Lamb. Schutz. Beck. Orell. 'Hæc omnia, atque . . . fuisse, de levissima Henmanni suspicione delevit Matthiæ.' Orell.—2 Cod.  $\psi$  *qui in hac causa.* Mox, *morcar* Græv. 1.  $\psi$ . *sed in*

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Videor enim mihi*] Mirifica descriptio seu subjectio malorum impendentium a conjuratis.

<sup>w</sup> *Arcem omnium gentium*] Romanam arcem omnium gentium appellat, quia ad eam omnes nationes confugiunt:

subito uno incendio concidentem: cerno animo, sepulta in patria,<sup>3</sup> miseros atque insepultos acervos civium: versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, et furor in vestra cæde bacchantis. 12. Cum vero mihi proposui regnantem Lentulum, (sicut ipse se ex fati<sup>4</sup> sperasse confessus est) purpuratum esse hunc Gabinium,<sup>x</sup> cum exercitu venisse Catilinam, tum lamentationem matrumfamilias, tum fugam virginum atque puerorum, ac vexationem<sup>5</sup> virginum Vestalium perhorresco: et, quia mihi vehementer hæc videntur misera atque miseranda,<sup>y</sup> idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me severum vehementemque præbeo. Etenim quæro,<sup>a</sup> si quis paterfamilias, liberis suis a servo interfectis, uxore<sup>6</sup> occisa, incensa domo, supplicium de servis non quam acerbissimum sumserit; utrum is clemens ac misericors, [p. 121.] an inhumanissimus et crudelissimus esse videatur? mihi vero importunus<sup>a</sup> ac ferreus, qui non

<sup>a</sup> *Crudelis.*



*singulari C S. et in singulari χ.*—3 Ita codd. Lambini, duo ap. Grut. Pith. Græv. 2. *sepultam patriam* quinque codd. Oxon. Barb. Venet. 1483. Lamb. 1566. Orell. Matthiæ. Mox, *mihi deest* in C H S χ. *hanc mihi* habent edd. vet. Deinde *nostra cæde* Franc.—4 Græv. 1. *fastis*; ut legi jussit Carrio; *factis ψ.* Pro *sperasse* H S ψ habent *spectare*. Mox, *esse et Gabinium* C H S χ. *Catilinam* deest in H.—5 Græv. 1. ψ *vexantium*; Franc. U *vexantiam*. Verba *misera atque* desunt in C H S χ. Mox, *vehementerque* C. Pro *præbeo*, quod servant pauci codd. ed. Wahl. Naug. Laub. Beck. Matthiæ, et Orell. *præbeo* exhibent plerique codd. Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. Græv.—6 Franc. C H S χ *atque uxore*. Mox, *non deest* in ed. pr. *sauerit* pro *sumserit* Rom. Brix. *de serris non quam*, &c. Grut. Beck. *de serro non quam*, &c. Lamb. Schutz. Matthiæ, Orell. *de servis quam*, &c. plerique codd. et edd. vet. Pro *acerbissimum* Heum. e Lactant. mavult legi *acerrimum*; S habet *inacerbissimum*. C an *misericors*. S χ, Venet. 1483. Hervag. Naug. Manut. Cam. Orell. *inhumanus*. Verba *et crudelissimus* desunt in Franc. *et deest* in C. *esse*

#### NOTE

alludit autem ad Asylum Romuli, de quo Liv. lib. 1.

<sup>x</sup> *Purpuratum esse hunc Gabinium*] Purpura signum fuit regię potestatis; quare consules Rom. gerebant fasciam quandam purpuream in togis, qua magistratus sui auctoritatem ostenderent.

<sup>y</sup> *Misera atque miseranda*] Cælius sic ait duo illa verba inter se differre,

quod 'miser' sit qui meritis pœnis afficitur, 'miserandus' vero, qui immeritis patitur.

<sup>a</sup> *Etenim quæro*] Argumentum affert ab exemplo ficto, sic autem illud profert: Non est crudelitas interfici servum a patrefamilias, qui uxorem ejus et liberos interfecit; ergo neque conjuratos, qui servi patrię, eam perdere voluerunt.

dolore ac cruciatu nocentis suum dolorem<sup>b</sup> cruciatumque lenierit.<sup>7</sup> Sic nos in his hominibus,<sup>8</sup> qui nos, qui conjuges, qui liberos nostros trucidare voluerunt; qui singulas uniuscujusque nostrum domos, et hoc universum reipublicæ domicilium delere conati sunt; qui id egerunt,<sup>9</sup> ut gentem<sup>c</sup> Allobrogum in vestigiis hujus urbis, atque in cinere deflagrati imperii collocarent; si vehementissimi<sup>d</sup> fuerimus, misericordes habebimur; sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ civiumque pernicie fama subeunda est. 13. Nisi vero<sup>e</sup> cuiquam<sup>10</sup> L. Cæsar, vir fortissimus et amantissimus reipublicæ, crudelior nudius tertius visus est, cum sororis suæ,<sup>f</sup> fœminæ electissimæ,<sup>11</sup> virum præsentem et audientem, vita privandum esse dixit, cum avum<sup>g</sup> jussu consulis interfectum, filiumque ejus im-



*videbitur* C H  $\chi$ , Venet. 1483. Hervag.—7 Ita e cod. Lamb. in marg. 1584. Grut. et recentt. *qui non dolorem suum et cruciatum dolore nocentis et cruciatu lenierit* Hervag. Cam. Lamb. 1566. *qui non dolorem cruciatu lenierit* Franc. Venett. 1480. 1483. Crat.—8 C H S  $\chi$  *in his omnibus*. Actutum *qui nos desunt* in  $\psi$ . *qui vos habet* H. Mox, *liberos vestros* H. *nostrum domus* C H S  $\chi$ . *nostrum* deest in Græv. 1. et Venet. 1483.—9 C H S  $\chi$  *qui egerunt*. Verba *hujus urbis* desunt in Franc. *in cinerem*  $\psi$ . Deinde, *si vehementes fuerimus misericordissimis habebimur* Duisb. *miseriçordissimi* conj. Beck. *summæ crudelitatis impietate*  $\psi$ .—10 *Nisi vero turpia*  $\psi$ . *vero* deest in C H S, et Venet. 1483.—11 Ita Venet. 1483. Crat. Cam. Grut. Græv. ex Lambini codd. et aliorum; *lectissimæ* alii codd. ap. Lamb. et Muret. item edd. Hervag. Lamb. Beck. Schutz. Orell. Matthiæ. Post *præsentem* C H S  $\chi$  addunt *se*. Hervag. prit.

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Dolorem*] Dolorem conceptum videlicet ex uxore et liberis interfectis, et incensa domo.

<sup>c</sup> *Gentem*] Gens Allobrogum semper infensissima fuit pop. Rom.

<sup>d</sup> *Si vehementissimi*] Ait quod summa sit misericordia in patriam si plectantur conjurati, at summa inhumanitas si ipsis parcatur.

<sup>e</sup> *Nisi vero*] Probat ab exemplo L. Cæsaris, crudeliter non agi cum conjuratis si interficiantur, siquidem dixit Lentulum principem conjurationis, et sororis suæ virum, quem præsentem et audientem videbat in senatu, sibi morte dignum videri.

<sup>f</sup> *Sororis suæ*] Lucii Cæsaris soror, et nxor Lentuli, Julia vocabatur, et ex priori matrimonio illius M. Antonii mater, qui postea triumvir fuit. Ex hoc autem Lentuli supplicio, ut refert Plutarch. in Vita Ant. fons inimicitiarum, quæ Ciceronem inter et Antonium intercesserunt, redmndavit.

<sup>g</sup> *Cum avum*] Jam confirmat quod dixit Cæsar, videlicet Lentulum morte afficiendum esse; quod avus ejus longe minori scelere infectus, tamen jussu Opimii consulis interfectus fuisset. Avus porro maternus L. Cæsaris fuerat M. Fulvius Flac-

puberem,<sup>h</sup> legatum a patre missum, in carcere necatum esse dixit: quorum, quod simile factum?<sup>12 i</sup> quod initum delendæ reipublicæ consilium? largitionis voluntas<sup>k</sup> tum in republica versata est, et partium quædam contentio.<sup>1</sup> Atque<sup>13</sup> illo tempore hujus avus Lentuli,<sup>m</sup> clarissimus vir, armatus Gracchum est persecutus: ille etiam grave tum vulnus accepit, ne quid de summa republica<sup>14</sup> minueretur: hic ad evertenda fundamenta<sup>n</sup> reipublicæ Gallos arcessit,<sup>o</sup>

//////////

*esse durit.* Mox, cum avum jussu . . . esse dixit desunt in C H S χ. cum avi jussu consularem int. edd. vett. *cujus avi jussu consularem int.* al. vett. *jussu Coss.* Heum. *cujus avum jussu consulis constat int.* . . . necatum esse al. *inpubem ψ.* *necandum* Corrad. Græv. 1. 2. Barb.—12 Ita codd. item edd. Cam. Lamb. et seqq. *est factum* Barb. et Venet. 1480. *fuit factum* Venet. 1483. Crat. Hervag. Matthia. Mox, *voluntas tamen in, &c. ψ. v. tantum, &c.* Græv. 1. *largitoris v. tum* Franc. *rep. versa est C.*—13 *Atqui* Henm. *eo tempore C. est consecutus* Hitt. Græv. 2. Duisb. *ille grave* C H S χ, Barb. Venet. 1480, 1483. *ille et grave* Manut. Lamb. *ille etiam avus Lent. grave* Græv. 1. Franc. *tum deest in ψ.*—14 Ita cod. Gruteri, ed. Wald. Græv. et seqq. *de summa rei publicæ* Erf. et al. ap. Græv. *de summa dignitate rei pub.* Venet. 1483. Crat. Hervag. Grut. *de summa rei p. dignitate* Cam. *de dignitate summæ rei pub.* Lamb. Mox, *arcessivit . . . concitavit . . . evocavit* Venet. 1483. Lamb. Grut. *Leet. nostram habent plurimi codd.* Deinde, *vocat et tribuit ψ. vocat ac tribuit* Græv. 1. et Franc. *trucidandos deest in C H S χ. cruciandos habet ψ. et cete-*

#### NOTÆ

cus: nam ejus filiam L. Cæsar, hujus Lucii pater, in matrimonio habuerat.

<sup>h</sup> *Filiumque ejus impuberem*] Habebat filium vix annos natum viginti, quem mittebat ut pacis tantum conditiones proponeret, adolescentem ornatissimum, cujus frater major in acie perierat; qui tamen in carcere necatus est.

<sup>1</sup> *Quorum, quod simile factum*] Nul- lum tantum illi facinus conceperant, quantum Lentulus ille seditiosorum princeps; ergo longe acerbiori morte dignus est.

<sup>k</sup> *Largitionis voluntas*] Volebat Gracchus tenuioribus civibus agros largiri, dari vestimenta militibus sine stipendiorum diminutione, &c. his largitionibus veniebat tantum in suspicionem imperii affectandi.

<sup>1</sup> *Partium quædam contentio*] Con-

tendebant inter se tantum populus et senatus seu patricii.

<sup>m</sup> *Hujus avus Lentuli*] In illa seditione, ut his verbis refert Valer. Max. v. 3. 'P. Lentulus,' hujus seditiosi Lentuli avus, 'clarissimus et amantissimus civis reipub. in Aventino C. Gracchi nefarios conatus et aciem, pia ac forti pugna, magnis vulneribus exceptis, fugavit.'

<sup>n</sup> *Hic ad evertenda fundamenta*] Argumentatur jam a minori ad majus; nam si morte dignus propter suspicionem Gracchus judicatus est, aut quia visus solum est minuere dignitatem populi; qua graviore morte dignus judicari debet, qui fundamenta reipub. evertere voluit: quod probat amplificatione per distributionem.

<sup>o</sup> *Gallos arcessit*] Allobroges sunt, quos nomine Gallorum exprimit ad

servitia concitat, Catilinam vocat, attribuit nos<sup>p</sup> trucidandos Cethego, ceteros cives interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinæ. Veremini,<sup>15</sup> censeo,<sup>q</sup> ne in hoc scelere tam immani ac nefando nimis aliquid severe statuisset videamini; cum multo magis sit verendum, ne remissione pœnæ crudeles in patriam,<sup>16</sup> quam ne severitate animadversionis nimis vehementes in acerbissimos hostes fuisse videamur.

VII. 14. Sed ea, quæ exaudio,<sup>1r</sup> patres conscripti, dissimulare non possum. Jaciuntur enim voces, quæ perveniunt ad aures meas, eorum, qui vereri videntur, ut habeam satis præsidii ad ea, quæ vos statueritis hodierno die, transigunda.<sup>b</sup> Omnia et provisa, et parata,<sup>2</sup> et constituta sunt, patres conscripti, cum mea summa cura atque diligentia, tum multo etiam majore populi Romani, ad summum imperium retinendum, et ad communes fortunas conservandas, voluntate. Omnes adsunt omnium ordinum homines,<sup>3</sup>

<sup>b</sup> *Exequenda.*



ros Græv. 1. Cassio deest in eodem cod.—15 Ita e conj. edidit Ernesti; *Vere enim* ed. Wald. *Vereamini* ceteri. Pro *censeo* Lamb. conj. *credo*. Mox, *ac nefario* quinque codd. Oxon. *aliquid severius* Græv. 1. Franc. ed. Wald. *nimis aliquid severi* Venet. 1480. 'Legendum aut *nimis severe*, aut *aliquid severius*, delete *nimis*.' Ernesti.—16 Codd. quinque Oxon. *magis in patr.* ψ *patria*. Mox, pro *videamur*, quod plurimi codd. servant, edd. vett. habent *videamini*; Græv. 2. *vidisse videamur*.

CAP. VII. 1 Sic codd. Grævii, Franc. ed. Wald. Græv. Beck. Matthiæ, Orell. *Sed quæ audio* Lamb. Grut. et plurimæ edd. vett. *Sed ea quæ audio* al. vett. Mox, pro *Jaciuntur*, quod habent codd. Grævii, Erf. Pith. Barb. ed. Wald. Græv. et seqq. *Jactantur* legunt Venet. 1483. Lamb. Grut. Mox, *ut non habeam* Græv. 1. 2. et Franc. Pro *transigunda*, ed. Wald. habet *transeunda*; Venet. 1483. et Lamb. *transigenda*.—2 Ita Steph. Grut. et recentt. *Omnia provisa et parata* Venet. 1483. Crat. Hervag. Naug. Cam. Lamb. *Omnia provisa sunt parata* C. *Omnia provisa parata* H S χ.—3 Pal. 2.

#### NOTÆ

invidiam conciliandam, quia Galli infensissimi erant Romanis.

<sup>p</sup> *Attribuit nos*] Cuique conjuratorum suum munus attributum erat, ut æpe jam in istis orationibus dictum est: at Cethego ut Ciceronem et senatores interficeret.

<sup>q</sup> *Veremini, censeo*] Ironia; non

enim dubitandum est de morte ipsis inferenda.

<sup>r</sup> *Sed ea, quæ exaudio*] Occupatione ntitur, ut eos præveniat, qui satis non esse præsidii Ciceroni dicere potuissent ad eos morte afficiendos, si ita de iis senatus decerneret.

omnium denique ætatum : plenum est forum,<sup>5</sup> plena templa circa forum, pleni omnes aditus hujus loci ac templi.<sup>†</sup> Causa enim est post urbem conditam hæc inventa sola, in qua omnes sentirent<sup>4</sup> unum atque idem, præter eos, qui, cum sibi viderent esse pereundum, cum omnibus potius, quam soli perire voluerunt. 15. Hosce ego homines<sup>‡</sup> excipio et secerno libenter: neque enim in improborum<sup>5</sup> civium, sed in acerbissimorum hostium numero habendos puto. Ceteri vero, Dii immortales! qua frequentia, quo studio, qua virtute<sup>6</sup> ad communem dignitatem<sup>×</sup> salutemque<sup>6</sup> consentiunt! Quid ego hic equites Romanos commemorem? qui vobis ita summam ordinis<sup>‡</sup> consiliique<sup>‡</sup>

<sup>6</sup> Multitudine, desiderio, fortitudine.

//////////

*omnia hominum ordines*; Hitt. Græv. 2. *omnium ordinum hominum*. Mox, *plena t. c. forum* desunt in C H S χ, Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. et Lamb. 1566. extant vero in Barb. tribus codd. ap. Lamb. Venet. 1480. Steph. Lamb. 1584. Grut. et recentt. *ac templi* desunt in C.—4 Ita edd. recentt. probante Henm. *sentiunt* codd. quidam et edd. vet.—5 Ita Barb. alique nonnulli codd. *enim* deest in Græv. 1. 2. et Franc. *in* deest in C H S χ, Venet. 1480. 1483. Mox, *sed acerb.* F U ap. Grut. *sed jam acerb.* C H S χ, Venet. 1483. *jam acerb.* Ven. 1480.—6 Codd. Lamb. Barb. Venet. 1480. *salutem dignitatemque*.—7 Ita quatuor Pall. F U H, Duisb. Erf. cum ed. Grut. et recentt. *summa ordinis consiliique* quinque codd. Oxon. Venet. 1483. Crat. Hervag. Cam. al. ante Grut. *summa ordinis auxilii consiliique* codd. Mureti, Lamb. 1566. Mox, *quod ex mult.* ψ. Paulo post, *hujus ordinis ad soc.* codd. aliquot, Venet. 1480. 1483. Crat. Deinde, *hodierno die* C H S χ. *atque* deest in χ. *hæc* omittunt C H S. pro quo *hac* habet χ. *quam quidem conjunc-*

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Plenum est forum*] Habebatur hæc oratio in foro Romano, quod erat in Capitolio, quod omnium nobilissimum fuit.

<sup>†</sup> *Hujus loci ac templi*] Varia templa fuerunt circa forum, per quæ in causa Milonis præsidia Pompeius disposuit: vel templum ait, quia in loco sacro semper senatus habebatur.

<sup>‡</sup> *In qua omnes sentirent*] In aliis contentionibus suas quisque partes sequebatur; ut in tumultibus civilibus, nobiles Sullæ, plebei Mario adhærebant: at in hac causa nemo

præter conjuratos paucos Catilinæ et Lentulo favit.

<sup>‡</sup> *Hosce ego homines*] Secernit conjuratos, viros impios et infames, a ceteris civilibus.

<sup>×</sup> *Ad communem dignitatem*] Per communem dignitatem, libertatem intelligit, qua nihil homini melius est.

<sup>‡</sup> *Summam ordinis*] Per summam ordinis, summum imperium seu primas reipub. partes accipit, quas ita proprias senatui esse concedit, ut tamen nullis concedant equites amore in rempub.



concedunt, ut vobiscum de amore reipublicæ certent; quos, ex multorum annorum dissensione<sup>2</sup> ad hujus ordinis societatem concordiamque revocatos, hodiernus dies vobiscum atque hæc causa conjungit; quam conjunctionem si, in consulatu confirmatam meo, perpetuam in republica tenuerimus; confirmo<sup>d</sup> vobis, nullum<sup>8</sup> posthac malum civile ac domesticum ad ullam reipublicæ partem esse venturum. Pari studio defendendæ reipublicæ convenisse video tribunos ærarios,<sup>a</sup> fortissimos viros; scribas<sup>9b</sup> item universos; [p. 122.] quos cum casu hæc dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione sortis<sup>c</sup> ad communem salutem esse conversos. 16. Omnis ingenuorum<sup>d</sup> adest multitudo, etiam tenuissimorum.<sup>e</sup> Quis est enim, cui non hæc templa,<sup>10</sup> aspectus urbis, possessio libertatis, lux de-

<sup>d</sup> Promitto.<sup>e</sup> Pauperrimorum.

//////////

tionem Franc.—8 Voc. nullum deest in C H S χ. civile ad dom. C χ. ad nullam C H S χ ψ.—9 Cod. ψ scribebas. Mox, hæc dies est ex ed. Wald. hic dies codd. et al. vett. Dein, pro frequentasset, C H S χ, Franc. Barb. Venett. 1480. 1483. frequentes advocavit; ψ vocavit frequentes; Duisb. ed. 1584. frequentes advocasset; Hervag. Cam. frequens advocavit; Ernesti conj. frequentavit. Actutum, sortis amore debitæ pecuniæ, ad, &c. Grævius e codd. video ab amore deb. pec. ab exp. Verb. Lall. ab amore debitæ pecuniæ Græv. 2. Pith. Erf. Barb. hujus sortis habent quinque codd. Oxon. al. Venett. 1480. 1483. Crat. Hervag. aspectatione ψ. communem deest in Græv. 1.—10 Græv. 2.

## NOTE

<sup>2</sup> *Multorum annorum dissensione*] Tullerat Sempronius tribunus pleb. Q. Cæcilio, T. Quintio cons. anno urbis sexcentesimo trigesimo, ut judicia, quæ penes senatum fuerant, ad solos equites transferrentur. Hinc semper dissenserunt senatores ab equitibus. Postea a Sulla ab equitibus ad senatores translata sunt anno sexcentesimo septuagesimo tertio: denique anno sexcentesimo octogesimo tertio, a Cotta senatoribus, equitibus, et tribunis ærariis communicata sunt; atque ita omnes ordines ad conciliam revocati sunt.

<sup>a</sup> *Tribunos ærarios*] Tribunos ærarios dicimus *receveurs généraux*, quibus

etiam cum senatu et equestri ordine Aurelius Cotta prætor, lege lata, judicandi potestatem fecit.

<sup>b</sup> *Scribas*] Scribarum ordo honestus erat, eorum erat munus acta publica scribere. Vide actionem quintam in Verrem, ubi fuse de iis loquitur Cicero.

<sup>c</sup> *Expectatione sortis*] Sorte ministeria ad ærarium præstabant scriba; immo eorum sortitio fiebat, qui in provincias sequerentur magistratus.

<sup>d</sup> *Ingenuorum*] Ingenui dicuntur, qui statim ac nascuntur, liberi sunt. Vide Cie. de Inventione lib. 1. ubi de iis agit.

nique hæc ipsa, et hoc commune patriæ solum, cum sit carum, tum vero dulce atque jucundum? VIII. Operæ pretium est,<sup>f</sup> patres conscripti, libertinorum hominum<sup>e</sup> studia cognoscere; qui virtute sua fortunam civitatis consecuti,<sup>1</sup> hanc vere suam patriam esse judicant; quam quidam hinc nati,<sup>f</sup> et summo nati loco, non patriam suam, sed urbem hostium esse judicaverunt. Sed quid ego hujusce ordinis homines<sup>2</sup> commemorem, quos privatæ fortunæ, quos communis respublica, quos denique libertas ea, quæ dulcissima est, ad salutem patriæ defendendam excitavit? servus est nemo, qui modo tolerabili conditione<sup>g</sup> sit servitutis,<sup>3</sup> qui non audaciam civium perhorrescat; qui non hæc stare cupiat;<sup>h</sup> qui non tantum, quantum audet, et

<sup>f</sup> Est res digna.

//////////

cui hæc templa. Duisb. cui non herba templa. Mox, Græv. 2. patriæ solum non sit; Græv. 1. patriæ solum sit.

CAP. VIII. 1 Ita codd. complures et optimi quique, velut Erf. Venet. 1480. ed. Wald. Naug. Steph. Lall. Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. et ita Grut. edere volebat. qui fortunam civitatis consecuti quatuor codd. Oxon. Venet. 1483. Crat. qui fortuna sua civitatis jus consecuti Hervag. Cam. ed. 1584. Grut. qui fortuna sua hujus civitatis jus cons. codd. Mureti; qui sua virtute ac fortuna jus civitatis Lamb. 1566. ac vere C. hac vere χ. jum patriam ψ. quanquam, qui hic nati sunt, et summo loco quidam, non patriam Barb. nati hic C ψ. Verba, et summo nati loco desunt in ψ.—2 H U, quatuor Pall. Heum. Beck. hosce hom. ord. tres codd. Oxon. Venet. 1480. 1483. Crat. Hervag. Cam. Matthiæ hos hom. ord. Actutum, commemoro Erf. Pith. Barb. Schutz.—3 Pal. 2. qui non modo t. c. sit scrvus; Pal. 6. qui non tol. c. sit servus; Græv. 2. qui non modo t. c. sit servitutis. Mox, civium perditorum Naug. Cam. Lamb. perditorum civium al. perditorum deest in omnibus codd. Lambini, Barb. Pall. G H U Venet. 1480. 1483. audaciam eorum Pith. Pro non hæc stare, quod servant codd. Gruteri, Grævii, Erf. Lamb. 1584. seqq. non obstare legunt codd. plerique, Venet. 1483. Lamb. 1566. Deinde, pro audet, ψ habet audiet; Franc. audiat. Duisb. exhibet qui non hic in quantum audet. Idem codex, Græv. 1. 2. et Franc. et in quantum potest. Græv. 1. tantum conferat. Edd.

#### NOTÆ

<sup>e</sup> Libertinorum hominum] Libertini dicuntur, qui ex justa servitute manumissi sunt; et qui probitate et fortitudine sua bene merendo de dominis, libertate et civitate donati sunt.

<sup>f</sup> Hinc nati] Lentulum et Cethegum intelligit, qui nati Romæ, eam quasi urbem hostium ferro flamma-

que delere voluerunt.

<sup>g</sup> Tolerabili conditione] Tolerabili conditione servus esse dicitur, qui dominos crudeles et duros non habet.

<sup>h</sup> Stare cupiat] Illorum conjuratorum civium audaciæ nemo non resistere vult.

quantum potest, conferat ad communem salutem, voluntatis. 17. Quare si quem vestrum forte commovet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concursare <sup>4</sup> <sup>1</sup> circum tabernas, pretio sperare sollicitari posse animos egentium atque imperitorum; est id quidem cœptum atque tentatum: sed nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditī, qui non ipsum illum sellæ atque operis <sup>k</sup> et quæstus quotidiani locum; qui non cubile ac lectulum <sup>5</sup> <sup>1</sup> suum; qui denique non cursum hunc otiosum vitæ suæ, salvum <sup>s</sup> esse vellent: multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis sunt; <sup>m</sup> immo vero (id enim potius est dicendum) genus hoc universum amantissimum est otii: <sup>6</sup> etenim omne eorum instrumentum, omnis opera ac quæstus, frequentia civium sustinetur, alitur otio: quorum si quæstus, occlusis tabernis, minui solet, quid tandem incensis futurum est?

18. Quæ cum ita sint, patres conscripti, vobis populi Romani <sup>7</sup> præsidia non desunt: vos ne populo Romano

<sup>r</sup> *Hanc brevitatem vitæ pacatam.*

<sup>h</sup> *Pacis.*

//////////

vett. salutis voluntatem; τὸ voluntatis delendum censebat H<sup>er</sup>um.—4 C *incur-  
sare*. Pro *sperare*, quod exhibent Pall. U, Gembl. Barb. Grut. Græv. seqq.  
*sperantem* ex uno cod. dederunt Lamb. Oliv. Lall. *sollicitare* Græv. 1. quin-  
que codd. Oxon. Venet. 1480. 1483. Hervag.—5 Græv. 1. *ψ lectum*; Franc.  
*lectulum illum*. Mox, pro *vellent*, quæ est conj. Ernestii, *velit* habent tres  
codd. Oxon. Venet. 1483. Lamb. *velint* al. Tum, pro *immo vero* nonnulli  
codd. Venet. 1483. et Crat. habent *nisi vero*. Deinde, *id ei potius est dicen-  
dum* Pith. *est* ante *dicendum* omittit Græv. 1.—6 H *χ amicissimum esse otio*.  
Mox, *eorum* omittit Græv. 1. Deinde, *civium* deest in C H S *χ*, Pith. et Ve-  
net. 1483. Pro *sustinetur*, optimi codd. Erf. Venet. 1480. Græv. Lall. habent  
*sustentatur*. *ψ aliturque otio*. Denique, pro *futurum est*, quod servant Barb.  
quatuor codd. Oxon. Venet. 1480. 1483. Lamb. Grut. Schutz. Beck. *futurum*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Concursare*] Sallustius refert quod Lentuli clientes et liberti diversis itin-  
neribus per urbem opifices et servi-  
tia concitare conati sunt, ut vi eum  
ex carcere extraherent.

<sup>k</sup> *Sellæ atque operis*] Sella, seu offi-  
cina, locus est, ubi opifices suas ope-  
ras faciunt. A sella vero sellularii  
illi dicti sunt.

<sup>1</sup> *Cubile oc lectulum*] Utrunque vi-  
detur distinguere Cicero. Forte vi-  
lius fuit cubile quam lectus, cum  
illud talpis et corvis a Virgilio Georg.  
1. assignetur.

<sup>m</sup> *In tabernis sunt*] In tabernis res  
vendendæ proponuntur a propolis.  
Sumitur etiam 'taberna' pro 'cau-  
pona,' ubi pretium hospitii solvitur.

desse videamini, providete. 1X. Habetis consulem ex plurimis <sup>1</sup> periculis et insidiis, atque ex media morte, non ad vitam suam,<sup>a</sup> sed ad salutem vestram reservatum: omnes ordines ad conservandam rempublicam mente, voluntate, studio, virtute, voce, consentiunt; obsessa facibus et telis impiae conjurationis, vobis supplex manus tendit <sup>b</sup> patria communis: vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis arcem et Capitolium,<sup>c</sup> vobis aras Penatium,<sup>2</sup> <sup>a</sup> vobis illum ignem Vestæ <sup>b</sup> perpetuum ac sempiternum, vobis omnia templa Deorum atque delubra,<sup>c</sup> vobis muros atque urbis tecta commendat. Præterea de vestra vita, de conjugum vestrarum ac liberorum <sup>3</sup> anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis<sup>d</sup> vestris, hodierno die vobis judicandum est. 19. Habetis ducem, memorem vestri, oblitum sui; quæ <sup>4</sup> non semper facultas datur: habetis omnes ordines, omnes homines, universum populum Romanum, (id quod in civili causa hodierno die primum videmus) unum atque idem sentientem. Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam <sup>5</sup> libertatem, quanta Deorum

<sup>a</sup> Non ut vivat sibi.

<sup>b</sup> Precatur.

<sup>c</sup> Arcem Capitolinam.

//////////

fuit nonnulli codd. Erf. Græv. Matthiæ, Orell.—7 C *populoque R.* Mox, ne reip. desse codd. Grævii, CH S ψ.

CAP. 1X. 1 C *pluribus.* Paulo post studio deest in Græv. 1. Mox, obs. *facibus* Græv. 1.—2 Quinque codd. Oxon. *Penates*, omissio *aras.* Mox, *ignem Vestæ sempiternum* complures codd. Erf. Steph. Lamb. 1584. Græv. Matthiæ. *omnium Deorum templa* codd. complures, Erf. Ven. 1480. Lamb. 1584. probante Garat.—3 Steph. *atque lib.* S χ ψ *fortunis omnibus.* Mox, *hodierna die* Barb. Ven. 1480. *vobis* deest in H S χ.—4 Cod. ψ *quem.* Mox, post *datur*, quinque codd. Oxon. Rom. 1480. Brix. Mediol. Ald. addunt *ut sui oblitus, alii memoretur.* Hæc desunt in ed. Wald. Delevit Victor. Deinde, *universam remp. id quod* H χ. [die ante primum omittunt H, Græv. 2. *hodie primum* Lamb. 1584. probante Garat.—5 Verba, *fundatum i. q. v. stabilitam,*

#### NOTE

<sup>a</sup> *Penatium*] Penates Dii selecti sunt duodecim, qui et Dii patrii dicebantur, seu domestici, quod penes nos nati sunt, sive penitus insident, vel per quos spiramus.

<sup>b</sup> *Ignem Vestæ*] Ignis erat in ara perpetuus, quem curabant virgines

Vestales.

<sup>c</sup> *Delubra*] Delubra sacella sunt in templis.

<sup>d</sup> *De focis*] Focus locus est, ubi ignis fovetur, et ubi putabant Deos Penates et domesticos Lares residere.

benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox<sup>e</sup> pæne delerit. Id ne unquam posthac non modo<sup>6</sup> confici, sed ne cogitari quidem possit a civibus, hodierno die providendum est. Atque hæc,<sup>7</sup> non ut vos, qui mihi studio pæne præcurritis,<sup>d</sup> excitarem, locutus sum; sed ut mea vox, quæ debet esse in republica princeps,<sup>e</sup> officio functa consulari videretur.

X. 20. [p. 123.] Nunc<sup>1</sup> antequam, P. C., ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego, quanta manus<sup>f</sup> est conjuratorum, quam videtis<sup>2</sup> esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video: sed eam<sup>f</sup> esse judico turpem et infirmam, contemptam et abjectam. Quodsi aliquando, alicujus furore et scelere concitata manus ista plus valuerit,<sup>g</sup> quam vestra<sup>3</sup> ac reipublicæ dignitas; me tamen meorum factorum atque consiliorum nunquam, patres conscripti, pœnitebit. Etenim mors, quam illi mihi fortasse<sup>4</sup> minitantur, omnibus est parata: vitæ tantam laudem, quanta vos me vestris decretis honestastis, nemo est assecutus. Ceteris enim semper<sup>5</sup> bene gestæ,<sup>g</sup> mihi uni conservatæ reipublicæ gratulationem decrevistis.

<sup>d</sup> *Prævenitis.*<sup>e</sup> *Prima.*<sup>f</sup> *Multitudo.*<sup>g</sup> *Potuerit.*

desunt in C. et *quam virtute* Græv. 1. *quam quanta* Franc. Mox, *una vox* ψ. *pene deleverit* Duisb. *quam pæne delerit* Erf. Col. Græv. 2. Paris. cum edd. Græv. et Lall.—6 Steph. *non modo non.* Voc. *modo* deest in ψ. Pro *a civibus*, quod servant H F U, Erf. Barb. et edd. vett. *a vobis* habent Pall. et edd. quædam ante Grut. *vobis*, sine præpositione, quinque codd. Oxon. Ven. 1483. aliæ edd. vett. *a civibus vobis* Hervag. et al. ap. Græv. *a civibus nobis providendum* Franc.—7 *Atque hoc* C H S χ. *officio f. c. videatur* C ψ.

CAP. X. 1 *Nunc autem* ψ. Mox, P. C. addidit Ernesti e cod. Erf. ed. Wald. et Ven. 1480. *Patres conscripti* Orell. *ad sententias* ψ. *pauca dicam* χ ψ.—2 Henm. *quam video.* Mox, *et contemptam* Manut. Grut. Græv. *contemptum* omittunt codd. aliquot.—3 Cod. ψ *quam nostra.* Mox, *me tamen eorum* C H S χ.—4 Steph. et Matthiæ *illi fortasse*; C *illi mihi forsitan.* Mox, *vitæ vero* ψ. *quantam vos* C H S. *honestastis* ψ.—5 Voc. *semper* deest in H U ψ, Erf. Duisb. et ed. Græv. Mox, *gesta . . conservata re publica* codd. aliquot, Erf.

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Una nox*] Saturnalium nocte nihil formidandum. cædem facere debebant conjurati. <sup>g</sup> *Bene gestæ*] Bene gesta respub. tum dicebatur, cum hostes devicti erant.

21. Sit Scipio clarus<sup>b</sup> ille, cujus consilio atque virtute<sup>6</sup> Hannibal in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est: ornetur alter<sup>i</sup> eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infestissimas, Carthaginem<sup>k</sup> Numantiamque<sup>l</sup> delevit: habeatur<sup>7</sup> vir egregius L. Paulus, ille,<sup>m</sup> cujus currum<sup>n</sup> rex potentissimus quondam, et nobilissimus, Perses honestavit: sit in æterna gloria Marius,<sup>o</sup> qui bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit: anteponatur omnibus Pompeius,<sup>p</sup> cujus res gestæ atque virtutes, iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur.<sup>8</sup> Erit profecto inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ; nisi forte majus est patefacere nobis provincias, quo exire possimus, quam curare, ut<sup>9</sup> etiam illi, qui absunt, habeant, quo victores revertantur.<sup>q</sup> 22. Quan-

et Græv.—6 *C ac virtute.* Mox, *atque Italia* Cam. Steph. *cedere* Matthiæ. *alter* deest in quinque codd. Oxon. Henm. vero censebat voc. *Africanus* delendum.—7 Cod. *ψ habebatur.* Mox, *rex* deest in eodem codice. *sit æterna,* omisa præpositione, codd. Lambini, Barb. quinque Oxon. et Ven. 1480.

## NOTÆ

<sup>b</sup> *Sit Scipio clarus*] Scipio Africanus major, anno 15. secundi belli Punici, traduxit exercitum in Africam: quare Hannibal decedere ex Italia, et subvenire patriæ coactus est. Vide Liv. lib. xxx.

<sup>i</sup> *Ornetur alter*] Minor Africanus, filius Pauli, adoptatus est a superiori Africani filio. Vide Flor. ii. 1. et 18.

<sup>k</sup> *Carthaginem*] Carthago fuit urbs Africæ celeberrima, et Romæ æmula, a Dido condita septuagesimo post Romam anno: a Scipione deleta fuit cum Carthagine Nova in Hispania Bætica.

<sup>l</sup> *Numantiam*] Numantia urbs fuit Hispaniæ Tarraconensis, a Romanis obsessa et victa.

<sup>m</sup> *Paulus ille*] Hujus vitam scripsit Plutarchus.

<sup>n</sup> *Cujus currum*] Cum triumpharent victores, ante eorum currum victi

duces duci solebant in pompam.

<sup>o</sup> *Marius*] Marius Tentones et Ambrones duobus præliis ad Aquas Sextias in Provincia, et Cimbro eorum socios in agro Claudio superavit, cæsis eorum ducentis millibus, et captis nonaginta. Vide Plutarchum in Vita Marii.

<sup>p</sup> *Pompeius*] De eo fuse in oratione pro Lege Manil.

<sup>q</sup> *Quo victores revertantur*] Debent habere victores urbem quo revertantur, ut ibi debitum suæ virtuti triumphum referant. Unde Offic. lib. 1. refert ipse Cicero de Pompeio, quod sibi dixerit, ‘frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rempub. beneficio, ubi triumpharet, habiturus esset.’ Cum autem arderet hæc conjuratio, tum in Asia Pompeius cum Mithridate bellum gerebat.

quam est uno<sup>10</sup> loco conditio melior externæ victoriæ, quam domesticæ; quod hostes alienigenæ<sup>h</sup> aut oppressi serviunt, aut recepti<sup>r</sup> beneficio se obligatos putant; qui autem ex numero civium, dementia aliqua depravati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos, cum a pernicie reipublicæ repuleris,<sup>11</sup> nec vi coërcere, nec beneficio placare possis. Quare mihi cum perditis civibus æternum bellum susceptum esse video: quod ego<sup>12</sup> vestro, bonorumque omnium auxilio, memoriaque tantorum periculorum, (quæ non modo in hoc populo, qui servatus est, sed etiam in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hærebit) a me atque a meis facile propulsari posse confido: neque ulla profecto tanta vis reperietur,<sup>13</sup> quæ conjunctionem vestram equitumque Romanorum, et tantam conspirationem bonorum omnium perfringere et labefactare possit.

XI. 23. Quæ cum ita sint, patres conscripti, pro imperio,<sup>s</sup> pro exercitu, pro provincia, quam neglexi, pro triumpho, ceterisque laudis insignibus, quæ sunt a me, propter urbis vestræque<sup>t</sup> salutis custodiam, repudiata; pro clientelis<sup>t</sup>

<sup>h</sup> Externi.

//////////

1483. *bis* deest in  $\psi$ .—8 C H S continetur.—9 Particula *ut* deest in C.—10 Ita codd. Lambini, Gruteri, Grævii, Barb. *inest* in uno CS  $\chi \psi$ , Ven. 1483. *est* in uno H, Hervag. Nang. Cam. Lamb. *inest* uno Ven. 1480. Paulo post, *aut recepti* in *amicitiam* Barb. margo Lamb. Hervag.—11 Græv. 1. *removeris*; unde Beck. conj. *removeris*; C habet *repuleritis*. Mox, *neque vi c. neque* H S, Lamb. al. vett.—12 Steph. *id ego*. Paulo post *etiam* omittunt C H S  $\chi$ , Venet. 1483. Crat. Victor. Steph. Mox, *atque meis* C H S, Oliv. *propulsari atque proculcari posse* Franc.—13 Voc. *reperietur* deest in H. Actutum, *quæ conductionem vestram* Græv. 2. et Franc. Deinde, *confringere et l. possit* Græv. 2. et C.

CAP. XI. 1 Ita Hervag. Nang. et seqq. *propter hanc urbem vestram* quinque codd. Oxon. Venet. 1480. *propter urbem vestram* Venet. 1483. Crat. *propter urbem vestramque* Duisb. *propter urbem vestræque* Græv. 2. Mox, *pro hospitio officii pro provincialibus* C S. *pro officio hospitii* H. *pro provincialibus, pro hospitio*  $\chi$ . *pro hospitiiis* prov. tantum legitur in Barb. *pro clientibus, pro hospitio officii, pro* prov. Venet. 1480. *pro clientibus, pro provincialibus, pro*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Recepti*] Qui se dedunt, recipiuntur in populi Rom. *amicitiam*.

<sup>s</sup> *Pro imperio*] Consulibus provinciarum administrandarum decernebantur, dabantur exercitus, et re bene gesta

triumplis decernebatur, quo nihil apud Romanos ad gloriam fuit illustrius.

<sup>t</sup> *Pro clientelis*] Clientes dicebantur qui patronos honorabant; nam

hospitiisque provincialibus,<sup>u</sup> quæ tamen urbanis opibus non minore labore tueor, quam comparo; pro his igitur<sup>2</sup> omnibus rebus, pro meis in vos singularibus studiis, proque hac, quam conspiciatis, ad conservandam rempublicam diligentia, nihil aliud a vobis, nisi hujus temporis, totiusque mei consulatus memoriam postulo;<sup>3</sup> quæ dum erit vestris mentibus infixæ, firmissimo me muro septum esse arbitror. Quodsi meam spem vis improborum sefellerit<sup>4</sup> atque superaverit; commendo vobis parvum meum filium;<sup>5</sup> cui profecto satis erit præsidii, non solum ad salutem, verum etiam ad dignitatem, si ejus, qui hæc omnia suo solus periculo conservaverit, illum esse filium memineritis. 24. Quapropter de summa salute vestra, populique Romani, patres conscripti,<sup>5</sup> de vestris conjugibus ac liberis, de aris ac focis,

//////////

*hospitio officii Venet. 1483. Ex hac varietate Garat. eruit, pro clientelis, pro hospitiiis, officiisque provincialibus. Paulo post, quam paro C H S χ, Venet. 1480. 1483.—2 Hitt. pro his ergo; Gulielm. conj. pro his ego. Mox, et pro meis edd. vett. item Oliv. et Lall. pro meis in omnes Venet. 1480. quam conspiciatis H S χ ψ, Venet. 1483. Naug. Actutum, ad conservandum populum Rom. Barb. et ed. Wald. ad conservandum reump. Græv. adeo conservanda reip. Erf. Græv. 1. adeo conservanda reip. conj. Grævius. Voc. aliud deest in quinque codd. Oxon. et Duisb.—3 Franc. et Erf. postulabo. Mox, fixa mentibus C. confixa mentibus ψ. quæ erit in vestris fixa mentibus Franc. et Erf. in vestris mentibus fixa margo Lamb. e codd. quæ dum erit vestris infixu mentibus Barb. et Venet. 1480. Pro firmissimo, codd. Lambini, Erf. et Græv. 1. habent tutissimo: Barb. firmissimo talissimoque muro me septum esse muro arbitror, ascripto tamen verbo esse; Venet. 1480. firmissimo me septum esse muro arbitror. Verbum arbitror habent etiam Barb. C H S χ, Venet. 1483.—4 Græv. 2. refellerit. C recommendo vobis. Pro rerum etiam, H S χ habent sed. Mox, pro solus, quod habent Venet. 1483. Lamb. Grut. Schutz. solius legunt codd. optimi, Erf. Græv. Lall. Beck. Matthiæ, Orell. Deinde, conservavit Duisb. et χ. conservavit Græv. 2. serviant ψ. esse deest in Græv. 2.—5 Erf. Barb. Venet. 1480. et Græv. de s. s. vestra, P. C. populique Rom. Verba populique Rom. desunt in*

#### NOTÆ

Romulus, cum patres plebeiosque discretevisset, ne qua inter eos esset dissensio, permisit unicuique plebeio, ut quemcumque et patribus vellet, patronum sibi compararet: hunc autem, honoris causa, domo deducebant in senatum, &c. Vide Sigon. in Liv. 1. 7.

<sup>u</sup> *Hospitiisque provincialibus]* Hos-

pitia multa sibi in provincia Sicilia comparavit Cicero.

<sup>x</sup> *Meum filium]* M. Ciceronem filium senatui commendat, cui postea scripsit libros de Officiis, et qui legitima ætate collega Octavii Augusti Cæsaris in consulatu, Antonii statuas deiecit, qui interficiendum Cicero-nem patrem curaverat.



de fanis ac templis, de totius urbis tectis ac sedibus, de imperio, de libertate, de salute Italiæ, deque universa republica decernite diligenter, ut instituistis, ac fortiter. Habetis enim eum consulem,<sup>6</sup> qui et parere vestris decretis<sup>y</sup> non dubitet, et ea, quæ statueritis, quoad vivet, defendere et per se ipsum præstare<sup>z</sup> possit.

//////////

C H S χ, et Venet. 1483. *patres conscripti* omisit Steph. *de aris ac fociis* desunt in edd. Lamb. *de aris ac de fociis* habet Græv. 1. Mox, *de imperio ac libertate* C.—6 Ita Barb. ed. Wald. Venet. 1480. Beck. Schutz. Orell. *Habetis eum cons.* codd. aliquot, Græv. Matthiæ; *Habetis enim cons.* Venet. 1483. Lamb. Grut. Pro *quoad vivet*, Græv. 1. et Pith. habent *quo adjuvet*; Græv. 2. *coadjuret*. Denique *præstare, quoad possit* Colon. et Græv. 2. unde Græv. conj. *et per se ipsum, quoad possit, præstare*, prob. Ernesti; recepit Otto. ‘F. A. Wolfius, criticorum sui temporis princeps, dum Turici degit, amicis discipulisque suis significavit, unam Catilinariam subditiciam sibi videri: quam inter quatuor, ut per totam vitam erat εἴρων, nobis divinandum benigne reliquit: famam scilicet suam in re tam ancipiti periclitari nolebat. Ego vero subridens virum summum ita jocari vehementer lætatus sum.’ Orell.

#### NOTE

<sup>y</sup> *Parere vestris decretis*] Pollicetur se obtemperaturum esse senatus decretis, si velit conjuratos morte mulctari.

<sup>z</sup> *Per se ipsum præstare*] Pollicetur iterum se statuta a senatu, sine cujusquam alterius ope et periculo, præstiturum.



M. TULLII CICERONIS  
P R O L. M U R E N A  
ORATIO XXIII.

---

ARGUMENTUM.

Consulibus Cicerone et Antonio, cum, Cicerone comitia consularia habente, Decimus Silanus et L. Murena essent in futurum annum designati, repulsam autem tulisset Serv. Sulpicius; ea contumelia commotus Sulpicius, ambitus Murenæ accusavit cum tribus subscriptoribus, M. Catone, Cn. Postumio, et Serv. Sulpicio adolescente. Tribus ergo actionibus, pro illius temporis more, causa est perorata. Prima actione defensus est a Q. Hortensio, altera a M. Crasso, tertia a Cicerone consule. In tota igitur oratione hoc agitur, ut cum ceteræ criminationes retundantur, tum inprimis illa de tribus largitione corruptis. Antequam ipsam causam ingreditur, satisfacit M. Catoni et Serv. Sulpicio; quorum alter negabat fas esse, Ciceronem consulem, qui de ambitu legem tulisset, defendere reum de ambitu; alter autem conquestus erat, Murenæ causam a summo amico suo contra se suscipi. Deinde ad singulas accusationis partes accedit, quæ omnino tres erant: prima in reprehensione vitæ; altera in contentione dignitatis, h. e. utrum Sulpicius, an vero Murena dignior consulatu; tertia in criminibus ambitus versabatur. Habet autem hæc oratio plurimum suavitatis et artis. Nam illa contentio jurisconsulti cum imperatore, et reprehensio juris scientiæ ac philosophiæ Stoicæ longe jucundissima est, sed ita comparata, ut non posset magnopere aut Sulpicium aut Catonem offendere, quanquam Plutarchus commemorat, Catonem, cum ita disputaret Cicero, dixisse omnibus audientibus, ut erat in isto genere magna Romæ libertas, 'O! Dii boni! quam ridiculum consulem habemus!' Ceterum juvat, de hac Stoicæ philosophiæ reprehensione, audire, Cicero quid dixerit de Fin. B. et M. iv. 27. 'Omnia peccata paria dicitis. Non ego jam tecum ita loquar, Cato, ut iisdem his de rebus, cum L. Murenæ, te accensante, defenderem. Apud imperitos tum illa dicta sunt: aliquid etiam coronæ datum. Nunc agendum subtilius.' De artificio autem, quo Sulpicium et Catonem reprehendit, ita Quintilianus xi. l. 'Multum est difficultatis, ubi ipsos, contra quos dicimus, veremur offendere. Duæ simul hujusmodi personæ Cicroni pro Murenæ dicenti obstiterunt, M.

Catonis et Serv. Sulpicii. Quam decenter tamen Sulpicio, cum omnes concessisset virtutes, scientiam petendi consulatus ademit! quid enim aliud esset, quo se homo nobilis et juris antistes victum magis ferret? Ut vero rationem suæ defensionis reddidit, cum se studuisse petitioni Sulpicii contra honorem Murenae, non idem debere accnsationi contra caput, diceret! Quam molli autem articulo tractavit Catonem! cujus naturam summe admiratus, non ipsius vitio, sed Stoicæ sectæ, quibusdam rebus duriorum videri factam volebat, ut inter eos non forensam contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse.' Itaque nec mirum, si Murena absolutus est, quod ex Orat. pro Flacco c. 13. intelligitur: 'Nonne ipso Pompeio auctore, Silano et Murena coss. decrevimus,' &c.

[*Ed. Ald. p. 124.*] I. 1. QUÆ deprecatus a Diis immortalibus sum,<sup>a</sup> iudices, more<sup>a</sup> institutoque<sup>b</sup> majorum, illo die, quo auspicato,<sup>c</sup> comitiis centuriatis,<sup>d</sup> L. Murenam consulem renuntiavi; <sup>a</sup> ut ea res mihi magistratuique<sup>b</sup> meo, populo plebique<sup>e</sup> Romanæ, bene atque feliciter eveniret;

<sup>a</sup> *Declaravi.*

<sup>b</sup> *Consulatus.*

CAP. I. 1 Ita Guelf. Venet. 1480. Junt. Cam. Beck. Schutz. *Quæ deprecatus sum a Diis im.* Venet. 1483. Grut. Græv. Matthiæ; *Quæ precatus sum a Diis im.* Ald. Crat. Hervag. Lamb. Lall. Mox, mihi fides magistratuique Memm. S. Victor. Pal. 2. 3. unde Lamb. conj. *mihî, fidei, mag.* Pal. 8. ha-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *More*] Julins Festus, lib. xiiii. de Verborum Significatione, 'Mos est,' inquit, 'institutum patrum pertinens ad religiones cærimoniasque majorum.'

<sup>b</sup> *Institutoque*] Ex Macrob. Saturn. iii. 8. 'institutum certi auctoris est:' quod vulgus laudabilem consuetudinem appellat.

<sup>c</sup> *Auspicato*] Id est, captatis auspiciis, sine quibus nihil prorsus vel publice, vel privatim apud Romanos agebatur.

<sup>d</sup> *Comitiis centuriatis*] Centuriata comitia fuerunt maxima et justa, in quibus consul, et majores magistratus, creabantur a populo, ex singulis centuriis, secundum censum ordinis et ætatis, descripto. Curiata vero minora fuere, quibus ex generibus,

omnium ætatum, ordinum promiscua multitudine, populus de minoribus magistratibus et rebus militaribus suffragium ferebat. Vide quæ de iis jam dicta sunt in oratione secunda pro Lege Agr. § 27.

<sup>e</sup> *Populo plebique*] Plebs a populo eo differt, quo species a genere; nam appellatione populi, universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patriciis et senatoribus, ceteri cives significantur. Hinc plebiscitum definitur lex quam plebs, non populus accipit. Ad plebem autem pertinere censebantur opifices, rustici qui agros colebant, et denique hominum genus abjectum quod vitam laboribus propter inopiam tolerabat.

eadem precor<sup>2</sup> ab iisdem Diis immortalibus ob ejusdem hominis consulatum una cum salute<sup>c</sup> obtinendum, et ut vestræ mentes atque sententiæ cum populi Romani voluntatibus suffragiisque<sup>f</sup> consentiant, eaque res vobis, populoque Romano, pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. Quodsi illa solennis<sup>g</sup> comitiorum precatio, consularibus auspiciis consecrata, tantam habet in se<sup>3</sup> vim et religionem, quantam reipublicæ dignitas postulat; idem ego sum precatus, ut eis quoque hominibus,<sup>h</sup> quibus hic consulatus, me rogante,<sup>i</sup> datus esset, ea res fauste, feliciter, prospereque eveniret. 2. Quæ cum ita sint, iudices, et cum omnis Deorum<sup>4</sup> immortalium potestas aut translata sit ad vos, aut certe<sup>d</sup> communicata vobiscum; idem consul eum vestræ fidei commendat, qui antea Diis immortalibus commendavit; ut ejusdem hominis voce et declaratus consul,<sup>5</sup> et defensus, beneficium populi Romani<sup>k</sup> cum vestra atque omnium civium salute tueatur. Et quoniam<sup>l</sup> in hoc

<sup>c</sup> *Absolutione.*

<sup>d</sup> *Saltem.*

//////////

bet mihi sibi mag. Pal. 1. et Franc. nihil addunt: meo deest in Franc.—2 C H *pretor.* T *ab eisdem*; et sic Græv. e cod. Franc. edidit. Paulo post, pro *voluntatibus*, quod servant quatuor Pall. S. Victor. Memm. Franc. quinque Oxon. edd. 1478. Venet. 1483. *voluntate* habet T., ut multæ edd. ante Grut. Mox, *suffragiisque conveniant* T.—3 H *χ ut in se.* Mox, pro *ut eis*, quod habent codd. Grævii, Memm. Venet. 1480. 1483. Lamb. Græv. *ut iis præbent* edd. vett. Paulo post, *me interrogante* Manut.—4 C *omnium Deorum.* Mox, *aut translata* Memm. *idem* deest in T. *consul ei vestræ* C T *χ. consul eidem vestræ* H.

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Suffragiis*] Populi suffragiis consules eligebantur, iisque consul Murena factus est.

<sup>g</sup> *Quodsi illa solennis*] Augēt illam ipsam sententiam: si qua vis est in precatione, quod ad publicum jus attinet, eandem esse ait in privato: cum igitur facta sit pro toto pop. Rom. etiam facta est pro Murena.

<sup>h</sup> *Eis quoque hominibus*] Silano et Murenæ fausta precatus est, cum pro toto populo preces fecit.

<sup>i</sup> *Me rogante*] Vel ait se præfuisse

comitiis centuriatis, in quibus Murena creatus est; vel se populum rogavisse, ut Murenam consulem eligeret. Sic autem consul rogabat, 'Velitis, jubeatis, Quirites, hunc aut illum consulem fieri?'

<sup>k</sup> *Beneficium pop. Rom.*] Consulatum beneficium populi vocat, quia a populo Romano suffragiis Murenæ et consuli civis concedebatur.

<sup>l</sup> *Et quoniam*] Altera pars exordii, in qua objectis sibi criminibus respondet.

officio studium meae defensionis ab accusatoribus atque etiam ipsa susceptio causae reprehensa est; antequam pro L. Murena dicere instituo,<sup>6</sup> pro me ipso pauca dicam; non quo mihi potior, hoc quidem in tempore, sit officii mei, quam hujusce salutis defensio, sed ut, meo facto vobis probato, majore auctoritate ab hujus honore,<sup>7</sup> fama, fortunisque omnibus, inimicorum impetus propulsare possim.

11. 3. Et primum M. Catoni,<sup>1 m</sup> vitam ad certam rationis normam dirigente, et diligentissime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum<sup>e</sup> Cato, me et consulem, et legis ambitus latorem,<sup>n</sup> et tam severe<sup>2</sup> gesto<sup>o</sup> consulatu, causam L. Murenæ attingere: cujus reprehensio me vehementer movet, non solum ut vobis, judices, quibus maxime debeo, verum etiam ut ipsi Catoni,<sup>p</sup> gravissimo atque integerrimo viro, rationem facti mei probem. A quo tandem,<sup>q</sup> M. Cato, est

<sup>e</sup> *Justum.*

//////////

*consul et vestrae ψ.*—5 *Voc. consul deest in χ.*—6 *T instituto.* Mox, non quod mihi Lamb. Oliv.—7 *Cod. ψ ab hujusce honore.* Pro impetus, χ habet impetum.

CAP. II. 1 *M. Catoni primum* Franc. et vitam diligentissime T.—2 C χ et

#### NOTE

<sup>m</sup> *M. Catoni]* Sic et philosophum Catonem, et Stoicem significat. Ut Stoicus omnia ad certam rationis normam dirigebat: est autem insignis translatio proverbialem figuram complectens, quali et Græci uti solent, cum maximam curam et exquisitiorum significare volunt. *Norma* enim est, quam veteres *κανόνα* dixere, quæ constituit rectum angulum. Ut philosophus, omnia officiorum genera et veluti particulas perpendebat, ne quid insidiose, simulate, aut fallaciter diceretur.

<sup>n</sup> *Legis ambitus latorem]* Ambitus et ambitio differunt hoc, quod prior appellatio sit criminis, posterior cupiditatis. Ambitus autem committebatur, cum benigne quis per tribus

appellabat populum, et suffragia corrogabat. Verum cum profusione et largitionibus corrumpebat populum, et suffragia mercede comparabat, reus ambitus dicebatur, et lege lata puniebatur. Refert Dio hujus legis auctorem, et suasorem Ciceronem fuisse.

<sup>o</sup> *Severe gesto]* Consulatum severe gessit, præcipue in Catilinam, et alios ejusdem conjurationis socios et participes, qui morte mulctati sunt.

<sup>p</sup> *Ipsi Catoni]* Landat Catonem, ne virum tantæ virtutis apud Rom. sibi que amicum lædere videatur, cujus consilio ipse consul rempub. administravit, et reliqua vita semper observavit, ut notat in Cat. Plutar.

<sup>q</sup> *A quo tandem]* Affert rationes

æquius<sup>3</sup> consulem defendi, quam a consule? Quis mihi in republica potest aut debet esse conjunctior, quam is, cui respublica a me una<sup>4r</sup> traditur sustinenda, magnis meis laboribus et periculis sustentata? Quodsi in iis<sup>5</sup> rebus repetendis, quæ mancipi sunt,<sup>5</sup> is periculum iudicii præstare debet, qui se nexu obligavit;<sup>t</sup> profecto etiam rectius in iudicio consulis designati, is potissimum consul, qui consulem declaravit, auctor<sup>f</sup> beneficii populi Romani defensorque periculi esse debebit.<sup>6</sup> 4. Ac, si,<sup>7</sup> ut nonnullis in civitatibus fieri solet, patronus huic causæ publice constitueretur; is potissime honore affecto<sup>s</sup> defensor daretur, qui eodem honore præditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quam facultatis. Quodsi portu solventibus,<sup>8</sup> ii, qui jam in portum ex alto<sup>h</sup> invehuntur, præcipere summo studio solent et tempestatum rationem, et prædonum, et

*f* Testis.

*t* Gerenti magistratum.

*h* Mari.

\*\*\*\*\*

*tam severa.* Actutum, *gestu* χ. Paulo post, *me deest* in C.—3 *C est æquus.* —4 Ita plerique codd. etiam χ ψ, et edd. vett. Venet. 1483. Crat. Grut. Beck. Schutz. *a me uno* quatuor codd. Oxon. Franc. a m. sec. Junt. Lamb. Græv. Oliv. Lall. *una* delendum censent Ernesti et Schutz.—5 *Quod si in his C T. repetentis C.* Mox, *mancipii* T χ, et edd. quædam vett. *is periculi* Franc. Deinde, *profectum etiam* ψ.—6 *T debeat.*—7 *At si* Franc. C T ψ. Actutum, *ut deest* in ψ. Mox, *is potissimo* C H S χ ψ, Venet. 1480. 1483. aliæ vett. ante Grut. *is potissimum* Junt. Verba *affecto d. d. qui e. honore* desunt in T.—8 Ita Franc. Guelf. sex codd. Oxon. Venet. 1483. Junt. Crat. Græv. Beck. Schutz. Orell. *e portu solv.* Quintil. v. 11. Victor. Hervag. Cam. Lamb. Grut. Oliv. Lall. *portus*, omisso *solc.* C. hi habent C H T. *jam deest* in H. *ex alto* desunt in T. Pro *præcipere*, idem cod. habet *percipere*; codd. multi Quintiliani l. 1. *prædicere*; et sic Barb. a m. sec. *solent ejus tempestatum*

#### NOTE

quibus honeste adductus est ad Murenam defendendum.

<sup>r</sup> *A me una*] Suas vices imperii habebant consules in comitiis: iis igitur præerat Cicero, cum Murena consul designatus est.

<sup>s</sup> *Quæ mancipi sunt*] Omnes res quæ abalienari possunt, id est, quæ a nostro ad alterius transire dominium possunt, mancipi dictæ sunt: est autem vocabulum factum a ma-

nus capione, ne quid is, qui emit, damni patiatur.

<sup>t</sup> *Qui se nexu obligavit*] Id est, qui se vendidit, efficere debet, ut venditio rata sit: nexus autem solemnitas quædam juris fuit, ut adhibitis quinque testibus, et libripende, homo, seu res ei daretur mancipio; hoc est, potestati illius traderetur, qui suum emtione coram iis testibus fecisset.

locorum; quod natura fert<sup>9</sup> ut eis favcamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur; quo tandem me animo esse oportet, prope jam ex magna jactatione terram videntem,<sup>u</sup> in hunc, cui video maximas rei-publicæ tempestates esse subeundas? [p. 125.] Quare si est boni consulis, non solum videre, quid agatur, verum etiam providere,<sup>10</sup> quid futurum sit; ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit, duos consules<sup>v</sup> in republica Kalendis Jan. esse.<sup>y</sup> 5. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas, quam respublica<sup>11</sup> consulem ad communem salutem defendendam vocare. III. Nam quod legem de ambitu<sup>z</sup> tuli, certe ita tuli, ut eam, quam mihimet ipsi jampridem tulerim de civium periculis defendendis,<sup>1</sup> non abrogarem. Etenim si largitionem factam esse confiterer, idque recte factum esse defenderem; facerem improbe, etiamsi alius legem tulisset: cum vero nihil commissum contra legem esse defendam, quid est, quod meam defensionem latio legis impediatur? 6. Negat esse ejusdem severitatis,<sup>2 a</sup> Catilinam,

//////////

C. solent eis temp. Franc. H S. solent ei temp. rationum T.—9 Ita Quintiliani codd. plerique, Lamb. 1566. seqq. affert codd. Ciceronis omnes, aliquot Quintiliani, edd. ante Lamb. Grut. Græv. Mox, *ingrediantur* χ. *ingrediuntur* Franc. Græv. Lall.—10 Alii legi malunt *prævidere*, improbante Lambino. Paulo post, *Kalendis Januariis* Græv. et T. *Kalendis Januarii* Oliv. in *rep. januarii*, omisso *Kalendis*, C.—11 Cod. ψ *reipublicæ*. Mox, pro *vocare* H habet *vacare*.

CAP. III. 1 'Voc. defendendis mihi interdum glossam olere visum est.' Ernesti.—2 Hotom. Obs. II. 11. legit *severitatis Cato*, quam lect. recepit

#### NOTE

<sup>u</sup> *Ex magna jactatione terram videntem*] Allegorice loquitur de consulatione suo, qui Kalendis Januariis proximo finire debebat, quem variis agitatibus fuisse tempestatibus ait propter Catilinæ conjurationem.

<sup>v</sup> *Duos consules*] D. Silanus et Murena, Ciceroni et Antonio in consulatione successerunt.

<sup>y</sup> *Kalend. Januariis esse*] Kalendis Januariis jam designati magistratum inibant.

<sup>z</sup> *Legem de ambitu*] Tulit Cicero consul legem, ut senatoribus ambitus damnatis aqua et igni interdiceretur ad annos decem, et ut in plebem poena gravior esset, quam lege Calpurnia fuisset. Itaque respondet Catoni, 1. quod priorem hac ambitus lege imposuerit, cives videlicet defendere: 2. huic posteriori priorem non obstare in hac causa, quia nulla largitio a Murena facta est.

<sup>a</sup> *Negat esse ejusdem severitatis*]



exitium reipublicæ intra mœnia molientem, verbis et pæne imperio urbe expulisse; et nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has partes<sup>3</sup> lenitatis et misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi; sed ab republica mihi impositam sustinui, sicut hujus imperii dignitas, in summo periculo civium, postulabat. Quodsi tum, cum respublica vim et severitatem desiderabat, vici naturam, et tam vehemens fui, quam cogebam, non quam volebam;<sup>4</sup> nunc, cum omnes me causæ ad misericordiam atque ad humanitatem vocent, quanto tandem studio debeo naturæ meæ consuetudinique servire!<sup>a</sup> Ac de officio defensionis meæ, ac<sup>5</sup> de ratione accusationis tuæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis crit.

7. Sed me, judices, non minus hominis sapientissimi atque ornatissimi,<sup>6</sup> Ser. Sulpicii, conquestio, quam Catonis accusatio commovebat; qui gravissime et acerbissime ferre dixit, me familiaritatis necessitudinisque oblitum, causam L. Murenæ contra se defendere. Huic ego, judices, satisfacere cupio, vosque adhibere arbitros.<sup>7</sup> Nam cum grave est, vere accusari in amicitia, tum, etiamsi falso accuseris, non est negligendum. Ego, Ser. Sulpici,<sup>8</sup> me in petitione<sup>b</sup> tua tibi omnia studia<sup>c</sup> atque officia, pro nostra necessitu-

<sup>a</sup> *Obedire.*



Lamb. in ed. 1566. Paulo post, *et urbe* T χ. *ex urbe* ψ.—3 H S T χ, Venett. 1480. 1483. *has artis*; ψ *has artes*; Nang. Hervag. Manut. *has parteis*. Mox, *ipsa* deest in χ. Paulo post, *hujus* deest in ψ. Pro *postulabat*, T habet *sustinebat*.—4 Hæc omnia, *Quod si tum . . . quam volebam*, desunt in T. *tum tantum* deest in χ. *cogebam nunquam volebam* habet ψ. Mox, *atque humanitatem*, ommissa præpositione *ad*, χ.—5 Ita codd. omnes et edd. vett. *At de o. d. m. ac* Schutz. Matthiæ, Orell. de Gørenzii conjectura ad Acad. 11. 2. *Ac de o. d. m. et* Lamb. Mox, *nobis* deest in T.—6 C. *atque hornatissimi*. Pro *conquestio*, Franc. habet *questio*, improbante Grævio. Mox, *pro accusatio*, Pal. 2. exhibet *captio*; S. Victor. *cattio*. In C *accusatio* deest a m. pr. Deinde, *pro ferre*, Franc. C H S χ ψ legunt *ferme*; Lamb. *se ferre*.—7 Cod. ψ *arbitror*.—

#### NOTÆ

Tertia Catonis objectio, qua Cato inconstantia arguere Ciceronem videbatur, quod severus antea in Catilinæ causa, jam lenis sit in Murenæ

defensione.

<sup>b</sup> *In petitione*] Sulpicius cum Murena petebat consulatum.

<sup>c</sup> *Studia*] Testatur Cicero se stu-

dine, et debuisse confiteor, et præstitisse arbitror: nihil tibi, consulatum petenti, a me defuit, quod esset aut ab amico,<sup>9</sup> aut a gratioso,<sup>d</sup> aut a consule postulandum. Abiit illud tempus;<sup>10</sup> mutata ratio est: sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi contra honorem<sup>e</sup> L. Murenæ, quantum tu a me postulare ausus sis, tantum debuisse; contra salutem, nihil debere. 8. Neque enim, si tibi tum,<sup>11</sup> cum peteres consulatum, affui, idcirco nunc, cum Murenam ipsum petas, adjutor eodem pacto esse debeo. Atque hoc non modo non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut amicis nostris accusantibus, non etiam alienissimos<sup>f</sup> defendamus. IV. Mihi autem cum Murena, judices, et vetus, et magna<sup>1</sup> amicitia est, quæ in capitis dimicatione<sup>g</sup> a Ser. Sulpicio non idcirco obructur, quod ab eodem in honoris contentione<sup>h</sup> superata est. Quæ si causa non esset,<sup>h</sup> tamen vel dignitas hominis, vel honoris ejus, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiam<sup>2</sup> crudelitatisque famam

<sup>b</sup> *In petitione consulatus.*

//////////

8 *Sulpiti C.*—9 *Cod. ψ quod esset ut amico.* Mox, aut a gratioso consule Franc. omissis interjectis duobus vocabb.—10 *Abiit tempus illud* Lamb. Mox, prænomen *L.* deest in  $\chi$ .—11 Particula *tum* deest in H. Mox, *consulatum affui, idcirco nunc* desunt in C S T  $\chi$   $\psi$ . *consulatum affui nunc* habet H. Deinde, pro *petas*, Ernesti conj. *petis*, quod habent edd. Lambini, non improbante Orell.

CAP. IV. 1 *Junct. et magna, et vetus.* Mox, a P. Sulpicio  $\chi$ . Deinde, *superatus est T.*—2 H  $\chi$  *superbiam.* Mox, pro *famam*, Gulielm. conj. *infamiam.* Pro *inussisset*, T habet *injunxisset*;  $\chi$  *juxisset*; ed. Wald. *immississet.*

#### NOTÆ

diuisse et favisse Sulpicio consulatum petenti: per illud suum studium, promotionem in illum, per officium voluntatem significat.

<sup>d</sup> *Gratioso*] Gratosus est, qui multa gratia valet apud multos potentes.

<sup>e</sup> *Me tibi contra honorem*] Ostendit sibi fas esse Murenam defendere, quia non de petendo honore, seu consulatu, sed de perdendo illo Sulpicii meditatur: at amicis subvenire in periculo par est.

<sup>f</sup> *Alienissimos*] Qui nullo modo sunt

amici, alienissimi sunt.

<sup>g</sup> *In capitis dimicatione*] Dimicatio capitis sumitur pro causa capitali. Capitis autem causa ea est, cum reo capitis pœna infertur, ad quam pœnam non tantum ultimum supplicium, sed etiam exilium pertinet, quo civis eximitur a numero civium.

<sup>h</sup> *Quæ si causa non esset*] Hujus Murenæ defensionis causa est amicitia, quæ jubet præsto nos esse amicis.

inussisset,<sup>c</sup> si hominis, et suis et populi Romani ornamentis amplissimi,<sup>j</sup> causam tanti periculi repudiassem. Neque enim jam mihi licet, neque est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis<sup>d</sup> non impertiam.<sup>3</sup> Nam cum præmia mihi tanta<sup>k</sup> pro hac industria sint data, quanta antea nemini; labores, per quos ea ceperis,<sup>4</sup> cum adeptus sis, deponere, esset hominis et astuti et ingrati.<sup>1</sup> [*p.* 126.] Quodsi licet desinere, si te auctore possum,<sup>5</sup> si nulla inertiae, nulla superbiae turpitudine, nulla inhumanitatis culpa suscipitur; ego vero libenter desino. 9. Sin autem<sup>6</sup> fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit; nimirum hæc causa est ejusmodi, quam nec industrius, nec misericors, nec officiosus deserere possit.<sup>7</sup> Atque hujusce rei conjecturam de tuo ipsius studio, Servi, facillime ceperis.<sup>8</sup> Nam si tibi necesse putas, etiam adversariis amicorum tuorum, de jure consulentibus, respondere; et, si turpe existimas, te

<sup>c</sup> Attulisset infamiam.<sup>d</sup> Defendendis reis.

Deinde, et ante pop. Rom. deest in C. amplissimis C H.—3 Franc. et C impertiar.—4 C H ψ sic et si ceperis eos; T sic excipies eos; χ sic eos.—5 Cod. χ possim. Mox, nulla inertiae desunt in Venet. 1480. nulla superbiae desunt in T. Post inertiae Camer. et Lamb. nota, sive macula, inseri vellent: nota addidit Lamb. eumque secutus est Matthiae: codd. non juvant.—6 Sin autem inertiam H S, Venet. 1480. 1483. inertiam erga χ inter lin. ineptiam additur in ψ. et desidiam Venet. 1480. 1483. Nostram lect. servant Franc. S. Victor. alique codd. et edd. vett. Mox, pro supplicum, χ ψ, Venet. 1480. habent supplicium, quam tamen genitivi formam Putschian. p. 772. ed. Putsch. respuere videtur. Deinde, causarum est ejusmodi C T ψ. quam nec misericors CST χ, Pall. plerique, Franc. et edd. vett. quisquam nec misericors Gulielm. et Matthiae. Nec quam, nec quisquam, legitur in Pal. 1. et duobus codd. Oxon.—7 C H S χ ψ

## NOTÆ

<sup>1</sup> Ornamentis amplissimi] Habet domestica ornamenta Murena, nobilitatem generis, et familiae quaestoriae et praetoriae, virtutem, scientiam rei militaris; populi vero Rom. gestos honores aedilitatis, praeturae, et nunc renuntiati consulatus.

<sup>k</sup> Præmia mihi tanta] Videtur hic indicare Cicero propter defendendi studium et labores, se factum consu-

lem fuisse.

<sup>1</sup> Astuti et ingrati] Astutus et ingratus est, qui frustratur populum Rom. et tantum ad tempus illi inservit commodi sui causa; affertque ipsius Sulpicii exemplum ad excusandam defensionem suam, qui jurisconsultus sæpe respondere inimicis suis tenetur de jure: cur igitur etiam orator amicos non defendet?

advocato,<sup>m</sup> illum ipsum, quem contra veneris,<sup>n</sup> causa cadere; <sup>o</sup> noli tam esse injustus, ut, cum tui fontes vel inimicis tuis pateant,<sup>o</sup> nostros rivulos etiam amicis putes clausos esse oportere. 10. Etenim, si me tua familiaritas<sup>10</sup> ab hac causa removisset, et, si hoc idem Q. Hortensio, M. Crasso, clarissimis viris, si item ceteris, a quibus intelligo tuam gratiam magui aestimari, accidisset; in ea civitate consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini unquam infimo majores nostri patronum deesse voluerunt. Ego vero, iudices, ipse me existimarem nefarium, si amico, crudelem, si misero, superbum, si consuli defuissem. Quare quod dandum est amicitiae,<sup>11</sup> large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non secus, ac si meus esset frater, qui mihi est carissimus, isto in loco: quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim, me contra amici studium pro amici periculo dicere.

v. 11. Intelligo, iudices, tres totius accusationis partes<sup>1</sup> fuisse, et earum unam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam. Atque harum trium partium prima illa, quæ gravissima esse debebat, ita fuit infirma et levis, ut illos

<sup>e</sup> *Perdere litem.*

//////////

*posset*; T *potest*.—8 Cod.  $\psi$  *reperis*.—9 C *causæ cadere*; T *causæ cadere*. Mox *rivulos* deest in Franc. sex codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. Addendum esse jam viderat Camer. Deinde, *etiam amicos* T.—10 *Etenim si me tui fam.*  $\chi$ .—11 *Quare q. dandum amicitiae* T. Mox, *meus esses frater* L M S U, Franc. et plurimæ edd. ante Grut. qui e codd. Pall. emendavit. Post *carissimus* Franc. colo interpungit, et deinde habet, *isto in loco, quod mihi trib. &c.* Ita quoque edd. vett. *mihi* tacite sustulit Grut. et interpunctionem mutavit. Paulo post, *id ita meditabor*  $\chi$ .

CAP. V. 1 Venett. 1480. 1483. *tris t. a. partis*: ita quoque cod. Goth. ap.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Te advocato*] Advocatus dicitur, aut qui in iudicio jus suggerit, aut amico suam præsentiam commodat: hic priori significatione sumitur.

<sup>n</sup> *Quem contra veneris*] Nempe adversarium amici tui, contra quem

alio tempore, in alio iudicio veneris.

<sup>o</sup> *Fontes vel inimicis tuis pateant*] Tam sancta fuit apud illos veteres juris professio, ut ne quidem inimicis jurisconsulti responsum negarent.

lex<sup>a</sup> magis quædam accusatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenæ dicere aliquid coëgerit. Objecta est enim Asia;<sup>a</sup> quæ ab hoc non ad voluptatem et luxuriam expetita est, sed in militari<sup>2</sup> labore peragrata: qui si adolescens, patre suo imperatore,<sup>b</sup> non meruisset;<sup>b</sup> aut hostem, aut patris imperium timuisse, aut a parente repudiatus videretur. An,<sup>3</sup> cum sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filii<sup>c</sup> soleant, huic donis militaribus<sup>d</sup> patris triumphum decorare fugiendum fuit,<sup>e</sup> ut rebus commuiter gestis pæne simul cum patre triumpharet?

12. Hic vero, iudices, et fuit in Asia, et viro fortissimo, parenti suo, magno adjumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi<sup>4</sup> in victoria fuit. Et, si habet Asia su-

<sup>a</sup> *Consuetudo.*<sup>b</sup> *Militasset.*

Quintil. Mox, in reprehensionem vitæ T. in contemtionem C.—2 C T sed et in militari. Mox, pro imperatore, χ habet in patria. Deinde, imperium timuisset C U ψ. repudiatus esse videretur Lamb.—3 Aut codd. sex Oxon. et U. Verba, prætextati p. f. s. h. d. m. p. triumphum, desunt in T. Mox, ut ne rebus C H

## NOTÆ

<sup>a</sup> Asia] T. Livius lib. xxxiv. Asiam ait omnibus libidinum illecebris repletam fuisse, et inde Romanam luxuriam ortam fuisse: et lib. xxxix. luxuriæ peregrinæ originem ab exercitu Asiatico invectam in urbem fuisse.

<sup>b</sup> Patre suo imperatore] L. Murena, illius parens, in Asia in bello Mithridatico Sullæ legatus fuit. Is, cum Sulla, icto sædere eum Mithridate, civilium contentionum causa Romam revertisset, cum Mithridate bellum renovavit. Nam, ut reliquam Asiam componeret, cum duabus legionibus relictus est.

<sup>c</sup> Prætextati potissimum filii] Primus omnium Tarquinus Priscus de Sabinis triumphans filium aunos 14. natum, quod hostem in eo bello percusserat, et pro concione laudavit, et bulla aurea, prætextaque donavit.

Prætextati autem a prætexta dicti sunt. Fuit autem illa toga quidem alba, sed quæ in ora habebat purpuram. Hac utebantur pueri, magistratus, sacerdotes, et ii qui publicum munus curabant. Hinc, et qui in ætate essent prætextati, id est, puerili, et qui in magistratu, prætextati dicti sunt.

<sup>d</sup> Donis militaribus] Dona militaria dicebantur, quæ virtutis ergo ab imperatore triumphaturo militibus dabantur, ut coronæ, torques, armillæ, hastæ puræ, phaleræ, cornicula, &c.

<sup>e</sup> Fugiendum fuit] Ironia: quasi propter vitam in Asia turpiter actam fugiendum fuisset Murenæ, ne parentis triumphum decoraret: pater enim ejus post Sullam de Mithridate triumphavit.

spicionem luxuriæ quandam; non Asiam nunquam vidisse, sed in Asia continenter vixisse, laudandum est. Quamobrem non Asiæ nomen objiciendum Murenæ fuit, ex qua laus familiæ, memoria generi, honos et gloria nomini constituta est; sed aliquod aut in Asia susceptum, aut ex Asia deportatum flagitium ac dedecus. Meruisse vero stipendia in eo bello, quod tum populus Romanus non modo maximum,<sup>f</sup> sed etiam solum<sup>g</sup> gerebat, virtutis;<sup>c</sup> patre imperatore libentissime<sup>5</sup> meruisse, pietatis; finem stipendiorum, patris victoriam ac triumphum fuisse, felicitatis fuit: maledicto<sup>h</sup> quidem idcirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupavit. VI. 13. Saltatorem<sup>i</sup> appellat L. Murenam Cato. Maledictum est, si vere objicitur, vehementis accusatoris; sin falso, maledici conviciatoris. Quare cum ista sis auctoritate, non debes, M. Cato,<sup>2</sup> arripere maledictum ex trivio,<sup>k</sup> aut ex scurrarum<sup>l</sup> aliquo convivio, neque temere consulem populi Romani saltatorem vocare; [p. 127.] sed conspiciere, quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui vere istud objici possit. Nemo

<sup>c</sup> *Fortitudinis.*



S T ψ.—4 Cod. ψ *gratulationibus*.—5 Idem cod. *libentissimo*. Paulo post, *idcirco in hisce rebus locus est, omisso nihil, χ*.

CAP. VI. 1 *Psaltatorem C. Spatiatorem conj. Pithæus. Actutum, appellat falso H S χ. appellat fuisse T. appellat N. falso ψ. Fl. Murenam C. M. Cato Venet. 1480. Paulo post, vehementius accusatoris ψ. maledici conviciatis χ. maledicti conviciatoris ψ.*—2 *Marci C H S, Venet. 1480. 1483. probante Garat. Actutum, corripere χ. aut scurrarum in eodem cod. aut Scaurum T. Mox, pro convivio, quod e Lambini conj. primus recepit Ernesti, convicio habent omnes codd. et edd. vett. commicio solus T. Ernestium secutus est*

#### NOTE

<sup>f</sup> *Non modo maximum*] Bellum Mithridaticum, quod etiam in orat. pro Lege Manil. maximum vocat, ubi fuse de eo dictum est.

<sup>g</sup> *Sed etiam solum*] Nondum bellum Sertorii exarserat in Hispania, quod ante fuit exortum, quam Lucullus contra Mithridatem proficisceretur.

<sup>h</sup> *Maledicto*] Maledictum nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius jactatur, convi-

cium; si facetius, urbanitas vocatur.

<sup>i</sup> *Saltatorem*] Turpe fuit et indecorum apud Romanos saltare.

<sup>k</sup> *Ex trivio*] Maledictum ex trivio, seu fæce populi, cujus mos est, ut cum quis cui conviciatur, eum saltatorem vocet.

<sup>l</sup> *Scurrarum*] Moriones a Græcis scurræ dicuntur, leve hominum genus, et ridiculum.

enim fere saltat sobrius, nisi forte insanit;<sup>3</sup> neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id,<sup>4</sup> quod necesse est omnium vitiorum esse postremum;<sup>m</sup> relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non comissatio, non libido, non sumtus ostenditur: et, cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt;<sup>5</sup> in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas? 14. Nihil igitur in vitam<sup>6</sup> L. Murenæ dici potest? nihil, inquam, omnino, iudices. Sic a me consul designatus defenditur, ut ejus nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita<sup>7</sup> proferatur. Bene habet: jacta sunt fundamenta defensionis. Nondum enim nostris laudibus, quibus utar postea,<sup>8</sup> sed prope inimicorum confessione, virum bonum, atque integrum hominem defendimus. VII. Quo constituto, facilius est mihi aditus ad contentionem<sup>1</sup> dignitatis; quæ pars altera fuit accusationis.

15. Summam video esse in te, Ser. Sulpici, dignitatem<sup>a</sup> generis, integritatis, industriæ, ceterorumque ornamento-

<sup>a</sup> Nobilitatem.



Schutz. Deinde, *consules p. r. salutem vocare* χ. *sed circumspicere* conj. Guilielm. *recepit* Matthiæ. *sed considerare* malit Lamb.—3 T *insaniam*. Mox, *intempestivi convivii* C H S T ψ, Franc. Medic. aliæ edd. ante Lamb. *tempestivo convivio* χ. Deinde, *comes sit saltatio* T.—4 *Tu mihi arripis hoc* C T ψ. Mox, *relinquimus illa* χ. Paulo post, *quæ comessatio* H T. *quæ comisatio* codd. Lambini; *quæ commensatio* ψ.—5 Codd. χ ψ *quæque vitiosa sunt*.—6 Cod. ψ et ed. Wald. *in vita*. Mox, codd. Lambini, *nihil, nihil inquam, &c.* Pro *iudices*, C H S χ ψ habent *judicio*.—7 ‘Hæc verba, *in vita*, ab h. l. aliena recte judicavit Ernesti, et temere e superioribus, *in vitam*, ubi ed. Wald. *in vita*, repetita. Itaque unci inclusi.’ Beck. Delevit Schutz. servaront Orell. et Matthiæ.—8 *Nondum enim n. l. q. u. postea* desunt in H. *nostris* omititur in χ. Mox, *atque integerrimum* C.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Vitiorum esse postremum*] Reprehendit Catonem, quod cum mores non reprehendit, extremum convivium, et omnium turpissimum arripit.

rum omnium, quibus fretum<sup>2</sup> ad consulatus petitionem agredi par est. Paria cognosco esse ista in L. Murena, atque ita paria,<sup>3</sup> ut neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te dignitate superarit. Contempsisti L. Murenæ genus; extulisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumis,<sup>4</sup> nisi qui patricius<sup>5</sup> sit, neminem bono esse genere natum; facis, ut rursus plebs<sup>5</sup> in Aventinum<sup>b</sup> sevocanda esse videatur. Siu autem sunt amplæ<sup>6</sup> et honestæ familiæ plebeïæ; et proavus L. Murenæ, et avus, prætores fuerunt, et pater cum amplissime atque honestissime ex prætura<sup>c</sup> triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is jam patri debitus,<sup>d</sup> a filio petebatur. 16. Tua vero nobilitas, Ser. Sulpici, tametsi summa est, tamen hominibus literatis et historicis est notior; populo<sup>7</sup> vero et suffragatoribus obscurior.<sup>e</sup> Pater enim fuit equestri loco;<sup>f</sup>

<sup>b</sup> *Arrogans.*

//////////

CAP. VII. 1 C *contentionem*.—2 Cod.  $\psi$  *quibus fretus*. Actutum, ad *consuspicionem*.—3 Cod.  $\chi$  *atque ita esse paria*.—4 Idem codex *sumus*.—5 Ita plerique codd. et edd. etiam Matthiæ; *plebes* cod. opt. Lambini, C  $\psi$ , Lamb. Beck. Schutz. Orell.—6 Voc. *amplæ* deest in  $\chi$ . Mox, *familiæ præbere et proavis*  $\chi$ . L. *Murcre, et a. patruus fuit C. prætor fuit* H T  $\psi$ . Actutum, et deest in  $\chi$ . <sup>4</sup> *Utraque Venet. prætor fuit, et pater: tum sequuntur illa, quæ e. S. leguntur: etenim mihi ipsi accidit, &c. usque ad verba c. 9. quæ sit multis profutura*. Postea hæc repetuntur, *cum amplissima, &c. non mediocri trajectio, quæ etiam in  $\chi$   $\psi$  esse videtur, quanquam ab ed. Oxon. non satis clare*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Patricius*] Patricii dicebantur, qui ex primis illis senatoribus, quos Romulus instituit, genus ducebant.

<sup>b</sup> *In Aventinum*] Romæ factæ sunt tres plebis secessiones, una in Montem Sacrum, altera in Aventinum, tertia in Janiculum. Libido App. Claudiū decemviri, qui in Virginii filiam exarserat, secessionem hanc in Aventinum excitavit, propter quam decemviri magistratu abdicare se coacti sunt. Vide Liv. lib. III.

<sup>c</sup> *Ex prætura*] Murena pater in prætura Asiæ multa præclare gessit: nam in ea Mithridate debellato triumphum obtinuit; ut ipse Cicero

dixit in orat. pro Lege Manilia.

<sup>d</sup> *Patri debitus*] Ob triumphum debitus fuerat Murenæ patri consulatus, ideoque petenti filio facilius fuit eum obtinere.

<sup>e</sup> *Populo et suffragatoribus obscurior*] Etiamsi nobiliori ex genere natus sit Sulpicius, tamen ejus non tam fuit nota populo, quam Murenæ nobilitas, ejus patrem proxime videbat triumphantem.

<sup>f</sup> *Pater enim fuit equestri loco*] Dixit mox ante Sulpicium patricium fuisse: ex quo licet conicere, nonnullos equestri genere natos, esse patricios. Patricii autem proprie sunt illi no-



avus nulla illustri laude celebratus. Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate<sup>8</sup> eruenta est memoria nobilitatis tuæ.<sup>8</sup> Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quod virtute industriaque perfecisti, ut, cum equitis Romani esses filius, summa tamen amplitudine<sup>c</sup> dignus putarere: nec mihi unquam minus in Q. Pompeio,<sup>b</sup> novo homine, et fortissimo viro, virtutis<sup>9</sup> esse visum est, quam in homine nobilissimo, M. Æmilio.<sup>i</sup> Etenim ejusdem animi atque ingenii est, posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere; et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam<sup>10</sup> generis sui, virtute renovare.

VIII. 17. Quanquam ego jam putabam,<sup>1</sup> iudices, multis viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis, meo labore esse perfectum; qui, non modo Curiis,<sup>k</sup> Catonibus,<sup>l</sup> Pompeiis,<sup>2</sup>

<sup>c</sup> Consulatu.

//////////

indicata.<sup>7</sup> Beck. Paulo post, *adipiscendum* χ.—7 Cod. χ a populo.—8 Lamb. *memoria est n. tuæ*; ψ est *memoria vetustatis tuæ*.—9 Cod. χ *virtus*.—10 C *intermortuas*. Actutum, generis deest in χ.

CAP. VIII. 1 *Quanquam ego putabam* Oliv. nec tamen Oxon. varietatem notat.—2 *Appiis* legi jubet Manut. ut Appius Claudius, qui e Sabinis Ro-

#### NOTÆ

biles, qui a senatoribus a Romulo constitutis oriundi sunt.

<sup>8</sup> *Ex annalium vetustate*] Cicero de Clar. Orat. anno decimo post exactos reges Ser. Sulpicium cum M. Tullio consulem fuisse scribit, adeoque Sulpiciorum familia antiquissima fuit: videtur autem indicare Cicero ab illo tempore neminem ex illa Sulpiciorum familia rebus gestis illustrem extitisse.

<sup>b</sup> *In Quinto Pompeio*] Q. Pompeius cum L. Cornelio Sulla consul fuit, anno ab urbe condita 666. et altero post consulatum anno, cum Italicis copiis præfectus esset, odio et invidia interfectus est.

<sup>i</sup> *M. Æmilio*] M. Æmilius Scaurus humili vita et genere ad summos honores elatus est, de quo ita Asconius

scribit: 'M. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra ætatibus jaceret domus ejus fortuna; nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut puto, propter tenues opes, et nullam vitæ industriam, honores adepti sunt. Itaque M. Scauro æque ac novo homini laborandum fuit.' Cicero pro Deiotaro, M. Scaurum principem civitatis appellat.

<sup>k</sup> *Curiis*] M. Curius Dentatus ter triumphavit, primum de Samnitibus, deinde de Sabinis, postremo de Pyrrho.

<sup>l</sup> *Catonibus*] M. Porcius Cato, referente Plutarcho, se quidem hominem novum, quo ad honores et æstimationem attineret; rebus autem gestis, et majorum virtute, perantiquum dicebat.

antiquis illis, fortissimis viris, novis hominibus, sed his recentibus, Mariis,<sup>m</sup> et Didiis,<sup>n</sup> et Cœliis<sup>o</sup> commemorandis, jacebant.<sup>p</sup> Cum ego vero tanto intervallo<sup>q</sup> claustra ista nobilitatis<sup>r</sup> refregissem,<sup>s</sup> ut aditus ad consulatum post-hac, sicut apud majores nostros fuit, non magis nobilitati, quam virtuti, pateret; non arbitrabar, cum ex familia veteri et illustri consul designatus ab equitis Romani filio, consule, defenderetur, de generis novitate accusatores esse dicturos. Etenim mihi ipsi accidit, [p. 128.] ut cum duobus patriciis,<sup>s</sup> altero improbissimo atque audacissimo, altero modestissimo<sup>4</sup> atque optimo viro, peterem; superavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Quodsi<sup>5</sup> id crimen homini novo<sup>t</sup> esse deberet; profecto mihi neque inimici, neque invidi defuissent. 18. Omittamus igitur de genere dicere, cujus est magna in utroque dignitas: videamus cetera.

Quæsturam una<sup>6</sup> petiit,<sup>u</sup> et sum ego factus prior. Non



mam demigravit, intelligatur, Liv. II. 16. Mox, pro Cœliis, C habet Clodiis. Deinde, jacebum H. jacebunt χ.—3 Idem codex infregissem. Idem mox, sic apud majores . . . virtuti pareret. Tum, pro veteri, Priscian. p. 763. Putsch. legit veteri. Deinde, ab equitibus Romanis ψ. filio deest in C. accusatores omittit χ.—4 C modestissimo.—5 Quid si H.—6 Quæsturam unam χ. ‘Hottomannus Obs. I. 37. II. 12. putat locum aliquot versibus esse mutilum, quibus

#### NOTÆ

<sup>m</sup> Mariis] Marius Arpinate ex humili loco natus, multas victorias retulit, et septies consulatum adeptus est.

<sup>n</sup> Didiis] Didius prætor fuit post Cimbricum, et Teutonicum bellum, sub quo tribunus militum Sertorius fuit. Vide Plut. in Sert.

<sup>o</sup> Cœliis] T. Livius lib. LXXIII. scribit in Gallia Salvios a Cælio victos esse.

<sup>p</sup> Jacebant] Hominum eorum majores ad honores, et consulatum non evehebantur, quibus posteri eorum potiti sunt.

<sup>q</sup> Tanto intervallo] Indicat Cicero se novum hominem primum post C.

Cœlium factum esse consulem.

<sup>r</sup> Claustra nobilitatis] Claustrum a claudo dicitur: significat autem penes se quasi inclusum consulatum habuisse nobiles, et eum locum, quem nobilitas firmatum præsidii et omni ratione vallatum tenebat, se duce rescidisse.

<sup>s</sup> Ut cum duobus patriciis] Cum Catilina et Galba e patricio genere, Cicero consulatum petebat.

<sup>t</sup> Homini novo] Se novum hominem Cicero dicit, quia ex ejus familia nemo consul factus erat, quamvis ex eadem aliqui jam prætores extitissent.

<sup>u</sup> Quæsturam una petiit] Affert con-

est respondendum ad omnia: neque enim quenquam vestrum fugit, cum<sup>7</sup> multi pares dignitate fiant unus, autem primum solus possit obtinere; non eundem esse ordinem dignitatis et renuntiationis; propterea quod renuntiatio<sup>x</sup> gradus habeat, dignitas autem sit<sup>8</sup> persæpe eadem omnium. Sed quæstura<sup>y</sup> utriusque propemodum pari momento sortis fuit.<sup>9z</sup> Habuit hic lege Titia<sup>10a</sup> provinciam tacitam<sup>db</sup> et quietam; tu illam, cui, cum<sup>11</sup> quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Ostiensem,<sup>c</sup> non tam gratiosam<sup>12d</sup> et illustrem, quam negotiosam et molestam. Con-

<sup>d</sup> *Pacatam.*

de comitiornm consuetudine et renuntiationis gradibus dictum esset: nam verba *pares dign. f.* non habere quo referantur, et in verbis, *unus autem solus, &c.* deesse voc. *gradus.* At Lamb. nihil deesse docet.' *Beck.*—7 Pro *cum*, T habet *cura.* Mox, pro *pares dignitate*, quod habent Franc., duo codd. Oxon. Venett. 1480. 1483. al. *pari dignitate* legunt duo Pall. H S χ ψ. *pare dignitate* liber Victorii. Hæc verba desunt in Pal. 3. et in edd. 1473. 1478. Tum, pro *primum* T et Lamb. habent *primus*, improbante Grutero. *solus posset* C H S T χ.—8 Cod. ψ *dignitas autem sic.*—9 Idem codex *fortis fuit.*—10 Manut. *lege lautia.* Actutum, provinciæ nomen excidisse putat Pighius.—11 Cod.

#### NOTE

tentionem dignitatis ex paribus honoribus, quam Cicero per prospopæiam Sulpicii gloriantis exprimit. Primum de quæstura loquitur, in qua ita competitores Sulpicius et Murena fuerunt, ut Sulpicius priori loco renuntiatus sit, unde Sulpicius præstantiam dignitatis suæ demonstrabat.

<sup>x</sup> *Renuntiatio*] Jam contendit Cicero in appellatione seu nominatione eorum qui alicujus sunt dignitatis, non posse omnes esse primos; quare necesse est ut hic sit primus, ille secundus, &c.

<sup>y</sup> *Sed quæstura*] Quæstura primus omnium magistratus gerebatur, deinde ædilitas, tum prætura, ac tandem consulatus.

<sup>z</sup> *Pari momento sortis fuit*] Id est, eodem fere temporis puncto facta est quæsturarum sortitio, utra utri provinciæ obveniret. Nam solebant

qui quæstores designati erant, sortiri provincias in quas proficiscerentur.

<sup>a</sup> *Lege Titia*] De ista lege Titia nihil reperitur, nec quo tempore lata sit. Credunt aliqui senatusconsultum aliquod fuisse a Porcio et Decio coss. quo latum est, ut quæstores, sicut alii magistratus, provincias sortirentur.

<sup>b</sup> *Provinciam tacitam*] Provincia tacita et quieta est, in qua nulla est belli perturbatio.

<sup>c</sup> *Ostiensem*] Difficilis fuit et negotiosa, propter salinas, Ostiensis provincia; quare qui eam sortiebatur, populi acclamationibus, vel in signum approbationis, si vir negotiosus esset et strenuus; vel indignationis, si deses et languidus, excipiebatur.

<sup>d</sup> *Gratiosam*] Gratiosa provincia dicitur, a qua multam sibi gratiam conciliat qui eam administrat.

sedit<sup>e</sup> utriusque nomen in quæstura; nullum enim vobis sors campum dedit,<sup>o</sup> in quo excurrere<sup>13</sup> virtus cognoscique posset. 19. Reliqui temporis<sup>f</sup> spatium in contentionem<sup>14</sup> vocatur: ab utroque dissimillima ratione tractatum est. IX. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam sollicitudinis ac stomachi,<sup>f</sup> secutus est: jus civile didicit: multum vigilavit: laboravit: præsto multis fuit:<sup>1</sup> multorum stultitiam peressus est: arrogantiam pertulit: difficultatem exsorbuït:<sup>g</sup> vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. Magna laus, et grata<sup>2</sup> hominibus, unum hominem elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura. 20. Quid Murena interea? fortissimo et sapientissimo viro, summo<sup>3</sup> imperatori, legatus L. Lucullo fuit; qua in legatione duxit exercitum: signa contulit: manum conseruit: magnas copias hostium fudit: urbes partim vi, partim obsidione cepit: Asiam istam referam,<sup>4</sup> et eandem delicatam,<sup>g</sup> sic obiit, ut in ea neque avaritiæ, neque luxuriæ vestigium reliquerit: maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res et magnas sine imperatore gesserit, nullam sine hoc imperator. Atque hæc, quanquam<sup>5</sup> præsentem L. Lucullo<sup>h</sup> loquar, tamen,

<sup>e</sup> Jacuit.

<sup>f</sup> Molestiæ.

<sup>g</sup> Exhaustis.

//////////

*χ eum.*—12 Idem cod. *gratiosum.*—13 Codd. *χ ψ excuti.*—14 C *contentionem*; H S *contionem*; *χ contione.* Mox, pro *tractatum est*, Franc. Paris. Lall. habent *certatum est*, probante Græv. *tractatum est* conj. Matthiæ.

CAP. IX. 1 Cod. *ψ fuit inultis.*—2 Cod. *χ et gratia.* Mox, *unum h. laborare in ea sententia* Franc.—3 Voc. *summo* deest in C H S *ψ*, Franc. ‘At tum etiam viro deleri debnerit.’ Beck.—4 C *referctum*; *χ referlan.* Paulo post, *hic* deest in Franc. et abesse posse, monet Grævius. Deinde, *nullam sine hoc imperatore* C.—5 Pro *quanquam*, *χ* habet *quam.* Pro *loquar* Ernesti conj. *loquor*, probante Spalding. et Matthiæ. Mox, *concessum videantur χ.*—

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Campum dedit*] Nulla sors provinciam dedit Sulpicio, in qua laudem colligeret, quemadmodum colligitur ex provinciis in quibus bellum geritur.

<sup>f</sup> *Reliqui temporis*] Sequitur studiorum comparatio, in qua primo utriusque studii dignitatem ita per conge-

riem partium amplificat, ut tamen ex ipsarum partium inter se collatione appareat, L. Murenæ studium Sulpiciano anteferri.

<sup>g</sup> *Referam et delicatam*] Asia plena opibus, et luxui dedita fuit.

<sup>h</sup> *Præsentem L. Lucullo*] Lucullus, qui imperator fuerat in Asia contra Mi-

ne ab ipso, propter periculum nostrum,<sup>i</sup> concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis literis testata sunt omnia; quibus L. Lucullus tantum<sup>6</sup> laudis impertiit, quantum neque ambitiosus<sup>h</sup> imperator, neque invidus, tribuere alteri in communicanda gloria debuit. 21. Summa in utroque<sup>k</sup> est honestas, summa dignitas; quam ego, si mihi per Servium liceat, pari atque eadem in laude ponam:<sup>7</sup> sed non licet: agitatur<sup>i</sup> rem militarem: insectatur totam hanc legationem: assiduitatis<sup>l</sup> et operarum harum quotidianarum<sup>m</sup> putat esse consulatum. Apud exercitum mihi fueris,<sup>n</sup> inquit, tot annos? forum non attigeris? abfueris tamdiu? et, cum longo<sup>8</sup> intervallo<sup>k</sup> veneris, cum iis, qui in foro habitaverunt, de dignitate contendas? Primum ista nostra<sup>o</sup> assiduitas, Servi, nescis, quantum interdum afferat hominibus

<sup>h</sup> Cupidus gloria.<sup>i</sup> Vituperat.<sup>k</sup> Post longum spatium.

6 Post tantum quatuor codd. Oxon. Oliv. et Lall. addunt *Murenæ*. Pro *impertiit*, C H S habent *impartit*; ceteri codd. et edd. ante Ernesti *impertiit*. Ernestium secuti sunt Beck. Schutz. 'Recte præsens revocavit Mæb.' Orell. Mox, in *conveniendâ gloria* χ.—7 Idem cod. *ponere*.—8 C H S χ ψ, Venett. 1480. 1483. Victor. *ut cum longo*. Pro *longo*, T habet *loco post*; Venet. 1480. exhibet *longo post intervallo*. Quintil. v. 13. habet *et cum tam longo*, magno codd. consensu. Mox, *habitarint* T χ. *habitaverint* Guelf. Actutum, præpositio *de*, quod Barb. plurimique codd. Venett. 1480. 1483. Hervag. Naug. Mann. et recent. post Græv. servant, deest in edd. 1584. Grut. 1618. Græv. deest etiam ap. Quintil. in edd. Burm. et Gesn.—9 Voc. *nostra* deest

## NOTE

thridatem, iudex erat in hac causa.

<sup>l</sup> *Periculum nostrum*] *Periculum* Murenæ intelligit, ne videlicet damnetur a iudicibus.

<sup>k</sup> *In utroque*] In Murena et Sulpicio summa est dignitas, propter gestos ab utroque magistratus, non propter generis nobilitatem; quia Sulpicius patricius erat, Murena plebeius. Contendit tamen Murenâ superiorē esse dignitatē propter rem militarem, quam cognitioni iuris civilis antepōnit.

<sup>l</sup> *Assiduitatis*] *Assiduitas* de iis dicitur, qui proprie resident: unde assiduus dicitur qui residet.

<sup>m</sup> *Operarum harum quotidianarum*] Sulpicius consulatum tantum ad eos pertinere putabat, qui Romæ sunt assidui; adeoque se Murenæ antepōnendum, qui sæpe aberat propter bellicas expeditiones.

<sup>n</sup> *Apud exercitum mihi fueris*] *Mihi* ad venustatem orationis ponitur; id est, fueris in exercitu. Hoc autem, et quæ sequuntur, quasi per indignationem refert Sulpicius.

<sup>o</sup> *Ista nostra*] Respondet Cicero Sulpicio, ejus, et suam assiduitatem in foro et in causis, utriusque eorum molestam fuisse.

fastidii, quantum satietatis: mihi quidem vehementer expedit, positam in oculis esse gratiam; <sup>l</sup>p sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi,<sup>q</sup> et tu idem <sup>o</sup> fortasse: verumtamen utrique nostrum desiderium <sup>m</sup> nihil obfuisset. 22. Sed, ut, hoc omisso,<sup>a</sup> ad studiorum atque artium contentionem revertamur; qui <sup>11</sup> potest dubitari, quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis, rei militaris, quam juris civilis gloria? Vigilas <sup>12</sup> tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas; ille, ut eo, quo intendit,<sup>13</sup> mature cum exercitu perveniat: te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitatur: [p. 129.] tu actionem instituis, ille aciem instruit: tu caves, ne tui consultores; ille, ne urbes aut castra capiantur. Ille tenet et scit, ut hostium copiae; tu, ut aquae pluviae<sup>b</sup> arceantur: ille exercitatus est <sup>14</sup> in propagandis finibus; tu in regendis: <sup>c</sup> ac nimirum (dicendum est enim, quod sentio) rei militaris virtus praestat ceteris omnibus. x. Haec nomen populo Romano,<sup>1</sup> haec huic urbi aeternam gloriam peperit: haec

<sup>1</sup> *Ante oculos beneficium esse.*

<sup>m</sup> *Absentia.*



in  $\chi$ . Mox, pro *expedit*, sex codd. Oxon. Ven. 1483. Junt. *expedit*.—10 Orell. conj. *et tu item*.—11 Memm. *quis*. Idem cod. cum C T  $\chi$   $\psi$  *potest dubitare*. Mox, *res militaris* C H  $\chi$   $\psi$ .—12 *Vigilas*  $\chi$ .—13 Ita Quintil. ix. 3. 32. Contra ix. 2. 10. *ut, quo contendit*, ubi tamen codd. aliquot *intendit*. Hinc Lamb. *ut quo intendit*. Jul. Rufin. de Fig. c. 37. *ut mature quo intendit*. Mox, *tu actionem intruis*  $\psi$ . Deinde, *castra capiuntur*  $\chi$ .—14 Codd. aliquot Quintiliani ix. 3. 32. ejusque edd. vett. et Spalding. *exercitatur*; unde h. l. receperunt Schutz. Matthiae, et Mæb. Mox, *tuque in regendis* C  $\chi$ .

CAP. X. 1 C H *populi R*. Mox, *eternam* C. unde Beck. conj. *externam*.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Positam esse gratiam*] Innuit Cicero, plus revera valere, ad honores assequendos, esse domi quam foris; quia populus plus oculis quam auribus prospicit: quare cum e quaestura Siciliensi rediit, statuit assidue Romae versari.

<sup>q</sup> *Labore superavi*] Hanc urbis satietatem et fastidium reorum defensione superavit.

<sup>a</sup> *Sed ut, hoc omisso*] Transit ad contentionem artium quas uterque

facitavit.

<sup>b</sup> *Aquae pluviae*] Aqua pluvia ea dicitur quae de caelo cadit, et imbre excrescit, sive illa noceat, sive cum alia mixta sit.

<sup>c</sup> *Tu in regendis*] Fines regi dicuntur, cum propriis ager quisque finibus terminatur. Hinc finium regundorum, vel finibus regundis iudicium est, quod inter confines redditur, ut fines agrorum vicinorum dirigantur.

orbem terrarum parere huic imperio coëgit: omnes urbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, et hæc forensis laus et industria, latent<sup>2</sup> in tutela ac præsidio bellicæ virtutis: simul atque increpuit suspicio tumultus,<sup>d</sup> artes illico nostræ conticescunt.

23. Et, quoniam mihi videris<sup>3</sup> istam scientiam juris, tanquam filiulam osculari tuam, non patiar te in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrere. Aliis ego te virtutibus, continentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei,<sup>4</sup> ceteris omnibus, consulatu et omni honore semper dignissimum judicavi: quod quidem jus civile didicisti; non dicam, operam perdidisti; sed illud dicam, nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam. Omnes enim artes, quæ nobis<sup>5</sup> populi Romani studia conciliant, et admirabilem dignitatem, et pergratam utilitatem debent habere. XI. 24. Summa dignitas est in iis, qui militari laude antecellunt; omnia enim, quæ sunt in imperio, et in statu civitatis, ab iis defendi et firmari putantur: summa etiam<sup>6</sup> utilitas; siquidem eorum consilio et periculo, cum republica, tum etiam nostris rebus perfrui possumus. Gravis etiam illa est et plena dignitatis, dicendi facultas, quæ<sup>7</sup> sæpe valuit in consule deligendo, posse consilio atque oratione, et senatus, et populi, et eorum, qui res judicant, mentes permovere. Quæritur consul, qui dicendo nonnunquam comprimat tribunicios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni<sup>8</sup> re-



H gloria. Tum, huic i. cogit C.—2 Cod.  $\psi$  lateat. Mox, idem cod. pro nostræ legit vestræ.—3 Cod.  $\chi$  videtis. Post patiar te idem codex addit diutius. Idem mox, nescio quid tantopere.—4 Lamb. legi jussit, continentia, gravitate, justitia, fide. Paulo post, dicam nulla esse  $\chi$ .—5 C robis. In eodem mox, conciliant. ‘Jubente Ernestio pro vulg. conciliant, scripsi concilient.’ Beck.

CAP. XI. 6 Cod.  $\chi$  summa enim. Idem mox, pro nostris, affert vestris; et pessimus pro possumus.—7 ‘Voc. quæ nuncius inclusi, ut spurium.’ Beck. Improbant Schutz. et Matthiæ. Mox, diligendo C.—8 C  $\chi$   $\psi$  largitione.—

#### NOTE

<sup>d</sup> Increpuit suspicio tumultus] Id Italici aut Gallici: hæc enim duo est, insonuit (metaphora sumta a tur- bella tumultus nomine significaban- bis) suspicio tumultus, belli videlicet tur.

sistat. Non mirum, si ob hanc facultatem homines sæpe etiam non nobiles<sup>a</sup> consulatum consecuti sunt; præsertim cum hæc eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat; quorum in isto vestro artificio, Sulpici, nihil est. 25. Primum dignitas in tam tenui<sup>4</sup> scientia quæ potest esse? res enim sunt parvæ, prope in singulis literis atque interpunctionibus<sup>b</sup> verborum occupatæ. Deinde, etiamsi quid apud majores nostros fuit in isto studio<sup>5</sup> admirationis, id, enuntiatis vestris mysteriis,<sup>c</sup> totum est contentum et abjectum. Posset agi<sup>c</sup> lege, necne, pauci<sup>f</sup> quondam sciebant: fastos enim vulgo non habebant:<sup>g</sup> erant in magna potentia, qui consulebantur; a quibus etiam dies, tanquam a Chaldæis,<sup>h</sup> patebatur.<sup>6</sup> Inventus est scriba quidam Cn. Flavius,<sup>i</sup> qui cornicum<sup>7</sup> oculos<sup>k</sup> confixerit, et

<sup>a</sup> *Homines novi.*<sup>b</sup> *Distinctionibus.*<sup>c</sup> *Litigari.*

4 *Primum d. in causa tenui* χ. Actutum, scientia non potest C H T χ ψ. Mox, quo prope ψ. prope deest in χ. verborum deest in eodem cod. Pro interpunctionibus, Venet. 1480. habet interpretationibus. Pithæus legi maluit in pacationibus.—5 Ita Venet. 1483. Junt. Hervag. seqq. jure Crat. Naug. etiam si quid ap. m. n. fuit industriæ isti admirationis Franc. non improbante Grævio: istos duo a miserationis et denuntiatis C. iis tres dico ad miserationis id enuntiatis χ ψ. totum esse H ψ. contentum χ.—6 Ita pro vulg. patebantur edidit Ernesti e cod. Guelf. petabatur C. patebatur χ.—7 Cod. ψ corricum. Mox,

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Vestris mysteriis*] Proverbiū translatum ex arcanis sacris Græcorum, in quibus Eleusinia fuere præcipua, quæ enuntiare, id est, profanis prodere, capitale fuit.

<sup>f</sup> *Pauci*] Pauci sciebant quibus diebus fas erat litigari; sed tandem a jurisconsultis omnes edocti sunt.

<sup>g</sup> *Fastos enim non habebant*] Fasti nihil aliud sunt quam distinctio quædam anni, et mensium dierumque descriptio, festorum et profestorum notatio, et sacrorum publicorum quasi indicatio. Fasti autem et nefasti dies a Numa Pompilio instituti sunt; quos Ovid. Fast. 1. sic explicat: 'Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur; Fastus erit per quem

lege licebat agi.' Tria illa erant verba, 'Do,' 'Dico,' 'Addico:' id est, nefastis illis diebus non fas erat prætori agere, et illa verba pronuntiare sine piaculo: fastis autem fas fuit, qui idcirco a fando dicti sunt. Lege plura apud Macrobr. 1. 16.

<sup>h</sup> *A Chaldæis*] Chaldæi pro astrologis dicuntur, quia apud populos illos floruit ars divinandi. Genethliaci quoque dicti sunt, quod die notato quo quisque in lucem prodierit, de vitæ fortuna, et exitu prædicere soleant.

<sup>i</sup> *Cn. Flavius*] De Flavio sic scribit Liv. lib. 1X. 'Fuisse callidum virum et facundum, et jus civile repositum in pontificum penetralibus evulgas-



singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, et ab ipsis cautis jurisconsultis eorum sapientiam compilarit.<sup>d</sup> Itaque irati illi, quod sunt veriti, ne, dierum ratione per- vulgata<sup>8</sup> et cognita, sine sua opera lege posset agi, notas<sup>e</sup> quasdam<sup>9</sup> composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interes- sent. XII. 26. Cum hoc fieri bellissime posset;<sup>1</sup> ‘Fundus Sabinus<sup>1</sup> meus est; immo meus:’ deinde iudicium; noluerunt. ‘Fundus,’<sup>2</sup> inquit,<sup>m</sup> ‘qui est in agro, qui Sabinus vocatur.’ Satis verbose:<sup>3</sup><sup>n</sup> cedo, quid postea? ‘Eum ego ex jure Quiritium<sup>o</sup> meum esse aio.’ Quid tum? ‘Inde<sup>4</sup>

<sup>d</sup> *Furatus sit.*

<sup>e</sup> *Formulas.*

//////////

*configeret . . . proponeret . . . compilaret* præferebat Ernesti. Pro *ediscendos*, C habet *eligendis*; S *ediscendis*;  $\psi$  *eliscendis*. Pro *cautis*, quod est in Ald. et seqq. *causis* habent Franc. C H S  $\chi$   $\psi$ , Rom. Venett. 1480. 1483. et Medial. *catis* Manut. in notis, quod in Lamb. pro v. l. notatum est. Pro *jurisconsultis*, quod est in Naug. Cam. Lamb. Oliv. Lall. *viris consultis* habet  $\chi$ . *jurecon- sultis* R. Steph. et Charis, p. 62. Putsch.—8 Franc. Naug. Græv. *promulgata*. —9 Ita Medic. *vero ac eadem*, vel *v. ac ædem*, edd. vett. etiam Venet. 1499. *possit vero accedam* C  $\psi$ . *posset* [lacuna] H. *posset vero* [lacuna] S. *possit vero ac edam*  $\psi$ . Mox, *interesse ut in eodem cod.*

CAP. XII. 1 Cod.  $\chi$  *possit*. Mox, *voluerunt*  $\psi$ .—2 *Fundum* Lamb.—3 T *verbose meus dicitur*. Mox *Cum ego*  $\chi$   $\psi$ . Post *jure* Lamb. primus inseruit *Quiritium* e vestigiis codd. *jureque* C  $\psi$ . *jure* H S. *verbo jureque* T et Venet. 1480. *jure quod*  $\chi$ . Dein, *esse animo* T  $\chi$ .—4 *Inde ibi* plerique codd. edd. vett. Rom. 1480. Venett. 1480. 1483. Brix. 1499. Mediol. Græv. Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. *ibi* omittunt Naug. Steph. Lamb. Grut.

#### NOTE

se.’ Non pauci sunt, auctore Cic. in Epist. ad Att. lib. vi. qui credunt hunc fastos protulisse, actionesque composuisse.

<sup>k</sup> *Qui cornicum oculos*] Cornicum oculos configere, est proverbium quod de iis dicitur, qui callidos et prudentes, qui cavere et sciunt et debent, fallunt ac circumveniunt. Nam cornix, cum aliorum animalium oculos patissimum appetat, ipsam scilicet suis maxime prospicere oportet: unde proverbialiter dicitur unam cornicem alterius oculos non confodere.

<sup>1</sup> *Fundus Sabinus*] Ostendit Cicero, facilius esse de aliquo fundo contendere sine formulis jurisconsultorum, quam eas adhibere; quia per eas

tota ratio iudiciorum intricatur: sufficit enim ut petitor dicat, ‘Iste fundus Sabinus meus est;’ et respondeat defensor, ‘meus est;’ deinde uterque ad iudicium veniat, et auditis utriusque partis rationibus, iudex decidat.

<sup>m</sup> *Inquit*] At jurisconsultus, qui suas notas composuit, alias verborum ambages proponit, nempe, ‘fundus qui est in agro Sabino,’ &c.

<sup>n</sup> *Satis verbose*] Ridet has verborum trias Cicero.

<sup>o</sup> *Jure Quir.*] Quiritium jus dicebatur, quod civium Rom. causa proprie constitutum erat, ut peregrini omnes ejus plane expertes essent.

ego te ex jure manu<sup>p</sup> consertum voco.' Quid huic<sup>s</sup> tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur,<sup>q</sup> non habebat. Transit idem<sup>6</sup> jureconsultus, tibicinis Latini modo:<sup>r</sup> 'Unde tu me,' inquit, 'ex jure<sup>7</sup> manu consertum vocasti, inde ego te revoco.'<sup>s</sup> [p. 130.] Prætor<sup>8</sup> interea, ne pulchrum se ac beatum putaret,<sup>f</sup> atque aliquid ipse sua sponte loqueretur,<sup>t</sup> ei quoque carmen<sup>5</sup> compositum est, cum ceteris rebus absurdum, tum vero in illo: 'Suis utrisque superstibus,<sup>u</sup> [præsentibus,] istam viam dico: iuite

<sup>f</sup> Ne putaret se optima esse conditione.

<sup>8</sup> Formula.



Mox, manum Lamb. manu' Lall.—5 Quid hoc χ. litigiose H S ψ. litigiosum χ. responderet, ille unde, &c. C H.—6 Transit ad eum Lamb. Mox, Latino C.—7 Verba ex jure desunt in ψ. Mox, inde ibi omnes codd. et edd. ante Ernesti, quod revocant Beck. et Orell.—8 Prætor sex codd. Oxon. Actutum, interanne pulchrum χ. Mox, pro in illo: suis, quod servant quatuor Pall. Guelf. χ ψ, ed. Wald. Rom. 1480. et Brix. nullo usui præbent Venet. 1480. 1483. nullo usu Hervag. Mannt. Lamb. Oliv. Lall. nullo ii sui H. Præsentibus e gloss. natum videtur Hotomanno et Manutio: deest in χ. Deinde, pro iuite viam, quod servant plurimi codd. ite viam Lamb. Beck. Priscian. p. 1166. et 1177. Putsch. et Serv. ad Virg. Æn. v. 862. in te viam C. mire viam χ. inire viam ψ. Pro viam, T habet jam.—

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Ex jure manu] Ut conserere manum, vel manu, cum hoste, sic ex jure manu, vel manum, conserere dicitur, cum quis judicio contendit. Solebant autem quodam ritu glebam attingere, et testari se velle de hoc bono litigare.

<sup>q</sup> Unde petebatur] Per illas voces, 'unde petebatur,' intelligitur debitor seu defensor. Modus autem ille loquendi usitatus fuit apud veteres.

<sup>r</sup> Tibicinis Latini modo] Tibicinis Latini modo is transire dicitur, qui petitoris et defensoris causam agit, vel probationes invenit. Tibicines vero Latini dicebantur, quorum usus erat in feriis Latinis, qui præludebant jam huic, jam alteri choro. De his vide Liv. lib. iv. ait autem jureconsultos veluti tibicines illos modo petitoris, modo defensoris notas com-

ponere, ut uterque jus suum tueri possit.

<sup>s</sup> Inde ego [Inde ibi] te revoco] Postquam jureconsultus docuit petitorum quid dicere debet, jam docet defensorem quid dicat; nempe, ut eadem formula utatur, qua prior petitor usus est. 'Ibi' autem dicitur pro 'ad eum locum,' quod usitatum satis fuit veteribus. Sic Plantus: 'Pergam in ædibus nunc jam.'

<sup>t</sup> Sua sponte loqueretur] Ipsi prætoribus verba præripere jureconsulti, iisque propria verba assignarunt, seu formulas, quibus in pronuntianda sua sententia uterentur.

<sup>u</sup> Utrisque superstibus] Superstitibus, id est, salvis, et ob eam causam præsentibus; qui enim morbo sonitico laborabant, lege excusabantur a judicio.

viam.<sup>x</sup> Præsto aderat sapiens ille,<sup>y</sup> qui inire viam<sup>9</sup> doceret. 'Redite viam:<sup>z</sup> eodem duce redibant. Hæc jam tum apud illos<sup>10</sup> barbatos,<sup>a</sup> ridicula, credo, videbantur: homines,<sup>b</sup> cum recte atque in loco constitissent,<sup>11</sup> juberi abire; ut, unde abissent, eodem statim redirent. Iisdem ineptiis fucata sunt<sup>12c</sup> illa omnia, 'Quando te in jure<sup>d</sup> conspicio:' et hæc, 'sed anne tu dicis, qui causa<sup>e</sup> vindicaveris?'<sup>13</sup> quæ dum erant occulta, necessario ab eis, qui

9 Franc. qui jure viam; χ qui mire viam; Lamb. Oliv. qui ire viam. Mox, redire viam ψ. reddite viam Franc.—10 Hæc quæ apud illos χ. Hæc jam tum apud illos H. Pro barbatos, Franc. H S T, et edd. quædam vett. legunt barbaros. Mox, videbant χ.—11 In H, ab eadem manu supra lin. scriptum tuli essent, ac si debeat esse constituti essent: χ constituissent.—12 C χ ψ fugata sunt; H fugata sint. Mox, pro et hæc, C H S legunt sed hæc; T et hæc et similia. Actutum, sed deest in H.—13 'Ita Guelf. Venett. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Grnt. sed anne tu dicis causa v. Lambini conj. Græv. Beck. Schütz. Matthiæ; eaque egregia sane videbatur lectio, donec repertus est Gains, iv. 16. p. 306. 'qui prior vindicaverat, ita alterum interrogabat: Postulo, anne dicas, qua ex causa vindicaveris;' unde h. l. le-

## NOTE

<sup>x</sup> *Inire viam*] Litigantibus decernebat prætor, ut viam consuetam, præscriptam nempe a jurisconsultis, sequerentur.

<sup>y</sup> *Præsto aderat sapiens ille*] Ironice sapiens vocatur ille jurisconsultus, quia in iis ineptiis fere tota ejus sapientia posita est.

<sup>z</sup> *Redite viam*] Idem jurisconsultus qui viam qua eundem erat, qua quoque redendum erat, docebat; idem ait quod superius not.<sup>r</sup> dictum est.

<sup>a</sup> *Apud illos barbatos*] Id est, apud illos veteres graves et sapientes, qui proluxa barba erant.

<sup>b</sup> *Homines*] Petitorem et rem intelligit, qui ad fundum, de quo erat controversia, ire jubebantur, et inde statim ad prætorem redire.

<sup>c</sup> *Fucata sunt*] Fucata dicuntur quæ alieno colore picta sunt. Jam novam aliam jurisconsultorum formulam, tam ridiculam quam superiores, profert.

<sup>d</sup> *Quando te in jure*] Actionis for-

mula est in auctorem præsentem: hæc autem ita exponitur a Valerio Probo, 'quando te in jure conspicio, postulo an fias auctor.'

<sup>e</sup> *Sed anne tu dicis, qui causa* [*dicis causa*] Vox ista, 'dicis,' jurisconsultorum est, et, ut explicat Hotomannus, perinde significat ac, 'simulandi causa,' vel 'per simulationem.' Eustachius vero pntat 'dicis' sumi pro more et consuetudine. Varro de LL. l. v. pro eo quod non serio, sed perfunctorie fit. Itaque varius esse potest sensus hujus sententiæ, *anne tu dicis causa vindicaveris?* quasi diceret, *Anne tu simulandi causa tu tuum illud ac proprium asseruisti;* vel, *pro more et consuetudine;* vel, *non serio, sed perfunctorie?* Sane cum truncatæ sint et mutilatæ sententiæ ex veteribus jurisconsultis, quæ non extant amplius, eas ad verum sensum explicare quis possit, cum in istis tantum nungetur Cicero?

ea tenebant,<sup>a</sup> petebantur: postea vero pervulgata, atque in manibus jactata et excussa,<sup>i</sup> inanissima prudentiæ reperta sunt; fraudis autem et stultitiæ plenissima. 27. Nam cum permulta<sup>14</sup> præclare legibus essent constituta, ea jureconsultorum ingeniis<sup>k</sup> pleraque corrupta ac depravata sunt. Mulieres omnes, propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate<sup>f</sup> esse voluerunt: hi invenerunt<sup>15</sup> genera tutorum, quæ potestate mulierum continerentur.<sup>g</sup> Sacra interire<sup>h</sup> illi noluerunt:<sup>16</sup> horum<sup>i</sup> ingenio senes ad coëmptiones faciendas,<sup>k</sup> interimendorum sacrorum causa,<sup>1</sup> reperti sunt. In omni denique jure civili æquitatem reliquerunt, verba ipsa tenuerunt: ut, quia<sup>17</sup> in alicujus libris, exempli

<sup>a</sup> *Intelligebant.*<sup>i</sup> *Propius consilicrata et cognita.*<sup>k</sup> *Inventionibus.*

gendum, (omisso *sed cum uno cod. Oxon. et Junt. quod ego unciis inclusi,*) *et hæc: anne dicis, qua ex (sive e) causa v. eoque ducunt etiam vestigia codd. plerorumque hic valde corruptorum.* Orell. Mox, *petebant* H.—14 *Nam cum multa* T. Mox, pro *jureconsultorum*, quod habent Venet. 1483. et Junt. *jurisconsultorum* legit Lamb.—15 Cod. *χ noluerunt: hi venerunt.* Mox, *quorum potestate m. continentur* T. *quæ potestatem χ. mulierum quæ in potestate tutorum legi maluit* Gulielm.—16 Cod. *ψ voluerunt.*—17 *Pro ut quia,*

## NOTE

<sup>f</sup> *In tutorum potestate*] Antiquo jure mulieres sub perpetua tutela erant; neque ratum id habebatur quod a muliere sine tutoris auctoritate gestum erat. Id autem a legibus Atheniensium ad Romanos translatum fuit.

<sup>g</sup> *Potestate mulierum continerentur*] Andreas Alciatus hanc potestatem sic explicat, aitque ‘mulieres servos suos actori publico concessisse; et postquam publici effecti essent, procurasse uti sibi in tutores darentur. Etenim tales hodie quoque non plane servi sunt, nec magis a tutela rejici, quam ceteri tabularii possunt; et tamen nec omnino liberi videntur, et propter reliquias prioris domini, aliquo modo possunt dici potestate mulierum contineri.’

<sup>h</sup> *Sacra interire*] Præter sacra pub-

lica, erant etiam privata in familiis quæ perpetua conservabantur.

<sup>i</sup> *Horum*] Jurisconsultorum ingenio et argutiis extinguendorum sacrorum ratio inventa est.

<sup>k</sup> *Ad coëmptiones faciendas*] Per coëmptiones, matrimonia intelligit, quæ per coëmptionem fiebant: coëmptio vero certis solennitatibus peragebatur, et sese invicem communicando interrogabant: vir ita, an sibi mulier materfamilias esse vellet? illa respondebat velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet? ille respondebat velle: itaque mulier in manum viri conveniebat, et vocabantur hæ nuptiæ, ‘per coëmptionem.’

<sup>1</sup> *Interimendorum sacrorum causa*] Nulla prole procreata, privata sacra interibant.

causa, id nomen invenerant, putarunt, omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vocari.<sup>m</sup> Jam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos<sup>n</sup> etiam nunc statuere non potuisse, utrum<sup>18</sup> diem tertium, an perendinum;<sup>o</sup> judicem, an arbitrum;<sup>p</sup> rem, an litem dici oporteret. XIII. 28. Itaque (ut dixi) dignitas in ista scientia consularis nunquam fuit; quæ tota ex rebus fictis commentitiisque constaret; gratiæ vero multo etiam<sup>1</sup> minores. Quod enim omnibus patet, et æque promptum<sup>2</sup> est mihi, et adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaque non modo beneficii collocandi spem,<sup>3</sup> sed etiam illud, quod aliquamdiu fuit, 'licet consulere,'<sup>q</sup> jam

//////////

Pal. 1. Gnef. ed. pr. et Venet. 1483. ut *Gaia*; reliqui Pall. S. Victor. et  $\chi$  ut *cura*;  $\psi$  ut *curia*; Franc. et C ut *cuja*; H ut *cum*; S tantum habet *ut in*; Junt. ut *quia Cuja*. Grut. conj. ut *Caiam in a. l. e. causa invenerant*; Græv. ut *quia Caia in a. libri exemplo invenerant . . . fecerant*. Franc. habet *libri . . . fecerant*;  $\chi$  etiam *libri*. C H T  $\chi$   $\psi$  putarent. Deinde, *Gaias vocari C  $\chi$   $\psi$* .—18 Franc. *statuere posse, non utrum*. Mox, *dici oportere  $\chi$* .

CAP. XIII. 1 T et. Pro *minores*, quod servant Pall. S. Victor. Franc. Paris. edd. vett. Lall. minus habent Naug. Junt. Crat. Hervag. Cam. Manut. Lamb. probante Schutz.—2 Edd. quædam vett. *quod æque promptum*.—3 Franc. *spes*. Mox, pro *aliquamdiu*, ut est in codd. Gruteri,  $\psi$ , Ven. 1480. 1483. Junt. Grut. Beck. Schutz. Matthiæ, et Orell. *aliquando* Franc. Crat. Hervag. Cam. Græv. Oliv. Lall. Mæb. *quod deest in  $\chi$* . Tum, *licere consulere* Franc. *libere consulere  $\chi$* . *licet consulas Pithæus e f'esto. jam perdidisti C*.—

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Caias vocari*] Cum nubebant, sponsa ingrediendo sponsi domum dicebat, 'Ubi tu Caias, ego Caia;' id est, 'ubi tu dominus, ego hera;' quia vero Caia Cæciliana, Tarquinii Prisci regis uxor, præ ceteris celebrata est, et optima lanifica fuit; institutum fuit, ut novæ nuptæ, ante januam mariti interrogatæ de nomine, se Caias dicerent.

<sup>n</sup> *Per tot annos*] Cn. Flavius jus civile ante bella Punica, aliquot annis ante Pyrrhi in Italiam adventum, pervulgavit.

<sup>o</sup> *An perendinum*] Perendinus dies dicitur, cum judex statuit, aut cum inter partes convenit, ut omne litis instrumentum, aut acta utrimque

proferantur intra triduum: tunc lis et res comperendinari dicitur, quasi judex post tertium diem, aut etiam die tertio, sententiam laturus sit.

<sup>p</sup> *Judicem, an arbitrum*] Discrimen intercedit arbitrum inter et judicem; quod per judicem aut tota causa obtineatur, aut amittatur; per arbitrum vero, ut neque nihil, neque tantum quantum postulatur, obtineatur.

<sup>q</sup> *Licet consulere*] Consulere licet, dicebant, vel qui jurisconsultos volebant consulere; vel ipsi jurisconsulti dicebant, cum consulerebantur: consulere autem licet, nempe libros Fastorum.

perdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam usquam,<sup>4</sup> neque Romæ, rebus prolatis,<sup>1</sup> quicquam valet: peritus ideo haberi nemo potest, quod in eo, quod sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare: difficilis autem res ideo non putatur, quod et perpaucis et minime obscuris literis<sup>m</sup> continetur. Itaque, si mihi, homini vehementer occupato, stomachum moveritis,<sup>n</sup> triduo me jurisconsultum esse<sup>5</sup> profitebor. Etenim quæ de scripto aguntur,<sup>r</sup> scripta sunt omnia: neque tamen quicquam tam anguste scriptum est,<sup>s</sup> quo ego non possim, 'qua de re agitur,' addere.<sup>6</sup> Quæ consuluntur autem, minimo periculo respondentur.<sup>7</sup> Si id, quod oportet, responderis; idem videre<sup>8</sup> respondisse, quod Servius: sin aliter, etiam controversum<sup>t</sup> jus nosse et tractare videre. 29. Quapropter non solum illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verum etiam dicendi consuetudo longe et multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellet.<sup>9</sup> Itaque mihi videntur plerique initio

<sup>1</sup> *Putefactis.*<sup>n</sup> *Irritaveritis me, &c.*<sup>m</sup> *Præceptis perspicuis.*<sup>o</sup> *Præstat ad magistratum.*

4 C ψ unquam. Mox, *peritus igitur haberi C.* Pro omnes, C H χ habent homines; quod omittitur in T. Deinde, *quod ex perpaucis χ. literis continentur χ.*—5 'Delendum esse, puto,' *Ernesti.* Lambinus jam notaverat, alios esse omittere, eique assentitur etiam Garat.—6 Cod. χ agere; al. ap. *Ernesti,* etiam *Guelf. a m. sec. videre;* et sic *conj. Pantag. receperunt Manut. et Schutz.* Paulo ante pro quo, *Schutz. legit in quo.*—7 C *responduntur;* Franc. *respondetur.*—8 Cod. χ *idem iudicabere.* Mox, *sin autem aliter χ. contraversum jus Franc. contraversum vos χ. nosset C.*—9 Ita omnes codd. *Gruteri;* *untecel-*

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Quæ de scripto aguntur]* Agi de scripto, aut per scriptum, idem est. Bipartita porro est jurisconsultorum professio; nam aut actiones et formulas iudiciorum tradunt, quæ omnes sunt perscriptæ, et versantur in tractatione aperti et usitati juris, legum, et edictorum; aut de jure respondent, quod est opus prudentiæ et intelligentiæ ipsorum, cum de voluntate et scientia legis, aut omnino

juris ratione dubitatur et quæritur.

<sup>s</sup> *Anguste scriptum est]* Anguste scribere, est versiculis proximis, et quasi constrictis compressisque, et non latis et amplis scribere, quo plus laboris insumtum videatur, plusque pecuniæ colligatur.

<sup>t</sup> *Controversum]* Jus controversum dicitur, de quo videlicet inter utramque partem controvertitur.

multo hoc maluisse: <sup>u</sup> post, cum id assequi non potuissent, istuc potissimum <sup>v</sup> sunt delapsi. Ut aiunt <sup>10</sup> in Græcis artificibus, eos aulædos <sup>p</sup> esse, qui citharædi fieri non potuerint; sic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. <sup>q</sup> Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia. <sup>11</sup> Etenim a vobis <sup>12</sup> salubritas <sup>w</sup> quædam; ab iis, qui dicunt, salus ipsa petitur. [p. 131.] Deinde vestra responsa atque decreta, et evertuntur sæpe dicundo, et sine defensione oratoris firma esse non possunt; in qua re <sup>13</sup> si satis profecissem, parcius de ejus laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui iu dicendo magni sunt aut fuerunt.

XIV. 30. Duæ sunt artes, quæ possunt <sup>1</sup> locare homines in amplissimo gradu dignitatis; una imperatoris, altera oratoris boni; ab hoc enim pacis ornamenta <sup>x</sup> retinentur; ab illo belli pericula repelluntur. Ceteræ tamen virtutes ipsæ per se multum valent: justitia, fides, pudor, temperantia; quibus te, Servi, excellere <sup>2</sup> omnes intelligunt: sed

<sup>p</sup> Tibicines.

<sup>q</sup> Pervenire.

//////////

lit Lamb. solus. Actutum, Itaque mihi si  $\chi$ .—10 Et ut aiunt Lamb. solus. Mox, pro aulædos, quod habent plerique codd. Ven. 1483. Hervag. Lamb. Grut. item codd. omnes ap. Quintil. viii. 3. auletas dedit Manut. in ed. 1540. auleos esse qui citharædi habet Franc. non potuerunt idem cod. Barb. omnes ap. Quintil. et Ven. 1480. sic nos videmus codd. Quintil. evadere non potuerint T, Barb. Lamb. Denique, studium dirertere nonnulli codd. Quintil.—11 Franc. aliique nonnulli summa etiam gratia.—12 Cod.  $\chi$  a nobis.—13 Ita Junt. Hervag. Victor. Naug. Lamb. Græv. Beck. Schutz. in qua, omisso re, sex codd. Oxon. Pall. S. Victor. Franc. Ven. 1483. Crat. Matthiæ, Mæb. Orell. Mox, parca  $\chi$ . de re dico C.

CAP. XIV. 1 Cod.  $\chi$  possint.—2 Franc. excedere. Post sed H addit non. Pro ad honorem, H S T  $\chi$  et omnes Pall. legunt ab honore. Actutum, depositis codd. sex Oxon. Pall. edd. vet. depossitis cod. Victor. appositis Lamb. ad ho-

#### NOTÆ

<sup>u</sup> Multo hoc maluisse] Ut eloquentes fierent.

<sup>v</sup> Istuc potissimum] Qui fieri oratores non possunt, fiunt jurisconsulti.

<sup>w</sup> Salubritas] Salubre id dicitur quod salutem aut sanitatem affert. A jurisconsultis petitur quidem in

rebus capitalibus consilium, quod reo periclitanti absolutionem afferat; sed ab oratoribus dicendo salus affertur, dum efficiunt ut reus absolvatur.

<sup>x</sup> Pacis ornamenta] Leges, judicia, religio, concordia civium, &c. pacis ornamenta dicuntur, quia tunc potissimum florent.

nunc de studiis ad honorem dispositis,<sup>7</sup> non de insita cuiusque virtute disputo. Omnia ista nobis<sup>3</sup> studia de manibus excutiuntur,<sup>5</sup> simul atque aliquis motus novus bellicum canere<sup>5</sup> coepit. Etenim, ut ait ingeniosus poëta,<sup>2</sup> et auctor valde bonus, praeliis promulgatis,<sup>4</sup> ‘pellitur e medio,’ non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum, ‘sapientia: vi geritur res: spernitur orator,’ non solum odiosus in dicendo, ac loquax, verum etiam ‘bonus: horridu’ miles amatur:’ vestrum vero studium totum jacet. ‘Non ex jure manu<sup>5</sup> consortum, sed mage ferro,’ inquit, ‘rem repetunt.’ Quod si ita est, cedat, opinor, Sulpici, forum castris, otium militiæ, stylus gladio, umbra soli: sit denique in civitate ea prima res,<sup>6</sup> propter quam ipsa est civitas omnium princeps. 31. Verum hæc<sup>7</sup> Cato nimium nos nostris verbis magna facere demonstrat; et oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum; quod ego longe secus existimo, iudices: deque eo pauca disseram; neque enim causa in hoc continetur.

Nam, si omnia bella, quæ cum Græcis gessimus, con-

<sup>7</sup> *Ordinatis.*

<sup>5</sup> *Auferuntur.*

*norem dispositis spuria videbantur Grætero.*—3 *Omnia ista vobis* ψ. Mox, *aliqui motus . . . ceperunt* Franc. probante Grævio: *aliqui* etiam C χ ψ. *novos* χ. —4 *Verba, praeliis promulgatis,* desunt in χ. *tollitur e medio* edd. vet. *Actutum, hæc omnia, non solum . . . orator,* desunt in ψ. *Pro sapientia* Franc. exhibet *prudentia.* *Pro vi geritur res: spernitur,* C S χ legunt *videtur respui;* H *ridetur respui spernit.* In ed. Wald. pro *spernitur* est *pellitur.* Paulo post, *rerum bonus et, omissis etiam, χ.*—5 Ita codd. Oxon. Guelf. al. item edd. Rom. Venet. 1480. 1483. Mediol. Brix. *manum* habent edd. post Manut. ed. 1540. *mage* deest in codd. et edd. vet.—6 Cod. unus Oxon. et Lamb. *prima ars.* Mox, *quam ea est* Franc.—7 *Verum hoc* T. *Verum ea* Franc. *nimum vos* H S.

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Bellicum canere*] Bellicum, ut auctor est Servius, nomen est soni ad dandum tuba pugnae signum.

<sup>2</sup> *Ingeniosus poëta*] Ennius ingeniosus est ille poëta qui anno 515. urbis conditæ natus, et 585. mortuus est; cuius a Gellio xx. 10. referuntur versus: ‘Tollitur e medio sapientia,

vi geritur res. Spernitur orator bonus, horridu’ miles amatur. Haud doctis dictis, certantes, nec maledictis, Miscent inter sese inimicitias agitantes. Non ex jure manu consortum, sed mage ferro Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.’



temnenda sunt; derideatur de rege Pyrrho triumphus M' Curii;<sup>a</sup> de Philippo, T. Flaminini;<sup>8b</sup> de Ætolis,<sup>c</sup> M. Fulvii; de rege Perse,<sup>d</sup> L. Pauli; de Pseudophilippo,<sup>e</sup> Q. Metelli; de Corinthiis,<sup>f</sup> L. Mummii: sin hæc bella gravissima victoriæque eorum bellorum gravissimæ fuerunt; cur Asiaticæ nationes, atque ille a te hostis contemnitur? Atqui,<sup>9</sup> ex veterum rerum monumentis, vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho<sup>g</sup> gessisse video; cujus belli victor L. Scipio,<sup>h</sup> parta<sup>10</sup> cum Publio fratre<sup>i</sup> gloria, quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso<sup>k</sup> præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumsit. 32. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis,<sup>l</sup> proavi



Mox, cum mulieribus χ.—8 Flaminii C H S T, et edd. vett. de eholis ψ. de rege Perse T. Mox, pro Mummii, C habet Nummi; H Mummii. Deinde, si ea bella. Franc. si hæc bella C H S χ ψ. grutissimæ fuerunt χ.—9 Atque Franc. C T ψ.—10 Ita Junt. Crat. Cam. Grut. Græv. Beck. Matthiæ, Orell. L. Scipio si qua parta Gueif. C H S T ψ, Victor. et edd. vett. L. S. si qua parte ψ. sic quasi partita conj. Gulielm. et Lamb. probante Grut. Publio deest in C.—

## NOTE

<sup>a</sup> M' Curii] M' Curius de Pyrrho triumphavit, cum iterum ille ex Sicilia in Italiam rediret, ex qua prorsus eum expulit. Vide Liv. lib. XIV.

<sup>b</sup> De Philippo, T. Flaminini [Flaminii] Post bellum Punicum secundum Philippus rex Macedonia bellum cum pop. Rom. renovavit, quod a T. Flaminio confectum est. Vide Liv. lib. XXXII. et duobus sequentibus.

<sup>c</sup> De Ætolis] Fulvius Nobilior consul, subactis Ambraciensibus, Ætolos vicit, et reipub. pacem dedit; ob idque triumphavit.

<sup>d</sup> De rege Perse] Perses ille Philippi regis Macedonia filius a Paulo victus et captus est, cum filiis, qui ante ejus currum per triumphum ducti sunt.

<sup>e</sup> Pseudophilippo] Pseudophilippus primum Andrisceus appellatus est, et se filium Persei finxit. Hic, occupata Macedonia, a Q. Cæcilio Metello victus est, et captus. Liv. lib. XLIX.

et L.

<sup>f</sup> De Corinthiis] Vide orat. pro Lege Manil. § 11.

<sup>g</sup> Cum Antiocho] Antiochus pacis conditionibus a pop. Rom. coactus est ab Europa abstinere, et omni Asia, quæ cis Taurum montem est, decedere. Vide Livium lib. XXXV. XXXVI. XXXVII. et XXXVIII.

<sup>h</sup> L. Scipio] L. qui Asiaticus nominatus est.

<sup>i</sup> Cum Publio fratre] Is est Pub. Scipio Africanus Major, qui, fratri consuli legatus, profectus est in Asiam, ad bellum Antiochi.

<sup>k</sup> Cognomine ipso] Publius ille Scipio primus omnium imperatorum devictæ a se nationis nomine insignitus est.

<sup>l</sup> M. Catonis] M. Cato in bello Antiochi, cum duobus millibus militum missus ab imperatore suo Flaminio, Calidromam, unum ex Thermopylarum jugis, occupavit. Vide Liv. lib. XXXVI.

tni: <sup>m</sup> quo ille, cum esset (ut ego mihi statuo)<sup>11</sup> talis, qualem te esse video, nunquam [cum Scipione] esset profectus, si cum mulierculis bellandum esse arbitraretur. Neque vero cum P. Africano <sup>n</sup> senatus egisset, ut legatus fratri <sup>12</sup> proficisceretur, (cum ipse, paulo ante, Hannibale ex Italia expulso, <sup>o</sup> ex Africa ejecto, Carthagine oppressa, maximis periculis rempublicam liberasset)<sup>13</sup> nisi illud grave bellum et vehemens putaretur. xv. Atqui, si diligenter, <sup>p</sup> quid Mithridates potuerit, et quid effecerit, <sup>1</sup> et qui vir fuerit, consideraris; omnibus regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones: quem L. Sulla, <sup>q</sup> maximo et fortissimo exercitu, pugna excita-

//////////

11 Ita Ald. Junt. Crat. Hervag. Cam. Græv. Schutz. Orell. *statuam* multi codd. et edd. antiq. item Matthiæ et Beck. *ut egomet statuo* conj. Lamb. *quem esset in eo animi status talis, qualem in te esse video* conj. Schutz. *talem* Franc. a m. sec. et T. Mox, pro gloss. habent hæc *cum Scipione* Ernesti et Beck. *esse deest* in H S T  $\chi$ . Pro *arbitraretur* Franc. legit *videretur*.—12 Cod.  $\chi$  *patri*. Idem mox, *cum ipso*; et sic Franc.—13 Ita Guelf. Franc. T. ed. Wald. Venet. 1480. Junt. Lamb. Græv. Orell. Beck. *liberavisset* alii codd. cum edd. Rom. Brix. Mediol. Ald. Grnt. Oliv. Lall.

CAP. xv. 1 Franc. *et quid egent*, probantibus Græv. et Ernesti. Mox, *virii fuerint consideratis*  $\chi$ . *omnibus quibuscum regibus* Græv. *omnibus regibus cum quibus* Venet. 1483. Pro *nimirum* T habet *nimum*, ut voluit Gulielm.

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Proavi tui*] Cato Minor pronepos fuit Majoris, ut refert Gell. xiiii. 19.

<sup>n</sup> *Cum P. Africano*] Liv. lib. xxxvii. narrat contentionem fuisse inter L. Scipionem et C. Lælium consules de Græcia, quam uterque sibi decerni postulabat, bellum gerendi causa cum Antiocho. Verum cum Pub. Scipio Africanus dixisset, si Lucio fratri suo daretur illa, se legatum cum illo profecturum; hæc vox, magno assensu audita, certamen omne sustulit.

<sup>o</sup> *Hannibale ex Italia expulso*] Hannibal primum ad Nolam a Marcello victus est: postea a Sempronio Graccho magna suorum clade repulsus, navali pugna ad Eumenem victus venit. Deinde Carthaginem rediit, ut eam a P. Scipione obsessam libe-

raret, ubi toto ejus fere deleto exercitu victus est.

<sup>p</sup> *Atqui, si diligenter*] Postquam Cicero Asiaticorum bellorum magnitudinem declaravit, jam ostendit belli cum Mithridate gesti gravitatem; quæ quidem ex ipsius Mithridatis potentia, rebus gestis, et auctoritate, plane summa fuisse intelligitur. His enim consideratis facile conjicere licet Mithridatem omnibus regibus, quibuscum pop. Rom. bellum gessit, anteponendum esse.

<sup>q</sup> *Quem L. Sulla*] De his omnibus quæ gesta sunt in Asia tum a L. Sulla, tum ab aliis imperatoribus cum Mithridate, fuse jam diximus in oratione pro Lege Manilia, quæ facile repetet lector.

tum,<sup>2</sup> non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, bello in-  
 vectum totam in Asiam, cum pace dimisit: quem L. Mu-  
 rena, pater hujusce, vehementissime vigilantissimeque vex-  
 atum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit:  
 qui rex, [p. 132.] sibi aliquot annis sumtis ad confirmandas  
 rationes et copias belli, tantum ipse opibus conatuque in-  
 valuit, ut se Oceanum<sup>r</sup> cum Ponto, Sertorii copias<sup>s</sup> cum  
 suis conjuncturum putaret. 33. Ad quod bellum duobus  
 consulibus<sup>t</sup> ita missis, ut alter Mithridatem persequeretur,<sup>3</sup>  
 alter Bithyniam tueretur; alterius res,<sup>u</sup> et terra et mari ca-  
 lamitosæ, vehementer et opes regis et nomen auxerunt: L.  
 Luculli vero res tantæ extiterunt, ut neque majus bellum  
 commemorari possit, neque majore consilio et virtute ges-  
 tum. Nam, cum totius impetus belli ad Cyzicenorū<sup>v</sup>  
 mœnia constitisset,<sup>4</sup> eamque urbem sibi Mithridates Asiæ  
 januam fore putavisset, qua effracta et revulsa, tota pateret  
 provincia; perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, ut urbs



Deinde, *magno et fortissimo* Franc.—2 Ita Ald. Crat. et seqq. Mire variant  
 codil. et edd. vett. *exaccravit* Venet. 1483. *exacerbasset* Junt. *excitaret* alii;  
*exacerbatum*, vel *exasperatum*, conj. Lamb. *exercitatum* Paris. *excitatum* Grut.  
 ut nihil aliud Franc. cum bello sex codd. Oxon. Franc. Venett. 1480. 1483.  
 Grut. cum bello Græv. Oliv. Lall. *bellum* S T, Rom. ed. Wald. Brix. al. re-  
 hementissime diligentissimeque Franc. Mox, quid rex C H S T χ. quid res ψ.  
 rationes deest in χ. nationes habet ψ. Tum, tanto tempore ipse χ. opibus deest  
 in C H S T ψ. conatu valuit ψ. conatuque valuit C H S T, Venett. 1480. 1483.  
 —3 Franc. *prosequeretur*; Græv. *prosequatur*; C H S χ ψ, codd. Gruteri, Ven-  
 net. 1480. aliaque vett. non *prosequeretur*; T non *prosequeretur*. Mox, alterius  
 rei χ. et ante terra deest in Franc.—4 Franc. C T χ ψ, Venett. 1480. 1483.  
*extitisset*. Mox, tota pareret C. Paulo ante fore putasset Venet. 1480. Pro  
 provincia H legit Asia. Tum, perfecta a Lucullo C H S T. ut urbes f. s. defen-  
 derentur alii Mss. et edd. Deinde, ut omnes edd. vett. diurnitate obsessionis

#### NOTÆ

<sup>r</sup> Oceanum] Elate dicit conjuncturum Oceanum cum Ponto, ut ostendat suas copias conjungere voluisse cum Sertorianis quæ erant in Hispania, quæ ex maxima parte Oceano alluitur.

<sup>s</sup> Sertorii copias] Cum Sertorius Sullanis temporibus proscriptus fuisset, bellum ingens in Hispania ulteriore excitavit, quod non tam virtute quam fraude, eo interfecto, Ro-

mani absolverunt. Vide orat. pro Lege Manil. § 12.

<sup>t</sup> Consulibus] L. Lucullus et M. Aurelius Cotta, U. C. anno 679. fuere consules.

<sup>u</sup> Alterius res] Aurelius Cotta a Mithridate, irruptione facta in Bithyniam, superatus est.

<sup>v</sup> Cyzicenorū] Urbem Cyzicenorū cum obsessam teneret Mithridates, a Lucullo liberata est.

fidelissimorum sociorum defenderetur, et omnes copiae regis diuturnitate obsidionis consumerentur. Quid? illam pugnam navalem ad Tenedum,<sup>5</sup> x (cum contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam, spe atque animis inflata, peteret,) mediocri certamine et parva dimicatione commissam arbitraris? Mitto praelia: praetereo oppugnationes oppidorum: expulsus<sup>6</sup> regno tandem aliquando, tantum tamen consilio atque auctoritate valuit, ut se, rege Armeniorum<sup>y</sup> adjuncto, novis opibus copiisque renovarit. XVI. Ac,<sup>4</sup> si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisque dicendum, plurima et maxima praelia commemorare possem: sed non id agimus. 34. Hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset; neque tanta cura senatus et populus Romanus suscipiendum<sup>2</sup> putasset, neque tot annos gessisset, neque tanta gloria L. Luculli: neque vero ejus belli conficiendi curam tanto studio populus Romanus ad Cn. Pompeium detulisset, cujus ex omnibus pugnis, quae sunt innumerabiles,<sup>2</sup> vel acerrima mihi videtur illa, quae cum rege commissa est, et summa contentione<sup>a</sup> pugnata: qua ex pugna<sup>3</sup> cum se ille eripuisset, et Bosporum<sup>a</sup> confugisset, quo exercitus adire

<sup>a</sup> *Summo labore.*

C H S χ ψ, Pall. 2. 3. 8. cod. Victorii, Venet. 1483. Beck. Orell.—5 H ψ a Tenedo; C attenede. Actutum, cum contempto χ. concursu Franc. Mox, Italiam saepe ante, &c. χ.—6 Cod. χ expulsis. Mox, ut sibi rege A. a. novus opes copiasque Venet. 1480. renovaret Franc. H, Græv.

CAP. XVI. 1 At Franc. H T. esse nostri . . . posset χ.—2 Franc. tantam curam . . . suscipiendam. Mox, tot a. cessisset Franc. C H χ ψ. L. Luculli deest in χ. L. Lucullus habet C. Luculli T, sine prænominē. Deinde, conficiendi exitum Franc. Junt. conficiendum exitum Pall. sex codd. Oxon. edd. vett. detulisse H S.—3 Verba, qua ex pugna, desunt in C H. Mox, et in extrema

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Ad Tenedum*] Tenedos insula est in mari Ægæo extra Hellespontum Sigæo littori adjacens. Hic Mithridates pugna navali a Lucullo victus est.

<sup>y</sup> *Rege Armeniorum*] Tigranes gener fuit Mithridatis, et rex Armeniæ, qui nolnerat societatem inire cum

socero, ne suis viribus auctus nimium cresceret; at afflicto affuit.

<sup>2</sup> *Quæ sunt innumerabiles*] Plin. VII. 26. dicit Pompeium æquasse non modo Alexandri Magni rerum fulgorem, sed etiam Herculis prope, ac Liberi patris.

<sup>a</sup> *Bosporum*] Bosporus est angus-

non posset; etiam in extrema fortuna et fuga, nomen tamen retinuit regium. Itaque ipse<sup>+</sup> Pompeius, regno possesso, ex omnibus oris ac notis sedibus hoste pulso, tamen tantum in unius anima<sup>b</sup> posuit, ut, cum omnia, quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, victoria possideret; tamen non ante, quam illum vita expulit,<sup>c</sup> bellum confectum judicaret. Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quocum per<sup>s</sup> tot annos, tot præliis, tot imperatores<sup>c</sup> bella gesserunt? cujus expulsi et ejecti vita tanti æstimata est, ut, morte ejus nuntiata, tum denique bellum confectum arbitraretur? Hoc igitur in bello L. Murenam, legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus; et hanc ejus operam non minus ad consulatum adipiscendum, quam hanc nostram forensam industriam, dignitatis habuisse.

XVII. 35. At enim in præturæ petitione<sup>d</sup> prior<sup>1</sup> renun-

<sup>b</sup> Vita.

<sup>c</sup> Coëgit mori.

fortuna C. extrema etiam in fortuna Franc.—4 Itaque ipso C H S χ. hocce pulso Franc. Græv. hoste propulso Venet. 1480. Mox, ut cum ille omnia C H T χ ψ. quæ tenuerat C H T ψ. cum quæ ille omnia tenuerat Franc. quam ad illum χ.—5 Cod. ψ contemnis, qua causa propter. Mox, et dejecti χ. tanta ψ. existimata duo Paris. χ ψ. extimata H, Franc. Deinde, arbitraremur e conj. Lambini dedere Beck. Orell. Schutz. Matthiæ.

#### NOTÆ

tum fretum, per quod Mæotis palus in pontum influit, appellaturque Cimmerius ad distinctionem Thracii ad Chalcedonem et Byzantium. Bosphorus autem a bovis meabili transitu nominatus est. Bosphorus etiam urbis nomen est in Thracio littore, ubi mare non excedit latitudine sua spatium quingentorum passuum.

<sup>b</sup> Vita expulit] Sic de Mithridatis morte scribit Appianus: 'Extrema fortuna exagitatus Mithridates, venenum temperavit, quod in gladii capulo assidue gerebat. Eo autem extingui non potuit; et quod continuo ambulabat, et quod medicaminibus ad prohibenda venena assuetus erat, quæ ab eo, hac quoque ætate, Mithridatica

appellantur. Fortem igitur et strenuum Celtarum ducem Bithium rogat, ut illam postremam sibi præstet operam, ut se interficeret, ne vivus in manus Romanorum veniens, ad triumphum servaretur: illacrymans Celta Mithridatem gladio necavit.'

<sup>c</sup> Tot imperatores] Ad illud bellum imperatores profecti sunt L. Sulla, L. Murena hujus pater, L. Lucullus, et Cn. Pompeius.

<sup>d</sup> At enim in præturæ petitione] Sulpicius se digniorem consulatu judicabat, quod Murena prior præturam obtinuerat. Id modo a Cicerone refutatur; primo a populi inconstantia, deinde ab exemplis.

tiatus est Servius. Pergitisne vos, tanquam ex *syngrapha*,<sup>2</sup> agere cum populo, ut, quem locum semel honoris cuiquam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum,<sup>3</sup> quem<sup>4</sup> Euripum<sup>5</sup> tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? Dies intermissus unus,<sup>4</sup> aut nox interposita, sæpe perturbat omnia; et totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. Sæpe etiam sine ulla aperta causa fit aliud, atque existimamus,<sup>5</sup> ut nonnunquam ita factum esse etiam populus admiretur: quasi vero non ipse fecerit. 36. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum. Quis L. Philippum,<sup>6</sup> summo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a M. Herennio superari posse arbitratus est? [*p.* 133.] quis<sup>6</sup> Q. Catulum,<sup>b</sup> humanitate, sapientia, integritate antecellentem,



CAP. XVII. 1 Voc. *prior* deest in  $\psi$ .—2 *Guelf.* aliique codd. *syngrapho*.—3 C H T  $\chi$   $\psi$  *quod*. Mox, *putetis* C H S  $\psi$ . *agitationesque fluentium*  $\chi$ . *agitationesque fluctuum*  $\psi$ . *agitationes quot fluctus* Venett. 1480. 1483.—4 Voc. *unus* deest in Franc. *Guelf.* C H S T  $\chi$ , Venett. 1480. 1483. Junt. et Crat. nuncis inclusit Beck. Mox, *commutatu aura rumores* sex codd. Oxon. *rumores* etiam Franc.—5 C *existimaris*, quod ex codd. Lamb. affert Oliv. Actutum, ut deest in  $\chi$ . Deinde, *ipse non fecerit* ed. Wald.—6 C H S *quisque*. Mox, a C. Manilio T  $\chi$ , ed. Wald. a C. Mallio C. Paulo post, *horum mihi fore putatum*

## NOTÆ

<sup>e</sup> *Quod enim fretum*] Fretum, teste Varrone, et Servio, a fervore aestus marini nomen accepit.

<sup>f</sup> *Quem Euripum*] Euripi dicebantur alvei magnifico opere aquas in morem fluviorum deducentes. Maxime tamen nobilis est Euripus inter Eubœam et Bœotiam, qui Chalcidicus et Euboicus, et simpliciter Euripus nominatur. Is, ut Pomponius Mela II. 7. auctor est, 'septies die, ac septies nocte, fluctibus invicem versis adeo immodice fluit, ut ventos etiam, ac plenis velis navigia frustretur.' Strabo septies tantum viginti quatuor horarum spatio reciprocare vult.

<sup>g</sup> *L. Philippum*] De Philippo sic

Cicero in Bruto loquitur: 'Eodem tempore M. Herennius, in mediocribus oratoribus, Latine et diligenter loquentibus numeratus est; quia tamen summa nobilitate hominem, cognitione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia L. Philippum in consulatus petitione superavit.' Fuit autem hic Philippus cum Sexto Julio Cæsare consul anno urbis conditæ 648. et Herennius cum L. Valerio Flacco an. 661.

<sup>h</sup> *Q. Catulum*] Cn. Manlius fuit consul cum Publio Rutilio anno urbis conditæ 648. Q. Catulus cum Mario nepote anno 652.

a Cn. Manlio? quis M. Scaurum,<sup>i</sup> hominem gravissimum, civem egregium, fortissimum senatorem, a Q. Maximo? non modo horum nihil ita fore putatum est, sed ne cum esset factum quidem, quare ita factum esset, intelligi potuit. Nam ut tempestates sæpe certo aliquo cœli <sup>7</sup> signo commoventur, sæpe improvise nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur; sic in hac comitorum tempestate populari, sæpe intelligas, quo signo commota sit; sæpe ita obscura est, ut casu excitata esse videatur. XVIII. 37. Sed tamen, si est reddenda ratio, duæ res vehementer in prætura desideratæ sunt, quæ ambæ<sup>1</sup> in consulatu Murenæ profuerunt; una, expectatio muneris,<sup>k</sup> quæ et rumore nonnullo, et studiis sermonibusque competitorum creverat; altera, quod ii, quos in provincia ac legatione<sup>1</sup> omnis et liberalitatis et virtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant.<sup>m</sup> Horum utrumque ei fortuna ad consulatus<sup>2</sup> petitionem reservavit:<sup>n</sup> nam et L. Luculli exer-



est Franc.—7 Nomen cœli deest in χ. nulla certa rat. Franc. ex causa concitantur T χ. sic hæc c. tempestas popularis Lamb. sic in hoc T. intelligis Franc. sæpe ejus ita obscura causa est conj. Lamb. Denique, pro casu, codd. plerique Quintil. VIII. 3. exhibent sine causa.

CAP. XVIII. 1 Cod. χ quæ ambo. Actutum, in cons. tum Mur. edd. vett. consulatum Guelf. a m. pr. C H S. quæ ex rumore χ. quæ et timore ψ. Deinde, pro creverat, nonnulli ap. Lamb. increbuerat. Voc. altera deest in C S χ ψ. quod hi H T. in provinciam C S. a delegatione T. omni cod. Victorii et Franc. et libertatis T. suæ testis C H T χ. haberet Franc. decesserat ψ.—2 Idem cod. fortunam consulatus. Mox, pro comes, Lamb. Schutz. Matthiæ, Mœb. Orell. comitiis, de conjectura Hotomanni, probantibus Garat. et Beck.

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *M. Scaurum*] Q. Maximus cum C. Licinio Geta consul fuit anno 638. et anno sequenti cum M. Cæcilio M. Scaurus, quem Cicero passim laudat, ac potissimum Off. lib. 1. ubi sic de eo loquitur: 'Mihî quidem neque pueris nobis M. Scaurus C. Mario, neque cum versaremur in repub. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur.'

<sup>k</sup> *Expectatio muneris*] Favit Murenæ ludorum expectatio: ut enim in honorem Apollinis munificentissimos

in prætura dederat, ita tales ab eo in consulatu a plebe expectabantur, quæ virtutes ejus celebrabat.

<sup>1</sup> *Legatione*] Cum Lucullo legatus esset Murena, multi ipsi favebant, virtutis ejus testes, qui nondum ab urbe in provinciam decesserant, a qua redierat ut Luculli triumphum honestarent.

<sup>m</sup> *Decesserunt*] Ex civitate Romana.

<sup>n</sup> *Ad consulatus petitionem reservavit*] Tum ei exercitus Luculli, tum

citus, qui ad triumphum convenerat, idem comes L. Murenæ præsto fuit; et munus amplissimum, quod petitio præturæ desiderabat,<sup>o</sup> prætura restituit. 38. Num tibi hæc parva videntur adjuncta et subsidia consulatus? voluntas militum? quæ cum per se valet multitudine, cum<sup>3</sup> apud suos gratia; tum vero in consule declarando multum etiam apud universum populum Romanum auctoritatis habet: suffragatio militaris? imperatores enim comitiis consularibus, non verborum interpretes<sup>a</sup> deliguntur: quare gravis est illa oratio,<sup>4 p</sup> 'me saucium recreavit: me præda donavit: hoc duce castra cepimus, signa contulimus:<sup>b</sup> nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumsit ipse; cum fortis, tum etiam felix.' Hoc quanti putas esse ad famam hominum ac voluntatem?<sup>q</sup> etenim, si tanta illis comitiis religio est,<sup>5</sup> ut adhuc semper omen valuerit prærogativum;<sup>r</sup> quid mirum est, in hoc felicitatis famam sermonemque valuisse? XIX. Sed, si hæc leviora ducis, quæ sunt gravissima, et hanc urbanam suffragationem militari anteponis; noli ludorum hujus elegantiam, et scenæ

<sup>a</sup> Non jurisperiti.

<sup>b</sup> Commisimus prælium.



prosto fuit C. Paulo post, desiderarat conj. Ernesti.—3 Quinque codd. Oxon. edd. vett. Oliv. Lamb. tum. Mox, Romanum deest in  $\chi$ . suffragio H S  $\psi$ . non deest in C. diligentur duo codd. Lambini, unde ipse conj. diliguntur.—4 Venet. 1480. gravis illius oratio. Pro recreavit  $\psi$  assert recitavit. Verba laboris imposuit desunt in H. sumsit; ipse cum, &c. S  $\psi$ . tum fortis T  $\chi$ .—5 Cod.  $\chi$  religione. In eodem valuerit omittitur. Mox, sibi in hoc felic. Franc.

#### NOTÆ

memoria ludorum quos exhibuerat in prætura, profuerunt ei ad consulatus petitionem.

<sup>o</sup> Quod petitio præturæ desiderabat] Non ludos Murena exhibuerat cum ab eo prætura petebatur, vel cum ædilis erat; hos autem dedit in prætura.

<sup>p</sup> Gravis est illa oratio] Multam vim habet hæc oratio, quæ nempe ab unoquoque milite de suo dnce habetur, et in qua multi commemorant

quid ab eo obtinuerint, quid cum eo gesserint.

<sup>q</sup> Ac voluntatem] Ea enumerat quæ ad voluntatem sibi conciliandam militum potentissima sunt, quæ de Sulpicio dici non possunt.

<sup>r</sup> Omen valuerit prærogativum] Centuriæ prærogativæ dicebantur, quæ sorte eductæ prius rogabantur; eæque velut omen comitorum fuerunt, quia sæpe reliquæ primarum suffragia sequebantur.



magnificentiam<sup>s</sup> valde contemnere; quæ huic admodum profuerunt. Nam quid ego dicam, populum ac vulgus imperitorum<sup>c</sup> ludis magnopere delectari? minus est mirandum: quanquam huic causæ id satis est; sunt enim populi ac multitudinis comitia. 39. Quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum, eam L. Murenæ<sup>2</sup> apud populum profuisse. Sed si nosmetipsi, qui et ab delectatione<sup>3</sup> omni negotiis impedimur, et in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur et ducimur; quid tu admirare de multitudine indocta? 40. L. Otho, vir fortis,<sup>1</sup> meus necessarius, equestri ordini restituit<sup>4</sup> non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex hæc, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima,<sup>5</sup> quod honestissimo ordini, cum splendore, fructus quoque jucunditatis est restitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos qui dissimulant, non solum eos qui fatentur: quod ego in mea petitione sensi; nam nos quoque habuimus scenam competitricem.<sup>u</sup> Quodsi ego, qui trinos ludos<sup>x</sup> ædilis feceram, tamen Antonii ludis<sup>y</sup> commovebar; tibi,

<sup>c</sup> Imperitam multitudinem.

//////////

CAP. XIX. 1 Ernesti conj. *vulgus imperitum*. Mox, *magno opere* Lamb. Verba, *minus est mirandum*, post Beckium suspecta Schutzius. *minus est autem mirandum* Junt. *id ante satis deest* in Franc.—2 Cod.  $\chi$  *causam L. Mur.*—3 *Et si n. qui nec ab del.* conj. Hotomann. *ab deest* in T  $\chi$ . *delectationi C. oblectatione*  $\chi$ . *habere possimus* H S  $\chi$ . *tu admirare* C  $\psi$ . Lamb. *legi mavult, quid tu admirare multitudinem indoctam.*—4 Cod.  $\chi$  *constituit.*—5 Cod.  $\psi$  *et omn.*

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Et scenæ magnificentiam*] Scenam illam, quam paulo post argenteam fuisse dicet; cujus etiam meminit Plin. XXXIII. 3.

<sup>1</sup> *L. Otho, vir fortis*] L. Roscius Otho, tribunus plebis, legem tulit, ut apud Asconium legitur, ut equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur: quo facto odium multitudinis in eum concitatum est, quod Cicero consul restituit habita concione ad pop. in templo Bellonæ. Eadem lege Roscia

decoctoribus certus locus in theatro constitutus est, ut dicitur in Phil. II.

<sup>u</sup> *Scenam competitricem*] Significat Cicero habuisse se in petitione consulatus competitores, qui ludos populo dederant, adeo ut scena illa petere pro eis consulatum videretur. Scena autem locus erat in theatro ubi histriones et actores agebant.

<sup>x</sup> *Trinos ludos*] Trinos ludos Cicero exhibuit populo cum ædilis erat.

<sup>y</sup> *Antonii ludis*] Ludos fecit Antonius cum ædilitate fungeretur, cujus

qui casu nullos feceras, nihil hujus istam ipsam, quam irrides, argenteam scenam, adversatam putas? <sup>6</sup> 41. Sed hæc sane <sup>2</sup> sint paria omnia: sit par forensis opera militari; sit par militari suffragatio urbana; [*p.* 134.] sit idem, magnificentissimos et nullos unquam fecisse ludos: quid? in ipsa prætura nihilne existimas inter tuam et istius sortem interfuisse? XX. Hujus sors ea fuit, quam omnes tui necessarii tibi optabamus, juris dicundi; <sup>a</sup> in qua gloriam conciliat <sup>1</sup> magnitudo negotii; gratiam, æquitatis largitio: <sup>b</sup> qua in sorte sapiens prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. Egregia et ad consulatum apta provincia, in qua laus æquitatis, integritatis, <sup>2</sup> facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. 42. Quid tua sors? tristis, atrox: quæstio peculatus, <sup>c</sup> ex altera parte, <sup>3</sup> lacrymarum et squaloris, <sup>d</sup> ex altera, plena catenarum <sup>e</sup> atque

*gravissima est. Mox, jucunditati restitutus* χ.—6 T *putes. Mox, sunt paria* χ. Pro verbis, *militari: sit par militari*, in C H T ψ tantum legitur *militaris*; in χ *militari*. Deinde, pro *istius*, C T habent *hujus*.

CAP. XX. I C H T χ ψ *conciliatam*. Mox, *quam in sorte* H T. *quam sortem* ψ. *offensione vitata* C H T χ ψ. *æqualitate* Venett. 1480. 1483. Hervag. Oliv. Lall. *benevolentia* χ.—2 Venet. 1480. *benignitatis*.—3 Cod. ψ *parte plena*. Mox, pro *indicium*, quod servant Pall. Grat. Rom. Brix. Venet. 1483. Mediol. Junt. Ald. Bas. Hervag. et recent., *judicium* afferunt Guelf. ed. Wald. Venet.

## NOTE

in petitione consulatus competitor fuit: hos autem dedisse in scena argentea refert Plin. xxxiii. 3. quod et de Murena etiam commemoratur, qui scenam exhibuit in qua fnere argenti pondo centum viginti quatuor.

<sup>2</sup> *Sed hæc sane*] Transit ad comparisonem præturæ, eamque ita tractat, ut si forte priora non ejusmodi esse videantur, quæ tantum honorem præ Sulpicio Murenæ conciliare deberent; ipsa tamen prætura facile ad hoc fastigium extulerit: estque in hoc concessio quædam, de illis omnibus quæ valde probare studuit.

<sup>a</sup> *Juris dicundi*] Inter prætores alii præerant in urbe causis privatis, alii

publicis, alii civilibus, alii criminosis. Murena sortitus est causas privatas, Sulpicius publicas: ait autem Cicero quod Sulpicio utpote jurisconsulto omnes sortem Murenæ, id est, privatis causis præesse, optavissent.

<sup>b</sup> *Gratiam æquitatis largitio*] Sæpe quod jus negat, æquitas largitur.

<sup>c</sup> *Quæstio peculatus*] Quæstio peculatus judicium publicum est de peculatu, hoc est, de furto publicæ vel sacræ pecuniæ. Hic commemorat omnia incommoda quæ ex judiciis publicis prætori obvenire possunt.

<sup>d</sup> *Squaloris*] Rei in judicium veniebant mutata veste, barba, capilloque

indicum: cogendi iudices inviti,<sup>f</sup> retinendi contra voluntatem: scriba damnatus,<sup>g</sup> ordo totus alienus: Sullana gratificatio reprehensa:<sup>h</sup> multi viri fortes, et prope pars<sup>4</sup> civitatis offensa est: lites severe æstimatæ:<sup>i</sup> cui placet, obliviscitur; cui dolet, meminit. Postremo tu in provinciam<sup>5</sup> ire noluisti: non possum id in te reprehendere, quod in me ipso et prætor et consul<sup>6</sup> probavi. Sed tamen L. Murenæ provincia<sup>7</sup> k multas bonas gratias cum optima existimatione attulit: habuit proficiscens dilectum<sup>l</sup> in Umbria:<sup>m</sup> dedit ei facultatem republica liberalitatis; qua usus, multas sibi tribus, quæ municipiis Umbriæ conficiuntur, ad-

//////////

1480. Manut. Victor. Paulo post, pro *ordo*, χ habet *credo*.—4 Nonnulli ap. Lamb. et *prope dimidia pars*. Mox, *lites servet* χ. *æstimatæ* C H. *æstimare* ψ. —5 *Post. in prov.* χ. *Post. tu in provincia C. ire voluisti* ψ.—6 Codd. Victor. et Pal. 2. et *præes consule*; Pal. 3. et *præsi consule*; Pal. 8. *in me ipso et proconsule*; Pal. 1. *in me ipso proconsule*; ed. pr. ap. Grut. et *patres consulte*; C et *præsente et consule*; H *consulto*; S et *præs consulte*; T et *præsente consule*; χ et *præsente consule*; ψ et [lacuna] et *consulte*; Grut. conj. et *prætor et consule*.—7 Cod. ψ *provincia*. Mox, *delectum* codd. Oxon. Oliv. Lall. *dilectum* habent Memm. Lamb. et C. *in umbra* ψ. *resp. libertatis* H S χ ψ. Deinde, *quæ in*

## NOTE

neglecto, ad miserationem erga se iudicum excitandam.

<sup>e</sup> *Plena catenarum*] Oratorie dicit catenas pro vinculis et carcere, quibus rei mancipantur.

<sup>f</sup> *Cogendi iudices inviti*] Ex decuria iudicum ea, cujus erant quolibet tempore iudicandi vices, etiam contra voluntatem suam iudices citabantur a prætore, et ex iis post sortitionem subsortitionemque factam, selecti jurabant in legem, et referabantur in libellum publicum, ne quis corruptus supponi posset. Hi postea religione obstricti sententiam ferre de civibus cogebantur.

<sup>g</sup> *Scriba damnatus*] Si quis scriba damnatus est, totum ordinem sibi infensum habet prætor. Certe Sulpicius unum scribam peculatu damnaverat, indeque factum est, ut in comitiis omnes scribæ contra Sulpicium

Murenæ faverint.

<sup>h</sup> *Sullana gratificatio reprehensa*] Sulla victor multas largitiones de bonis proscriptorum fecerat. Eo mortuo plures eorum qui hæc bona acceperant, repetundarum accusati et damnati sunt.

<sup>i</sup> *Lites severe æstimatæ*] Æstimatio litis est, cum quantum solve, aut quid sufferre damnatum oporteat, statuitur.

<sup>k</sup> *Murenæ provincia*] Galliæ Transalpinæ, sortitione, post præturam præpositus est.

<sup>l</sup> *Habuit p. dilectum*] Militum.

<sup>m</sup> *In Umbria*] Umbri antiquissimi totius Italiæ populi habiti sunt: quos ab Umbriis Græciæ populis profectos esse putant, quod inundatione terrarum imbris superfuissent; ὑμβριος enim *pluvia*, ὑμβριος *pluvialis* est. Vide Plin. ltt. 14.

junxit: ipsa<sup>s</sup> autem in Gallia, ut nostri homines<sup>n</sup> desperatas jam pecunias exigent, æquitate diligentiaque perfecit. Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti: fateor: sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minui solere in eos, a quibus provincias contemni intelligant.<sup>9</sup>

XXI. 43. Et, quoniam ostendi,<sup>1</sup> judices, parem dignitatem ad consulatus petitionem, disparem fortunam provincialium negotiorum in Murena atque in Sulpicio fuisse; dicam jam apertius, in quo meus necessarius fuerit inferior Servius; et ea dicam, vobis audientibus, amisso jam tempore, quæ ipsi soli, re integra, sæpe dixi. Petere consulatum nescire te, Servi, persæpe tibi<sup>2</sup> dixi; et in iis rebus ipsis, quas te magno et forti animo et agere et dicere videbam, tibi solitus sum dicere, magis te fortem senatorem mihi videri, quam sapientem candidatum. Primum accusandi terrores<sup>o</sup> et minæ, quibus tu<sup>3</sup> quotidie uti solebas, sunt fortis viri; sed et populi opinionem a spe adipiscendi avertunt, et amicorum studia debilitant. Nescio quo pacto semper hoc fit: neque in uno aut altero<sup>4</sup> animadversum est, sed jam in pluribus, simul atque candidatus accusationem meditari visus est, ut honorem desperasse videatur.

44. Quid ergo? acceptam<sup>5</sup> injuriam persequi non placet? immo vehementer placet: sed aliud tempus est petendi,<sup>p</sup> aliud persequendi. Petitorem ego, præsertim consulatus, magna spe, magno animo, magnis copiis<sup>a</sup> et in forum et in

<sup>a</sup> *Magno comitatu.*

*municipiis* H. *quod municipiis* χ.—8 Ita conj. Ernesti; receperunt Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. *ipse* codd. et edd. vet. —9 Cod. χ *intelligunt.*

CAP. XXI. 1 *Æquo modo ostendi* χ.—2 Ita Ald. Junt. Lamb. seqq. *tibi* omittunt χψ, Venet. 1483. Victor. Crat. Naug. Manut. *Mox, quas te maximo* χ.—3 Cod. χ *quibus te.*—4 C *aut in altero*; χ *neque in altero.* *Mox, est deest* in χ.—5 Ita etiam Lamb. 1566. *Quid? Ergo acceptum* de Lambini sententia Schutz. *accepta injuria* H. *Mox, immo vehementer placet* deest in χ. *tempus*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Nostri homines*] Publicanos dicit, qui in Gallia negotiantur.

<sup>o</sup> *Primum accusandi terrores*] Proferret causas Cicero cur Sulpicio antepositus fuerit Murena. Prima ejus fuit accusandi consuetudo, quæ ho-

minum benevolentiam avertit.

<sup>p</sup> *Tempus est petendi*] Non debet accusare qui ad magistratum aliquem aspirat, sed in aliud tempus accusationem differre.

Campum<sup>q</sup> deduci volo: non placet mihi inquisitio candidati,<sup>r</sup> prænuntia<sup>6</sup> repulsæ; non testium potius, quam suffragatorum comparatio; non minæ magis,<sup>s</sup> quam blanditiæ; non declamatio potius, quam persalutatio: præsertim cum jam hoc novo more<sup>1</sup> omnes fere domos omnium concurrerent, et ex vultu candidatorum conjecturam faciant,<sup>7</sup> quantum quisque animi<sup>b</sup> et facultatis habere videatur. 45. Videsne tu<sup>8</sup> illum tristem? <sup>u</sup> demissum? jacet, diffidit, abjecit hastas.<sup>x</sup> Serpit hic rumor: 'scis,<sup>9</sup> tu illum accusationem cogitare? inquirere in competitores? testes quærere? alium faciam,<sup>y</sup> quoniam sibi hic ipse desperat.' Ejusmodi candidatorum<sup>z</sup> amici intimi debilitantur, studia<sup>10</sup> deponunt,

<sup>b</sup> *Fiduciæ.*

//////////

*est sequendi in eodem cod.—6 H pronuntiatio; χ provincia ctiam; ψ provincia Actutum, pulsæ ψ. Mox, non minæ potius quam Franc. Deinde, pro persalutatio, quod præbet codd. Victorii, Gruteri, Pall. 2. 3. persultatio legit Pal. 8. salutatio Gueif. quinque codd. Oxon. Junt. Lamb.—7 Cod. χ conjectum faciam.—8 Vides tu χ. Mox, jacet, defidet Venet. 1483.—9 Lamb. conj. ne-scis. Actutum, tu illam T. cogitationem cogitare χ. testis C H S. aliam facien H. alium [lacuna] jam S. alium tanti jam ψ. desperet T.—10 Cod. ψ studium.*

#### NOTE

<sup>q</sup> *In Campum*] Qui candidatus est consulatus, debet magna hominum multitudine stipari, cum in forum, aut in Campum Martium ad comitia venit; hinc enim patet populi in eum benevolentia, penes quem est decernere magistratus.

<sup>r</sup> *Inquisitio candidati*] Inquisitio dicitur de testibus qui comparantur ab accusatore contra reum. Odiosum autem est candidato contra suos competitores testes ejusmodi quærere.

<sup>s</sup> *Non minæ magis*] Profert res multas quæ candidatis nocent, quales sunt minæ, quæ offendunt animos; blanditiæ, quæ suspectum hominem reddunt; declamatio, qua quis se comparat contra competitorum ad dicendum; assidua enim meditatione, quæ dicturi erant in foro, præparabant: salutatio denique, quæ

cum nimia videretur, facile in suspicionem ambitus veniebant.

<sup>1</sup> *Novo more*] Priscis temporibus non hæc invaluerat consuetudo, ut domos petitori magistratus concurrerent, sed sese populi judicio sua sola virtute freti permittebant. Sed hunc morem mutavit ambitio.

<sup>u</sup> *Videsne tu illum tristem*] Prosopopœiam elegantem subjicit, per quam exhibet judicium, quod ab unoquoque fit de candidatis ex eorum vultu.

<sup>x</sup> *Abjecit hastas*] Proverbiali figura hastas abjicere dicebantur, qui de dignitate obtinenda desperabant, sumpta metaphora a militibus qui metu perterriti vel a certamine fugiunt relictis armis, aut victori se dedunt.

<sup>y</sup> *Alium faciam*] Cum populus videt hunc de magistratu suo desperantem, alium seligit.

<sup>z</sup> *Ejusmodi candidatorum*] Jam aliam

aut testatam rem abjiciunt, aut suam operam et gratiam iudicio et accusationi reservant. [p. 135.] XXII. Accedit eodem,<sup>a</sup> ut etiam ipse candidatus totum animum atque omnem curam, operam, diligentiamque suam in petitione non possit ponere: adjungitur enim accusationis cogitatio, non parva res, sed nimirum omnium maxima; magnum est enim, te comparare ea,<sup>b</sup> quibus possis hominem e civitate, præsertim non inopem, neque infirmum,<sup>c</sup> exturbare;<sup>e</sup> qui et per se, et per suos, et vero etiam per alienos defendatur: omnes enim ad pericula propulsanda concurrimus; et qui non aperte inimici sumus, etiam alienissimis, in capitis periculis, amicissimorum officia et studia præstamus. 46. Quare ego expertus<sup>d</sup> et petendi, et defendendi, et accusandi molestiam, sic intellexi: in petendo, studium esse acerrimum; in defendendo, officium; in accusando, laborem. Itaque sic statuo, fieri nullo modo posse, ut idem accusationem et petitionem consulatus diligenter adornet atque instruat: unum sustinere pauci possunt, utrumque nemo. Tu, cum te de curriculo<sup>e 2 e</sup> petitionis deflexisses,

<sup>c</sup> *Cursu.*



Mox, pro *testatam*, quod retinent duo codd. Oxon. Franc. et Pal. 1. *certam* præferunt edd. vet. Rom. Brix. Mediol. Venet. 1480. 1483. *testem* cod. Victorii, Pall. 2. 3. CS χ. *exteram* T. *testem esse* Pal. 8. *testantem* conj. Guilielm. *totam* Lamb. *desperatam suspicabatur* Ernesti.

CAP. XXII. 1 Cod. ψ *atque infirmum.*—2 Ita codd. Gruteri, Franc. et

#### NOTÆ

rationem cur non electus sit Sulpicius, affert, quia, aversis ab eo studiis populi propter accusationes, amicorum conatus debilitati sunt, seque reservarunt, ut ipsi præstarent opem, si quem accusaret.

<sup>a</sup> *Accedit eodem*] Tertiam rationem profert ab imminutione diligentiae in petendo consulatu, quæ tanto major est, quanto difficilior accusatio.

<sup>b</sup> *Comparare ea*] Multis rebus opus est, ut quis accusatione dejiciatur a magistratu: oportet enimvero inquirere crimina, comparare testes, sub-

scriptores, advocatos, &c.

<sup>c</sup> *Exturbare*] Exturbare aliquem e civitate, est cum compellere in exilium: qui enim suæ causæ diffidebant, non expectato iudicio, abibant in exilium.

<sup>d</sup> *Quare ego expertus*] Difficultatem in accusando a sua persona assernit.

<sup>e</sup> *De curriculo*] Ostendit quod Sulpicius petitioni consulatus, et accusationi simul non potuerit satisfacere.

animumque ad accusandum transtulisses, existimasti, te utrique negotio satisfacere posse? vehementer errasti: quis enim dies fuit, posteaquam in istam <sup>d</sup> accusandi denuntiationem ingressus es, <sup>d</sup> quem tu non totum in ista ratione consumseris? XXIII. Legem ambitus flagitasti, <sup>f</sup> quæ tibi non deerat; erat enim severissime scripta Calpurnia: <sup>f</sup> gestus est mos <sup>e</sup> et voluntati et dignitati tuæ: sed tota illa lex <sup>g</sup> accusationem tuam, si haberes nocentem reum, fortasse armasset: petitioni vero refragata est. <sup>f</sup> <sup>h</sup> 47. Pœna gravior <sup>i</sup> in plebem tua voce eflagitata est: commoti animi sunt <sup>2</sup> tenuiorum. Exilium in nostrum ordinem: <sup>k</sup> concessit senatus postulationi tuæ; sed non libenter durio rem fortunæ communi conditionem, <sup>l</sup> te auctore, constituit. Morbi excusationi <sup>m</sup> pœna addita est: <sup>3</sup> voluntas offensa

<sup>d</sup> *Susepisses accusationem.*

<sup>e</sup> *Obeditum est.*

<sup>f</sup> *Nocuit.*

edd. vett. *Tu cum de cur.* ed. 1581. *Tu non te de cur.* vet. lib. ap. Lamb. unde ipse legi jussit, *Tu, cum te de,* &c. In cod.  $\chi$  *de te.* Mox, *transtulisset*  $\chi$ . *posse* deest in eodem cod.—4 *C posteaquam istam,* ommissa præpositione in; *Matthiæ posteaquam tu istam.*

CAP. XXIII. 1 *Legem a. agitasti*  $\chi$ . *Calpurnia* CH  $\chi$ . Mox, *si haberem*  $\chi$ . Deinde, pro vero T habet non.—2 Ita Lamb. et seqq. usque ad Beck. *sunt* omittunt C H T S  $\chi$ , Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. consentiente Garatono.—3 Franc. *pœna addicta est.* Mox, *quibus autem contra*  $\chi$ . Deinde, pro ceteri,

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Scripta Calpurnia*] Tulit C. Calpurnius Piso, consul cum M' Glabrieone, anno urbis 686. ut ambitus damnati omnis honoris petitione prohiberentur, certaque pecunia mulctarentur. Sed cum hæc lex non satis Sulpicio gravis videretur, ipso annitente Cicero aliam tulit, qua majores pœnas addidit; nempe ut senatoribus ambitus damnatis, aqua et igni ad annos decem interdiceretur.

<sup>g</sup> *Tota illa lex*] Objicit quidem Sulpicio quod legem ambitus habet, qua possit accusare, sed non habere nocentem reum; reus autem dicitur qui defendit et propulsat actionem; nocens vero qui objecti criminis convincitur.

<sup>h</sup> *Petitioni vero refragata est*] Hæc lex ambitus, qua uti voluit Sulpicius ad accusandum Murenam, contraria est petitioni consulatus.

<sup>i</sup> *Pœna gravior*] Exilio, quo damnabat ambituosos, voluit Sulpicius ut mulcta pecuniaria adjiceretur; quare non mediocriter offensi sunt plebei et viles homines.

<sup>k</sup> *Exilium in nostrum ordinem*] Petiit etiam ut aliis pœnis adderetur exilium in senatores.

<sup>l</sup> *Durio rem fortunæ communi conditionem*] Licet Calpurnia lege gravis pœna sancita esset, tamen adhuc gravior huic adjecta est.

<sup>m</sup> *Morbi excusationi*] Additum est legi, ut reis morbum excusantibus

multorum, quibus aut contra validitudinis commodum laborandum est, aut incommodo morbi etiam ceteri vitæ fructus<sup>n</sup> relinquendi. Quid ergo? hæc quis tulit? is, qui auctoritati senatus,<sup>o</sup> voluntati tuæ paruit: denique is tulit, cui<sup>4</sup> minime proderant. Illa,<sup>5</sup> quæ mea summa voluntate senatus frequens repudiavit, mediocriter adversata tibi esse existimas? confusionem suffragiorum<sup>p</sup> flagitasti, prorogationem<sup>6</sup> legis Maniliæ,<sup>q</sup> æquationem gratiæ,<sup>r</sup> dignitatis, suffragiorum. Graviter homines honesti, atque in suis civitatibus<sup>7</sup> et municipiis<sup>s</sup> gratiosi tulerunt, a tali viro esse

-----

idem codex habet *exteri*.—4 C T  $\chi$  *cum*. Mox, pro *proderant*, Gulielm. conj. *probarunt*; Ernesti suspicabatur *proderat*; Schütz. *qui minime probarat*. Paulo ante idem suspicatus est, aut *sine incommodo morbi certe, &c.*—5 *Quid? illa nonnullæ* edd. ap. Lamb. atque ille ita edidit. Aetutum, pro *mea*,  $\chi$  habet in *ea*.—6 C T *prærogationum*; unde Beck. conj. *prærogationem*; et sic Pall. 2. 3. S. et cod. Victorii; *abrogationem* legi maluit Gulielm. Mox, *Maniliæ* Lamb. *matulix*  $\chi$ . Deinde, *dignitas*  $\chi$ .—7 Cod. Victorii *vicinitatibus*, probante Grut.

#### NOTÆ

pœna certa esset.

<sup>n</sup> *Ceteri vitæ fructus*] Grave quidem est morbo affligi; at quanto gravius est jure suffragii propter eundem morbum privari, et carere civitate!

<sup>o</sup> *Is, qui auctoritati senatus*] Hæc quidem lex a Cicerone lata est; sed hanc severitatem excusat a senatus auctoritate, et voluntate Sulpicii, qui legem tam severam ferri a senatu obtinuit.

<sup>p</sup> *Confusionem suffragiorum*] Confusio suffragiorum est, cum in comitiis centuriatis non servatur ordo classium nec centuriarum, sed confuse omnes ferunt suffragium; quinque enim in classes totus populus distributus erat, et classes in centurias. Prima classis hominum maximi census erat; secunda, secundi census; tertia, inferioris; quarta, minoris; quinta, omnium infini. Porro omnes istæ classes centum nonaginta tres centurias efficiebant. In ferendis suffragiis primæ classis centuriæ

vocabantur. Si autem in ea classe multis candidatis suffragarentur, secundæ centuriæ classis vocabantur; et sic de tertiæ classis centuriis, quoad nonaginta septem centuriæ, quæ earum major pars est, alicui uni candidato fuissent suffragatæ. Postulabat Sulpicius ut totus ille ordo ferendorum suffragiorum confunderetur.

<sup>q</sup> *Prorogationem legis Maniliæ*] Petebat quoque Sulpicius, ut nova lege lex Manilia continuaretur, qua nempe Manilius tribunus plebis tulit, ut libertinis in omnibus tribubus jus suffragiorum esset.

<sup>r</sup> *Æquationem gratiæ*] His omnibus adiciebat Sulpicius, ut non majorem gratiosi homines, et principes civitatis, quam abjectissimi quique auctoritatem haberent, sed tota ratio suffragiorum æquaretur.

<sup>s</sup> *Et municipiis*] Municipales et rustici in comitiis jus habebant suffragiorum.



pugnatum, ut omnes et dignitatis et gratiæ gradus tollerentur. Idem<sup>8</sup> edititios<sup>1</sup> iudices esse voluisti, ut odia occulta civium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi eujusque erumperent. 48. Hæc omnia<sup>u</sup> tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant.<sup>g</sup>

Atque ex omnibus illa plaga est injecta petitioni tuæ, non tacente me,<sup>9</sup> maxima;<sup>h</sup> de qua ab homine ingeniosissimo et copiosissimo, Hortensio,<sup>x</sup> multa gravissime dicta sunt. Quo etiam mihi durior locus est dicendi datus;<sup>10</sup> ut, cum ante me et ille dixisset, et vir summa dignitate, et diligentia, et facultate dicendi, M. Crassus, ego in extremo non partem aliquam agerem causæ, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaque in iisdem rebus fere versor, et, quod possum,<sup>11</sup> iudices, occurro vestræ sapientiæ.<sup>i</sup> XXIV. Sed tamen, Servi, quam te securim putas injecisse petitioni tuæ,<sup>1</sup> cum tu populum Romanum in eum metum adduxisti, ut pertimesceret, ne consul Catilina fieret, dum tu accusationem comparares, deposita atque abjecta petitione? 49. Etenim te inquirere videbant,<sup>y</sup> tristem ipsum:

<sup>g</sup> Occludebant.

<sup>h</sup> Me dicente tibi, id nocuit maxime tibi.

<sup>i</sup> Quantum possum præverto vestrum tædium.

et sic edidit Orell. et in municipiis C. gratiose ψ.—8 Eidem H S T χ ψ. edituros ψ. et a m. sec. edititios. Paulo post, optimi civis erumperent ψ.—9 Pronomen me deest in χ.—10 Voc. datus deest in eodem cod.—11 Ita plerique codd. et edd. quoad possum codex unus Oxon. Lamb. Mæb. Orell. quod possimum e sua conjectura Schutz. Mox, pro sapientiæ, quod servant plurimi codd. et edd. vett. satietati dederunt Lamb. Mæb. et Orell. de conj. Horomanni; sapientati habent codd. Victorii, Memm. et Paris.

CAP. XXIV. 1 Voc. tuæ deest in ψ. Mox, tu deest in χ. Pro metum idem cod. habet locum. Deinde, pro comparares, Guelf. habet compares;

#### NOTÆ

<sup>1</sup> Edititios] Edititii iudices dicuntur, quos una pars eligit.

<sup>u</sup> Hæc omnia] Hæc omnia quæ hactenus commemorata sunt, adjumento fuere Sulpicio, ut accusaret; at impedimento, ne consul eligeretur.

<sup>x</sup> Hortensio] Hortensius et Crassus priores dixerunt pro Murena, ultimus vero Cicero. De Hortensio jam sæ-

pe dictum. Crassus vero insignis fuit orator, Hortensii æqualis, qui in principibus patronis aliquot annos fuit. Vide Cicero in Clar. Orat.

<sup>y</sup> Te inquirere videbant] Describit Sulpicium meditantem et comparantem accusationem contra Catilinam, dum uterque peteret consulatum.

mœstos amicos, observationes, testificationes,<sup>2</sup> <sup>2</sup> seductiones testium,<sup>a</sup> secessionem subscriptorum<sup>b</sup> animadvertentibus: quibus rebus certe ipsi candidatorum vultus obscuriores<sup>c</sup> videri solent. Catilinam interea<sup>d</sup> alacrem [p. 136.] atque lætum, stipatum choro<sup>k</sup> juventutis, vallatum indicibus<sup>3</sup> <sup>e</sup> atque sicariis, inflatum cum spe militum, tum collegæ mei,<sup>f</sup> quemadmodum dicebat ipse, promissis, circumfluente colonorum Arretinorum et Fesulanorum<sup>g</sup> exercitu: quam turbam, dissimillimo ex genere, distinguebant homines percussi<sup>4</sup> Sullani temporis calamitate.<sup>h</sup> Vultus erat<sup>5</sup> <sup>i</sup>

<sup>k</sup> Comitatu.



Lamb. corrigebat *comparas*. Vid. Bcier. *Fragm. Oratt.* p. 27.—2 Sylvius conj. *testationes*, improbante Grævio. Mox, pro *secessionem*, C affert *secessionem*; T *secutus*. Deinde, *vultus* deest in sex codd. Oxon. *obscurior ei* exhibent C H S  $\chi$   $\psi$ . *videri solet* C H S  $\psi$ .—3 Ita Venet. 1483. Cam. Grut. seqq. *judicibus* T, Crat. Hervag. *radicibus* Junt. *auducibus* e conj. sua edidit Lamb. probante Burm. ad Petron. c. 81. *latronibus* maluit Græv. Actutum, atque *sicarii*  $\chi$ . *eum spe* in eodem cod. Deinde, *tum* deest in Gueff. C S T  $\psi$ . *dicebat ipsis*  $\psi$ . *circumfluentem* sex codd. Oxon. Memm. Venet. 1480. Lamb. Beck. Schutz. Matthiæ, Orell. *exercitum*  $\chi$ .—4 Ita Franc. C, Lamb. Græv. seqq.

#### NOTE

<sup>2</sup> *Testificationes*] Testificatio signatum testimonium est, quod ab absente missum est.

<sup>a</sup> *Seductiones testium*] Qui testes producturus erat, eos domum advocabat, ac variis percontationibus explorabat.

<sup>b</sup> *Secessionem subscriptorum*] Subscriptores dicebantur, qui accusatori, qui rei nomen detulerat, subscribebant. Hi porro secedebant, ut meditentur qua ratione Sulpicii accusationem adjuvarent.

<sup>c</sup> *Vultus obscuriores*] Ex vultu obscuriori et tristiori, non qualem debent habere candidati, qui bene sperant, videbatur de consulatu obtinendo desperare.

<sup>d</sup> *Catilinam interea*] Describit qualis extiterit Catilina in petitione consulatus, quem competitorem Sulpicii habuit, et quam, ex alacritate sua obtinendi consulatum, spem præ se ferret.

<sup>e</sup> *Vallatum indicibus* [*judicibus*] Non debere legi *judicibus* videtur, sed potius *auducibus*, quibus stipatum fuisse sæpe dixit Cicero in Catilinariis orationibus.

<sup>f</sup> *Collegæ mei*] Antonius collega erat Ciceronis in consulatu, qui primum Catilinæ favere visus est; sed quem ab eo abstraxisse in orationibus aliquando dicit.

<sup>g</sup> *Arretinorum et Fesulanorum*] Arretium et Fesulæ in Etruria populi Romani coloniæ erant, quarum coloni Catilinæ studebant: inde tanto numero ex iis locis Romam ad comitia venerunt, ut exercitus crederetur.

<sup>h</sup> *Percussi Sullani temporis calamitate*] In illa perdita hominum turba præcipue notabantur qui a Sulla proscripti fuerant.

<sup>i</sup> *Vultus erat*] Describit habitum Catilinæ, qualis fere a Sallustio describitur.

ipsius<sup>5</sup> plenus furoris; oculi, sceleris; sermo, arrogantiae; sic ut ei jam exploratus et domi conditus<sup>k</sup> consulatus videretur. Murenam contemnebat: Sulpicium accusatorem suum numerabat, non competitorem: ei vim denuntiabat: reipublicae minabatur. XXV. 50. Quibus rebus qui<sup>1</sup> timor bonis omnibus injectus sit, quantaque desperatio reipublicae, si ille factus esset,<sup>1</sup> nolite a me commoneri velle; vosmetipsi vobiscum recordamini: meministis enim, cum illius nefarii gladiatoris<sup>l</sup> voces percebuissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur, cum miserorum fidelem defensorem negasset inveniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset; integrorum et fortunatorum promissis saucios et miseros credere<sup>2</sup> non oportere: quare qui consumpta replere, erepta recuperare vellent, spectarent, quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minime timidum, et valde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux et signifer calamitosorum. 51. Tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri senatusconsultum, referente me, ne postero die<sup>3</sup> comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postridie, frequenti senatu, Catilinam excitavi, atque eum de his rebus jussi, si quid vellet, quae ad me allatae essent, dicere. Atque ille,<sup>m</sup> ut semper

<sup>1</sup> *Catilinæ.*



*percussi* vulgg. ante Lamb.—5 *Vultus erat ipsi* χ. *oculus* C H S. Deinde, pro *ei jam*, χ habet etiam.

CAP. XXV. 1 *Voc. qui* deest in χ. Idem mox divisim exhibet *noli te. Tum, vobismetipsi* ed. Oxon. Deinde, *percebruissent* Franc. codd. Gruteri, Paris. Beck.—2 Cod. χ *credi*. Mox, *reciperare vellent* C. *qui possideret* ψ.

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Domi conditus*] Tam certus de consulatu, ac si enim in sua potestate haberet, Catilina sibi videbatur.

<sup>1</sup> *Si ille factus esset*] Permittit iudiciis cogitare de malis quæ reipub. obvenissent, si Catilina factus esset consul.

<sup>m</sup> *Atque ille*] Ex Plutarcho, Cicero ipso comitiorum die retulit ad senatum de iis, quæ audiverat de Cati-

linæ conjuratione. Cum autem Catilina crederet multos esse in senatu, qui rebus novis studerent, atque ut audaciam ostentaret, mollissime Ciceroni hæc respondit: ‘Quid pecco, si duorum corporum, quorum alterum caput habebat, sed ægrum et pertenne; alterum sine capite, sed validum et præpotens; huic me caput adjicio?’ Allegorice videbatur

fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit atque induit :<sup>4</sup> tum enim dixit, duo corpora esse reipublicæ, unum debile, infirmo capite ; alterum firmum, sine capite : huic, cum ita de se meritum esset, caput, se vivo, non defuturum. Congemuit senatus frequens ; neque tamen satis severe, pro rei indignitate, decrevit : nam partim ideo fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant ; partim, quia timebant. Tum erupit<sup>5</sup> e senatu, triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat ; præsertim cum idem ille in eodem ordine paucis diebus ante, Catoni, fortissimo viro, iudicium minitanti ac denuntianti, respondisset, si quod<sup>6</sup> esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina<sup>n</sup> restincturum. XXVI. 52. His tum rebus commotus, et quod homines<sup>t</sup> jam tum conjuratos cum gladiis in Campum deduci a Catilina sciebam, descendi in Campum<sup>o</sup> cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, et cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegetet, (etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem,<sup>p</sup> sed caput et collum solere petere) verum ut omnes boni animadverterent, et<sup>2</sup>



*minime timendum* χ.—3 Idem cod. *me* : et postera die.—4 Ita codd. Victorii, Mem. Franc. Venet. 1483. Hervag. Naug. *innuit* Junt. Crat. *imminuit* T. Mox, *infirmato capite* Franc. *huic si ita* C S T χ ψ.—5 *Qui erupit* C S. *Cum erupit* χ. *Qua erupit* ψ.—6 Cod. χ *despondisset*, et *si quod*. Mox, *extincturum* χ.

CAP. XXVI. 1 Voc. *homines* deest in χ.—2 Copula *et* deest in eodem cod. Mox, *meum* omittitur in χ ψ, Venet. 1483. neque sane desiderari monet Garat.

#### NOTÆ

<sup>s</sup>enatum intelligere per primum corpus, cujus Cicero, quasi consul, caput erat ; per secundum, populum, cui se caput adjungere velle significabat.

<sup>n</sup> *Sed ruina*] Minari videbatur Catilina, fore ut, si quid contra se tentaretur, omnia ultima experiretur.

<sup>o</sup> *Descendi in Campum*] Cum sibi aliquid metueret a Catilina Cicero, venit in Campum Martium ad comitia stipatus magno juvenum agmine, et thorace indutus, qua sibi periculum imminere declarabat : unde in-

dignati cives in Catilinam, commoti ad Ciceronem animum adjecerunt, atque in comitiis iterum Catilina repulsus est, et Silanus et Murena consules electi sunt.

<sup>p</sup> *Non latus aut ventrem*] Indicat quod non abjectos, sed præcipuos cives Catilina aggrediatur : vel potius alludit ad illud ejus facinus, cum, in proscriptione Sullæ, Marii Gratidiani collum secuit, et caput a Janiculo ad ædem Apollinis ad Sullam suis ipse manibus detulit.

cum in metu et periculo consulem viderent, id quod est factum, ad opem præsidiumque meum concurrerent. Itaque cum te, Servi,<sup>a</sup> remissiorem<sup>m</sup> in petendo putarent, Catilinam et spe et cupiditate inflammatum<sup>3</sup> viderent; omnes, qui illam ab republica pestem depellere cupiebant, ad Murenam se statim contulerunt. 53. Magna est autem comitiis consularibus repentina<sup>4</sup> voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum, et multis aliis adjumentis petitionis ornatum: qui cum honestissimo patre atque majoribus, modestissima adolescentia, clarissima legatione, prætura probata in jure, grata in munere, ornata in provincia, petisset diligenter, et ita petisset, ut neque minanti cederet, neque cuiquam minaretur: [*p.* 137.] huic mirandum est, magno adjumento Catilinæ subitam spem consulatus<sup>5</sup> adipiscendi fuisse?

54. Nunc mihi tertius ille locus est<sup>6</sup> orationis de ambitus criminibus, perpuratus<sup>a</sup> ab iis, qui ante me dixerunt,<sup>a</sup> a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus:<sup>b</sup> quo in loco, Postumio,<sup>7</sup> familiari meo, ornatissimo viro, de divisorum indiciis,<sup>b</sup> et de deprehensis pecuniis, adolescenti ingenioso et bono, Ser. Sulpicio,<sup>c</sup> de equitum centuriis,<sup>d</sup> M.

<sup>m</sup> Negligentiorem.

<sup>a</sup> Defensus.

<sup>b</sup> Tractandus iterum.

//////////

—3 Nonnulli libri ap. Lamb. *inflatum*; ipse vero conj. *et spe inflatum et cup. inflammatum*. Mox, *qui illa C.*—4 Lamb. *et repentina*. Mox, *qui non honestissimo H.*—5 Cod.  $\chi$  *spem consularis*.—6 Sex codd. Oxon. et Venet. 1480. *locus est relictus*; unde Garat. conj. *locus est reliquus*. Mox, *repugnatus ab iis T*, et Venet. 1483.—7 *Postumo*  $\chi$   $\psi$ . *de div. judiciis C H T*  $\chi$ . *et de reprehensis H S*  $\chi$   $\psi$ . Paulo post *homini virtute*, &c. omissis in omni,  $\psi$ . *homini omnino virtute*, &c. C. Deinde, *de senato consulto C.*

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Itaque cum te, Servi*] Concludit totam hanc partem ab improbis Catilinæ conatibus, et a comparatione Sulpicii cum Murena, hujus virtutes, et alterius remissionem animi proferendo.

<sup>a</sup> *Qui ante me dixerunt*] Hortensius et M. Crassus jam pro Murena dixerant.

<sup>b</sup> *Divisorum indiciis*] Divisores dicuntur, qui pecuniam per tribus dividebant populo ad corrupenda suffragia; qui et curiarum magistri dicebantur.

<sup>c</sup> *Adolescenti . . . Sulpicio*] Sulpicii filius est alterius Sulpicii, Murenæ competitoris.

<sup>d</sup> *Equitum centuriis*] Sulpicius ille

Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de senatusconsulto, de republica respondebo. XXVII. 55. Sed paucæ, quæ meum animum repente moverunt, prius<sup>1</sup> de L. Murenæ fortuna conquerar. Nam cum sæpe antea, iudices, et ex aliorum<sup>2</sup> miseriis, et ex meis curis laboribusque quotidianis, fortunatos eos homines iudicarem, qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ secuti sunt; tum vero in his L. Murenæ tantis tamque improvisis periculis, ita sum animo affectus, ut non queam satis neque communem omnium nostrum conditionem, neque hujus eventum fortunamque miserari: qui primum, dum<sup>3</sup> ex honoribus continuis familiæ majorumque suorum unum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum, ne et ea, quæ relicta,<sup>e</sup> et hæc, quæ ab ipso parta sunt,<sup>4</sup> amittat; deinde, propter studium novæ laudis, etiam in veteris fortunæ discrimen adducitur. 56. Quæ cum sint<sup>5</sup> gravia, iudices, tum illud acerbissimum est, quod habet eos accusatores, non qui odio inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderunt.<sup>6</sup> Nam, ut omittam Servium Sulpicium,<sup>7</sup> quem intelligo non injuria L. Murenæ, sed honoris contentione permotum; accusat paternus amicus, Cn. Postumius, vetus, ut ait ipse, vicinus ac necessarius; qui necessitudinis



CAP. XXVII. 1 H priusquam.—2 Cod. χ iudices ex aliorum. Mox, qui remote ψ.—3 Solum Lamb. quoniam.—4 Sex codd. Oxon. parata sunt. Mox, et in veteris χ.—5 Ita Guelf. χ, ed. Wald. Venet. 1480. Hervag. Cam. et recentt. sunt Venet. 1483. Junt. Crat. Lamb. Græv.—6 Ita T, ed. Wald. al. post Ernesti; descenderint Lamb. Orell. descenderent Venet. 1483. Junt. Crat. Cam. Grut. Græv.—7 Servii Sulpicii ψ. sed h. contemptione C. commotum χ. Mox, tum Postumius C H χ ψ. tum Postumus T. Postumus etiam cod. Victor.

#### NOTÆ

centurias pecunia corruptas a Murena esse dicebat. Nota autem quod Ser. Tullius omnem populum Rom. in sex classes distribuit; classes autem in centum tres ac nonaginta centurias. In classibus autem et centuriis describendis censum secutus est; qui, ut in quoque variatus est,

sic varios ille fecit classium gradus: nam in primam qui centum millium æris, aut majorem censum haberent, coniecit.

<sup>e</sup> Quæ relicta] De iis honorum insignibus loquitur, quæ ei a patre relicta sunt.

causas complures protulit, simultatis<sup>e</sup> nullam commemorare potuit: accusat Ser. Sulpicius, sodalis filii,<sup>f</sup> cujus ingenio paterni omnes necessarii munitiores esse debebant: accusat M. Cato, qui quanquam a Murena nulla re unquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis<sup>g</sup> erat in hac civitate natus, ut ejus opes et ingenium præsidio multis etiam alienissimis, vix cuiquam inimico, exitio esse deberent. 57. Respondebo igitur Postumio primum, qui nescio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in consularem, quasi desultorius<sup>g</sup> in quadrigarum<sup>9</sup> curriculum,<sup>h</sup> incurrere: cujus competitores si nihil deliquerunt; <sup>d</sup> dignitati eorum concessit, cum petere destitit: siu autem eorum aliquis largitus est; expetendus amicus est, qui alienam potius injuriam quam suam persequatur.<sup>10</sup>

[*Ea omnia, quæ et Postumio, et Ser. Sulpicio, adolescenti, responsa sunt, desiderantur.*]

<sup>e</sup> *Inimicitia.*

<sup>d</sup> *Non commiserunt ambitum.*

\*\*\*\*\*

ap. Gulielm. Deinde, *causas compluris* χ, Venet. 1483.—8 C χ ψ *nobilis. Mox, ut ingenium* Frane. C H χ, Venet. 1483. *atque ingenium* T, Venet. 1480. Junt. *Tum etiam* deest in C. *alienissimo* Pall. Grut. CT χ. *alienis* codex Victorii et H a m. sec. Deinde, *pro vix c. i. e. e. deberent*, quod e vestigiis cod. Memm. eruit Lamb. et receperunt omnes recentt. *vix c. inimicus esse deberet* edd. vet. *inimicus* legitur etiam in C H T χ ψ: sed *exitio* in omnibus sex codd. Oxon. deest. In cod. Memm. fuit *vix c. inimico exno e. deberet*; cod. Victorii habet *ex imo vix c. inimico e. deberet*.—9 *Pantagathus et Gneff. a m. sec. quadrigarium*.—10 T *persequatur de Servii adolescentis de postumi criminibus de servii dolescentis*. In C non levis hiatus comparet; in H S nullus hiatus vel laenna; in ψ *persequatur* [cum spatio]; sed in marg. scribitur ‘nihil deficiebat in exemplari.’ ‘Nihil h. l. deest. Vid. Plin. Epist. 1. 20. 7. et Niebuhr Fragm. Cic. p. 40. Vestigia titulorum supersunt in Oxon. T, unde meos titulos, *De Cn. Postumii criminibus. De Ser. Sulpicii adolescentis criminibus*, desumsi. In Venet. 1483. et Junt. nullum est defectus indicium. Inde

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Sodalis filii*] Sodales dicuntur qui in aliquo ordine aut collegio conjuncti sunt: unde et sodalitates, et sodalitia.

<sup>g</sup> *Desultorius*] Desultorius dicitur qui ne cursum interrumpat, ab uno equo in alium insilit; sive qui, relicto equestri certamine, confert se in

certamen curule: nam licet non petat consulatum, tamen accusat consulem: debebat potius ambisse præturam quam consulatum.

<sup>h</sup> *In quadrigarum curriculum*] Alludit ad Olympicum stadium, ubi de quadrigarum celeritate certabatur.

XXVIII. 58. Venio nunc ad M. Catonem, quod est fir-  
 mamentum<sup>1</sup> ac robur totius accusationis: qui tamen ita  
 gravis est accusator et vehemens, ut multo magis ejus  
 auctoritatem, quam criminationem pertimescam. [p. 138.]  
 In quo ego accusatore, judices, primum illud deprecabor,  
 ne quid L. Murenæ dignitas illius, ne quid expectatio tri-  
 bunatus,<sup>1</sup> ne quid totius vitæ splendor et gravitas noceat;  
 denique ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quæ ille  
 adeptus est, ut multis prodesse posset.<sup>2</sup> Bis consul<sup>1</sup> fuerat  
 P. Africanus, et duos terrores hujus imperii, Carthaginem  
 Numantiamque, deleverat, cum accusavit L. Cottam:<sup>k</sup> erat  
 in eo summa eloquentia,<sup>1</sup> summa fides, summa integritas,  
 auctoritas tanta, quanta in ipso<sup>3</sup> imperio populi Romani,  
 quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc majores natu dicere  
 audiivi, hanc accusatoris eximiam<sup>4</sup> dignitatem plurimum L.  
 Cottæ profuisse. Noluerunt sapientissimi homines, qui  
 tum rem illam judicabant, ita quenquam cadere<sup>e</sup> in judi-  
 cio,<sup>5</sup> ut nimis adversarii viribus abjectus videretur. 59.  
 Quid? Ser. Galbam<sup>6m</sup> (nam traditum memoriæ est) nonne

<sup>e</sup> *Condemnari.*

//////////

a Crat. notarunt edd. *Ea omnia, quæ et Postumio, et Ser. Sulpicio, adolescenti, responsa sunt, desiderantur.* Orell.

CAP. XXVIII. 1 Vet. cod. ap. Lamb. *fundamentum.* Verba, quod est f. ac r. t. accusationis, desunt in H. *gravis* deest in  $\chi$ .—2 Pro *prodesse posset*, CHS  $\psi$  habent *prodesset*; codd. Lambini et  $\chi$  *prodesse possit.* Mox L. *Cottam* C. erat in ea H.—3 Voc. *ipso* omittunt codd. Victorii, Guelf. Pall. 2. 3. 8. Franc. C H S  $\chi$ , Venet. 1483. et Mediol. extat vero in Pal. 1. in *ipso* omittunt T  $\psi$ : *quanta in homine quoquam et in ipso imp. p. R.* exhibet Venet. 1480. *quanta in homine quoquam, quanta in ipso, &c.* aliæ quædam edd. vett.—4 C S T  $\chi$   $\psi$  *eximiam vim*; H *eximiam vim et.*—5 H  $\chi$  in *judicium.* Actutum, ut nimis H. ut minus  $\psi$ . *viribus abjectus* C.—6 *Servium Galbam* Venet. 1480. Lamb. Pro me-

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Expectatio tribunatus*] Cum Cato Murenam accusavit, erat tribunus plebis designatus.

<sup>1</sup> *Bis consul*] Æmilianus Scipio primum fuit consul tempore tertii belli Punici; iterum bello Numantino. Hic in Africa Carthaginem, in Hispania Numantiam, æmulas Romæ, evertit.

<sup>k</sup> *L. Cottam*] Cum septies ejus

causa ampliata fuisset, octavo tandem judicio absolutus est Cotta, ne dignitas accusatoris obesse ei videretur.

<sup>1</sup> *Summa eloquentia*] Offic. lib. 1. ait, 'ab hoc Scipione hellicam gloriam, quam a patribus acceperat, eloquentia cumulatam esse.'

<sup>m</sup> *Ser. Galbam*] Cum a Libone, tribuno plebis, apud populum Galba ac-



proavo tuo, fortissimo atque florentissimo viro, M. Catoni, incumbenti<sup>n</sup> ad ejus perniciem, populus Romanus eripuit? Semper in hac civitate nimis magnis accusatorum opibus<sup>7</sup> et populus universus, et sapientes ac multum in posterum prospicientes iudices restiterunt. Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non vim majorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non nimiam gratiam. Valeant hæc omnia ad salutem innocentium,<sup>8</sup> ad opem impotentium,<sup>f</sup> ad auxilium calamitosorum: in periculo vero, et in pernicie civium, repudientur. 60. Nam si quis hoc forte dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa judicasset;<sup>o</sup> iniquam legem, iudices, et miseram conditionem instituet<sup>9</sup> periculis hominum, si existimabit, iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere oportere.

XXIX. Ego tuum consilium, Cato, propter singulare<sup>i</sup> animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo: nonnulla in re forsitan conformare<sup>e</sup> et leviter emendare possim. 'Non multa<sup>h</sup> peccas,' inquit ille fortissimo viro senior magister;<sup>p</sup> 'sed, si peccas,<sup>2</sup> te regere possum.' At

*f* Inopum.

*e* Vulgo reformare.

*h* Multum.

//////////

*moriamur* χ habet *injuria*. Verbum est *deest* in C H.—7 Cod. ψ *operibus*.—8 Voc. *innocentium* *deest* in χ. Mox, *impotentium* edd. ante Lamb. Tum, *vero* *deest* in χ. *in pernicie vero et in periculo vitæ civium* legitur in Venet. 1480.—9 Cod. ψ *instituit*. Mox, *si æstimabit* C. Denique, *pro* *deest* in C S ψ.

CAP. XXIX. 1 Cod. ψ *singularem*. Mox, *verba non audeo* desunt in C T χ ψ. *non possum* habent H. Tum, *in re* desunt in cod. Victorii, C S T χ, omnibus Pall. et Franc. *in te* edidit Lamb. *conformare* *deest* in ψ, *pro quo conferam* *re* exhibet C. *confirmare* H S T. Deinde, *possum* H, Venet. 1480.—2 Edd.

#### NOTE

ensaretur, quod præter fidem datam publicam, magnam Lusitanorum manum interfecisset prætor in Hispania, is nil excusans se, parvulos liberos flens commendare cæpit. Eo facto mitigatus populus, ipse iudicio liberatus est. Vide Val. Max. lib.

VIII.

<sup>n</sup> *Incumbenti*] Incumbere in perni-

ciem, est amitti ut Galba damnaretur.

<sup>o</sup> *De causa judicasset*] Id est, Cato tantæ vir probitatis est, ut non accensaret Murenam, nisi prius eum dignum condemnatione judicasset: nam condemnatio sequitur iudicium.

<sup>p</sup> *Senior magister*] Chiron fortasse intelligitur a Cicerone, aut Phœnix

ego te verissime dixerim, peccare nihil,<sup>3</sup> neque ulla in re te esse hujusmodi, ut corrigendus potius, quam leviter inflectendus esse videare. Finxit<sup>4</sup> enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, justitiam, ad omnes<sup>4</sup> denique virtutes magnum hominem et excelsum. Accessit his tot<sup>5</sup> doctrina non moderata,<sup>a</sup> nec mitis, sed, ut mihi videtur, paulo asperior, et durior, quam veritas aut natura patiatur. 61. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita<sup>6</sup> multitudine, aut in aliquo conventu agrestium; audacius paulo de studiis humanitatis, quæ et mihi et vobis nota et jucunda sunt, disputabo. In M. Catone,<sup>a</sup> judices, hæc bona, quæ videmus, divina et egregia, ipsius scitote esse propria: quæ nonnunquam requirimus,<sup>a</sup> ea sunt omnia non a natura, sed a magistro.<sup>7</sup> Fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno,<sup>8b</sup> cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. Hujus sententiæ sunt et præcepta<sup>9c</sup> ejusmodi: sapientem gratia nun-

<sup>i</sup> *Perfecit.*<sup>a</sup> *Desideramus.*

aliquot Quintil. VIII. 6. 3. et *si peccas.* Hæc, *sed si p. te r. possum,* cum Turic. aliisque delevit ibi Spalding. *regere te possum* conj. Schutz. *si deest* in C  $\chi$ . *non te r. p.* C  $\chi$   $\psi$ .—3 C H  $\chi$   $\psi$  *peccare te nihil.* Mox, *quam leniter*  $\chi$ , et ed. Manut.—4 Cod.  $\chi$  *ad omne.*—5 *‘Durius mihi semper visum est his tot.’* Ernesti. *Accessit istuc* Guelf. Matthiæ, Orell. *Accessit is tunc* quatuor codd. Oxon. Actutum, *doctrina immoderata*  $\chi$ . Mox, in eodem cod. *natura patitur.*—6 C H *aut in imperata;* T  $\chi$  *aut imperata;* Scheller. Obs. p. 94. *conj. aut coram imperata.* Mox, *nota jucunda,* ommissa copula,  $\chi$ . *notu et judicanda* C H S  $\chi$   $\psi$ , Venet. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. et al. ante Lamb. qui correxit e cod. Memm.—7 Cod.  $\chi$  *verum a magistro.* Tota hæc periodus, *M. Cato . . . magistro,* deest in C.—8 *Zenon* Priscian. p. 690. Putsch.—9 H *sunt etiam*

## NOTÆ

ille, qui Achilli præceptor a patre datus est.

<sup>a</sup> *Doctrina non moderata*] Per doctrinam non moderatam, Stoicam intelligit, quam ab Antipatro Tyrio, philosopho Stoico, accepit.

<sup>a</sup> *In M. Catone*] Digreditur ad reprehensionem doctrinæ Stoicorum, ut Catonis auctoritatem extenuet.

<sup>b</sup> *Zeno*] Zeno Citicus, ex Cypro, cum venisset Athenas, negotiandi

gratia, philosophiæ operam dedit; et audivit Cynicum Crateta, et mox Polemonem Academicum. Illius durior disciplina fuit, ejus sectatores Stoici dicti sunt a porticu ubi ille docuit.

<sup>c</sup> *Hujus sententiæ sunt et præcepta*] Præcepta Stoicorum enumerat, quæ et dicta sunt vulgo paradoxa, a communi captu et sensu hominum abhorrentia; quæ Cicero ad quendam

quam moveri,<sup>b</sup> nunquam cujusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse,<sup>d</sup> nisi stultum et levem: viri non esse, neque exorari, neque placari: solos sapientes esse, si distortissimi<sup>c</sup> sint, formosos; si mendicissimi,<sup>d</sup> divites; si servitutum serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt: omnia peccata esse paria: omne delictum,<sup>e</sup> scelus esse nefarium; [*p.* 139.] nec minus<sup>10</sup> delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem suffocaverit: sapientem nihil opinari,<sup>f</sup> nullius rei poenitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. XXX. 62. Hæc<sup>1</sup> homo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus, arripuit; neque disputandi causa, ut magna pars, sed ita vivendi.<sup>g</sup> Petunt aliquid publicani?<sup>h</sup> cave quicquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt, miseri et calamitosi? sceleratus et nefarius fueris, si quicquam, misericordia adductus, fece-

<sup>b</sup> Nunquam facere gratiam alicui.

<sup>c</sup> Deformissimi.

<sup>d</sup> Pauperrimi.

*præcepta.* Paulo post, *sapientis esse C.* Mox, *formosi T X.* Post *mendicissimi C H S* addunt *sint, ψ sunt.* Deinde, *si servitute H T.* non ante sumus deest in *X.*—10 Idem codex *nec manus.* Paulo post, *qui parentem.*

CAP. XXX. 1 *Hoc H S T X,* Venet. 1483. Mox, *auditoribus eruditissimis X. iter inductus C H S ψ,* Venet. 1480. 1483. unde *introducitur* conj. Garaton.

#### NOTÆ

absurditatis modum exponit, ut Catonis auctoritatem diminuatur.

<sup>d</sup> *Misericordem esse*] ‘Misericordia,’ ex Stoicorum definitione, ‘est ægritudo ex miseria alterius injuria laborantis:’ volebantque misericordem hominem esse inconstantem, rudem, imperitum, et hebetem ingenio: unde Seneca Epist. ad Lucil. sic ait: ‘Stultitia est, cui nihil constat, nihil diu placet.’

<sup>e</sup> *Omne delictum*] Volebant Stoici delictum omne, quantumcumque minimum aliis videatur, crimen esse maximum.

<sup>f</sup> *Nihil opinari*] Opinari est incertæ, aut parum cognitæ, vel etiam rei prorsus falsæ assentiri: cum autem ex Stoicorum sententia neque capi, neque falli possit sapiens, opinari etiam non potest.

<sup>g</sup> *Ita vivendi*] Non disputat de illis dogmatis Stoicorum Cato, sed ex iis vitam suam instituit.

<sup>h</sup> *Publicani*] Si illi qui vectigalia conducunt, petunt ut aliquid sibi remittatur, vel propter bellum, vel propter cæli injurias, non audiunt Stoici.

ris.<sup>2</sup> Fatetur aliquis se peccasse, et ejus delicti<sup>3</sup> veniam petit? nefarium est facinus ignoscere. At leve delictum est:<sup>4</sup> omnia peccata sunt paria. Dixisti quippiam:<sup>5</sup> fixum et statutum est. Non re<sup>1</sup> ductus es, sed opinione: sapiens nihil opinatur. Errasti aliqua in re: male dici putat. Hac ex disciplina nobis<sup>6</sup> illa sunt. Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. Iratus dixisti:<sup>7</sup> nunquam, inquit, sapiens irascitur.<sup>k</sup> At temporis causa. Improbi, inquit, hominis est, mendacio<sup>8</sup> fallere; mutare sententiam, turpe est; exorari, scelus; misereri, flagitium. 63. Nostri autem isti,<sup>9</sup> (fatebor enim, Cato, me quoque in adolescentia, diffusum ingenio meo, quæsisse adjumenta doctrinæ<sup>l</sup>) nostri, inquam, illi a Platone et Aristotele,<sup>m</sup> moderati homines et temperati,<sup>n</sup> aiunt, apud sapientem valere aliquando gratiam: viri boni esse misereri: distincta genera esse delictorum, et dispares pœnas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat: irasci nonnunquam:<sup>o</sup> exorari eundem et placari: quod dixerit, interdum, si ita rectius sit, mutare: de sententia decedere aliquando: omnes virtutes mediocritate<sup>10</sup> quadam esse

<sup>c</sup> *Stabile et firmum.*

//////////

*indutus* χ.—2 Cod. χ fueris.—3 Cod. ψ si ejusdem delicti.—4 *At leve delictum*, omisso verbo *est*, χ.—5 *Dixisti quippe*: jam sex codd. Oxon. Franc. et edd. vett. *Dixisti*: quippe Memm. et Lamb.—6 Cod. χ vobis.—7 *Iratus dixi legi maluit* Manut.—8 C χ hominis, sed mendacio. Mox, turpe est, execrari χ.—9 *Nostri enim illi* sex codd. Oxon. *Nostri autem illi* Oliv. Mox, diffusum ingenio ψ.—10 Codex unus Oxon. mediocriter.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Non re*] Id est, ipsa rei veritate, et scientia.

<sup>k</sup> *Sapiens irascitur*] Plutarchus in Catone ait, eum temere non irasci, sed si quando irascebatur, implacabilem solitum esse.

<sup>l</sup> *Quæsisse adjumenta doctrinæ*] Cicero licet nulli philosophorum sectæ addictus fuerit, visus est tamen Academicos sequi.

<sup>m</sup> *Illi a Platone et Aristotele*] Pla-

tonis et Aristotelis præcepta Academici et Peripatetici secuti sunt, quæ contraria fuisse Stoicis ostendit.

<sup>n</sup> *Moderati homines et temperati*] *Doctrina Stoicorum* durior fuit, ut antea Cicero dixit, et mitior Academicorum et Peripateticorum.

<sup>o</sup> *Irasci nonnunquam*] Aristot. *Ethic.* lib. III. iram cotem fortitudinis nominat.

moderatas.<sup>p</sup> XXXI. 64. Hos ad magistros si qua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset; non tu quidem vir melior esses,<sup>1</sup> nec fortior, nec temperantior, nec justior, (neque enim esse potes) sed paulo ad lenitatem propensior: non accusares, nullis adductus inimicitiiis, nulla laccessitus injuria, pudentissimum<sup>2</sup> hominem, summa dignitate atque honestate præditum: putares, cum in ejusdem anni custodia<sup>q</sup> te atque L. Murenam fortuna posuisset, aliquo te cum hoc reipublicæ vinculo esse conjunctum; quod atrociter in senatu dixisti,<sup>r</sup> aut non dixisses,<sup>3</sup> aut seposuisses, aut mitiorem in partem interpretarere. 65. Ac te ipsum (quantum ego opinione auguror) nunc et animi quodam impetu concitatum, et vi naturæ atque ingenii elatum,<sup>4</sup> et recentibus præceptorum studiis<sup>s</sup> flagrantem jam, usus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi videntur vestri præceptores et virtutis magistri, fines officiorum<sup>t</sup> paulo longius, quam natura vellet, protulisse; ut, cum ad ultimum<sup>u</sup> animo contendissemus, ibi tamen, ubi oporteret,<sup>5</sup> consisteremus. Nihil ignoveris: immo aliquid,

//////////

CAP. XXXI. 1 Cod.  $\chi$  esset. Mox, nec temperantior C H S T. neque justior C. enim deest in  $\chi$ .—2 Cod.  $\psi$  prudentissimum. Mox, cum in ejusmodi  $\chi$ . anni custodiam vet. cod. ap. Lamb. fortunam  $\chi$ . fortuna potuisset  $\psi$ .—3 H aut dixisses. Mox, Lamb. e conjectura Hotomanni Obs. II. 12. edidit, aut, si potuisses, mitiorem: eum secutus est Merouille. Deinde, interpretare T  $\chi$ .—4 Cod.  $\chi$  et in nat. a. i. datum. Mox, usus mitigabit  $\chi$ .—5 Ita Guelf. Rom. Venett.

#### NOTÆ

<sup>p</sup> *Mediocritate esse moderatas*] Virtus ita in mediocritate sita est, ut si quid nimis excedat, virtus non sit.

<sup>q</sup> *Cum in ejusdem anni custodia*] Eodem anno tribunus plebis Cato, et Murena consul designati sunt, iisque reip. cura commissa est.

<sup>r</sup> *Atrociter in senatu dixisti*] Dixerat Cato in senatu se quemcumque candidatum consulatus vocaturum in iudicium, si aliqua in eo suspicio ambitus resideret.

<sup>s</sup> *Recentibus præceptorum studiis*] Excusat Catonem a præceptis, qui Delph. et Var. Clas.

bus recens imbutus erat, quæ facile, cum maturior erit ætas, corriget.

<sup>t</sup> *Fines officiorum*] Fines officiorum dicuntur ea quæ extrema sunt et ultima in quaque re seu virtute, translatione sumta a terminis agrorum, aut regionum, quibus illorum spatia terminantur. At illi Stoici fines gratiæ, misericordiæ, elementæ, ceterarumque virtutum non tantum protulerunt, sed etiam ita prætergressi sunt, ut sustulisse omnem humanitatem videantur.

<sup>u</sup> *Ut, cum ad ultimum*] Id est, quamvis ad ultimum officiorum finem per-

non omnia.<sup>x</sup> Nihil gratiæ causa feceris:<sup>6</sup> immo resistito gratiæ,<sup>y</sup> cum officium et fides postulabit. Misericordia commotus ne sis: etiam,<sup>7</sup> in dissolvenda severitate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. In sententia permāneto:<sup>8</sup> vero; nisi sententiam alia vicerit melior.<sup>9</sup> 66. Hujuscemodi Scipio ille fuit,<sup>z</sup> quem non pœnitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem, et pæne divinum<sup>10</sup> domi; cujus oratione et præceptis, quanquam erant eadem ista, quæ te delectant, tamen asperior non est factus, sed (ut accepi a senibus) lenissimus. Quis vero C. Lælio<sup>11</sup> comior?<sup>a</sup> quis jucundior, eodem ex studio isto? quis illo gravior? sapientior? Possum de L. Philippo,<sup>b</sup>

//////////

1480. 1483. Brix. Mediol. Crat. Naug. Junt. oportet  $\chi$   $\psi$ , Grut. Græv. Verburg. Actutum, non consistere conj. Lamb.—6 Ita Naug. Hervag. Grut. seqq. Nihil gratiæ confeceris codd. Victorii, Pall. et edd. quædam vett. unde concesseris conj. Gulielm. non omnia gratia confeceris Franc. unde nihil gratia confeceris suspicatus est Græv. non omnia; immo gratiæ confeceris: immo resistit gratiæ Mediol. immo gratiæ confeceris etiam sex codd. Oxon. Mox, resisto gratiæ  $\chi$ .—7 Et C. Lambinus admisit Hotomanni conjecturam; ne sis; sed tamen est etiam in diss. sev. laus aliqua, &c. Pro humanitatis, C S  $\psi$  severitatis.—8 T permanere. Actutum, Vero deest in eodem cod. extat in cod. Victorii, Pall. Franc. quinque Oxon. Venett. 1480. 1483. Grut. seqq. Enimvero habent Naug. Hervag. Mamt. Lamb.—9 Ita e codd. Grut. et recentt. post Ernesti; nisi sententiam sententia alia vicerit melior cod. aliquot, Lamb. 1566. Græv. Lall. nisi sententiam sententia aliqua, &c. codd. tres Oxon. Franc. Ven. 1483. non improbane Beck. nisi sententia alia, &c. Crat. Hervag. Naug. permāneto tu vero nisi sententiam alia melior vicerit sententia Venet. 1480. et sic Junt. nisi quod alia major exhibet.—10 Ita Pal. 1. Franc. quatuor codd. Oxon. Junt. Lamb. Græv. recentt. divinum omittunt codd. Victorii, Pall. 2. 3. 8.  $\chi$   $\psi$ , Venet. 1483. Grut. domi abest a Pal. 1. Mox, eadem istis maluit Græv.—11 Quis vero Lælio C H S  $\psi$ . Quis vero est Lælio  $\psi$ . comitor T.

#### NOTE

venire contenderet quis, tamen ibi hæreret, ubi natura pateretur.

<sup>x</sup> Non omnia] Utile est aliquando, non omnia remittere, ne sint audaciores ad peccandum impii.

<sup>y</sup> Resistito gratiæ] Resistere gratiæ, est nihil gratiæ causa facere; quod tum maxime fieri debet, cum quis jurjurando obstringitur. Hicque elegans est dialogismus.

<sup>z</sup> Scipio ille fuit] Non est dubium quin Cicero de Æmiliano Scipione loquatur, cui comes fuit Panætius in

illa illustri legatione, quam ante censuram obiit, cum a senatu tertium missus est, ut populorum ac civitatum leges, tanquam sanctioris disciplinæ arbiter et restaurator inspiceret. Vide Cic. Acad. Quæst. lib. iv.

<sup>a</sup> C. Lælio comior] Lælius Scipionis Africani amicissimus fuit, de quo Hor. Sat. ii. 1.

<sup>b</sup> L. Philippo] Philippus ille Græcis literis excellit, ut dicit Cic. in Bruto.

de C Gallo<sup>c</sup> dicere hæc eadem; sed te domum jam deducam tuam. [p. 140.] Quenquamne existimas<sup>12</sup> Catone, proavo tuo, commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitatis? de cujus præstanti virtute cum vere graviterque diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi;<sup>13</sup> sed tamen naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, quam ad unumquemque nostrum pervenire potuit: ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. Sed, si illius comitatem et facilitatem tuæ gravitati severitati-que<sup>14</sup> asperseris; non ista quidem erunt meliora, quæ nunc sunt optima, sed certe condita<sup>d</sup> jucundius.

XXXII. 67. Quare, ut ad id, quod institui,<sup>1e</sup> revertar, tolle mihi e causa nomen<sup>a</sup> Catonis: remove ac prætermitte auctoritatem, quæ in judiciis<sup>f</sup> aut nihil valere, aut ad salutem debet valere: congregere mecum criminibus ipsis. Quid accusas, Cato? quid affers in iudicium?<sup>2</sup> quid arguis? Ambitum accusas? non defendo. Me reprehendis,

<sup>a</sup> *Auctoritatem.*



*communior, sapientior, omissis intermediis, ψ. Pro quis illo gravior, Gulielm. conj. Philo gravior. Grut. mavult gratior.—12 Hæc omnia, sed te d. j. d. t. Q. existimas, desunt in T. Mox, communiorem in eodem cod. Pro comiorem, codd. Victorii, Pall. 2. 3. S. Franc. CH S χ, Guelf. a m. sec. Rom. Brix. Mediol. Venet. 1483. habent communiorem; et sic edidit Græv. sed Franc. hoc ordine, communiorem, commodiorem. Deinde, virtute deest in χ. Idem cod. pro vere habet jure.—13 Voc. domi deest in χ. Idem mox, quam ab illo ortus est.—14 H felicitatique: S ψ facilitatique.*

CAP. XXXII. 1 Cod. χ instituisti. Mox, tolli ψ. ac deest in sex codd. Oxon. Deinde, verba, aut ad s. d. valere, desunt in χ.—2 H S T χ ψ, Venet. 1483. ad iudicium; Venet. 1480. habet, quid affers? quid arguis? probante

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *De C. Gallo*] De Gallo loquitur etiam in Bruto. Astrologiæ peritissimus fuit. Hic de Liguriis triumphavit.

<sup>d</sup> *Condita*] Condita, a condiendo.

<sup>e</sup> *Quare, ut ad id, quod institui*] Reddit ad rem, petitque ut ab hac causa Catonis removeatur auctoritas, quæ

plus Murenæ, quam objecta ipsi crimina, quæ nulla sunt, nocere potest.

<sup>f</sup> *Quæ in judiciis*] In judiciis non debet attendi accusatoris auctoritas, ut quis damnetur, sed potius absolvatur.

quod idem defendam, quod lege punierim.<sup>3</sup> Punivi ambitum,<sup>g</sup> non innocentiam: ambitum vero ipsum vel tecum accusabo, si voles. Dixisti, senatusconsultum, me referente,<sup>4</sup> esse factum, si mercede corrupti obviam candidatis issent, si conducti sectarentur,<sup>h</sup> si gladiatoribus<sup>i</sup> vulgo locus tributum,<sup>5</sup> et item prandia si vulgo essent data; contra legem Calpurniam<sup>k</sup> factum videri. Ergo ita senatus<sup>6</sup> iudicat, contra legem facta hæc videri,<sup>1</sup> si facta sint: decernit, quod nihil opus est, dum candidatis morem gerit: nam factum sit, necne, vehementer quæritur: si factum sit, quin contra legem sit,<sup>7</sup> dubitare nemo potest. 68. Est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum;<sup>m</sup> quod nemini dubium potest esse, id iudicare. Atque<sup>8</sup> id decernitur



Garat.—3 Lamb. *pœnierim*, et mox *Pœnivi*, e cod. Victorii. Pro *ipsum*,  $\psi$  habet *ipso*.—4 Cod.  $\chi$  *me proferente*. Pro *corrupti*, Memm. H S  $\psi$ , Venett. 1480. 1483. Hervag. Lamb. exhibent *conducti*. ‘Utrumque non sine causa pro gloss. habet Garat.’ Orell.—5 Ita codd. Victorii, quinque Oxon. Pall. Guelf. a m. pr. et edd. pr. *tributus* habent ed. Wald. Naug. Manni. Steph. *vulgo locus tributus* Franc. *gladiatoris vulgo l. tributum*  $\psi$ . *tributum* T. Mox, *Calpurniam* C H  $\psi$ .—6 *Ergo ita senatus si*  $\chi$ , Venett. 1480. 1483. Hervag. probante Garat. Mox, *hæc* deest in  $\chi$ . *nihil ante opus est* omittitur in Franc.—7 Lamb. *mauvult contra legem factum sit*.—8 *Atqui* Pantagath. ap. Ursin.

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Punivi ambitum*] Cicerone referente ad senatum, senatusconsultum factum est de ambitu, contra quem legem tulit Cicero, cujus sequentibus proxime verbis puncta quælibet explicat.

<sup>h</sup> *Conducti sectarentur*] Homines penennia corrupti honoris causa candidatos, cum in Campum Martium veniebant, sequebantur, ut inde appareret populo, quam digni essent magistratu.

<sup>i</sup> *Gladiatoribus*] Vetabat illa lex ne quis munus gladiatorum biennio quo magistratum petierat, petiturusve erat, ederet, nisi ex testamento præstituta die.

<sup>k</sup> *Legem Calpurniam*] De hac lege

jam dictum est.

<sup>1</sup> *Contra legem f. h. videri*] Si hæc omnia a Murena commissa sunt, quæ vetat lex, non est dubium quin contra legem peccaverit: at hæc, aut eorum aliqua fecisse, probare debent adversarii.

<sup>m</sup> *Quod est dubium, id relinquere incertum*] Dubium est utrum Murena quid contra legem fecerit: id autem non debet relinqui incertum, sed probari. Deinde nemini dubium est, quin ex lege Calpurnia decretum contra ambitiosos latum sit a senatu; ergo de eo iudicare non est opus, sed iudicare utrum contra illud Murena peccaverit.



omnibus postulantibus candidatis ; ut ex senatusconsulto, neque cujus intersit, neque contra quem sit, intelligi possit. Quare doce, a L. Murena illa esse commissa: tum egomet tibi, contra legem commissa esse, concédam. XXXIII. Multi obviam prodierunt<sup>n</sup> de provincia decedenti, consulatum petenti: solet fieri. Eccui<sup>1</sup> autem non proditur revertenti? quæ fuit ista multitudo? Primum, si tibi istam rationem non possim<sup>2</sup> reddere; quid habet admirationis, tali viro adveniēti, candidato consulari, obviam prodisse multos? quod nisi esset factum, magis mirandum videretur. 69. Quid, si etiam illud addam, quod a consuetudine non abhorret, rogatos<sup>3</sup> esse multos? ° num aut crimosum sit, aut mirandum, qua in civitate rogati, infimorum<sup>b</sup> hominum filios, prope de nocte,<sup>c</sup> ex ultima sæpe urbe, deductum venire soleamus, in ea non esse gravatos homines, prodire hora tertia<sup>p</sup> in Campum Martium, præsertim talis viri nomine rogatos? Quid, si omnes societates<sup>q</sup> venerunt, quarum ex numero multi hic sedent

<sup>b</sup> *Obscurorum.*<sup>c</sup> *Paulo ante lucem.*

CAP. XXXIII. 1 *Et cui* C H. In ed. Beck. interpungitur: *petenti.*—*Solet fieri: eccui, &c.* in ed. Orell. *petenti. Solet fieri. Eccui, &c.*—2 C H  $\chi \psi$  non possum. Mox, *obviam ivisse*  $\psi$ . *mirandum videtur* T.—3 *Quid, si e. i. a. q. a c. n. u. rogatos* desunt in C. Mox, *roganti* exhibent C H  $\chi \psi$ . Paulo

## NOTÆ

<sup>n</sup> *Multi obviam prodierunt*] Proponit argumenta quibus Cato utebatur ad ostendendum peccasse contra legem Murenam: quod multi obviam ivissent Murenæ. At refutat Cicero, quia non corrupti pecunia venerunt, sed de more, ut fit honoris et amicitiae causa, iis qui redierunt e provinciis.

<sup>o</sup> *Rogatos esse multos*] Secundum argumentum refutat, quod multi videlicet rogati sunt Murenam deducere in Campum Martium; at id quotidie evenit, ut vel ipsos filios ipsorum hominum abjectorum, candidatos,

prima luce ex extrema urbis parte rogati deducant plerique: cur non etiam a rogatis homo magnæ auctoritatis deducetur?

<sup>p</sup> *Hora tertia*] Hora tertia a Romanis dicebatur quæ media est inter solem nascentem et meridiem.

<sup>q</sup> *Quid, si omnes societates*] Refutat a concursu hominum ex omnibus ordinibus, quorundam suorum iudicum, immo etiam Postumii accusatoris; quid igitur accusant si istorum exemplo tanta multitudo populi ad illum convenerit?

judices? <sup>4</sup> quid, si multi homines nostri ordinis honestissimi? quid, si illa officiosissima, quæ neminem patitur non honeste in urbem introire, tota natio candidatorum? <sup>7</sup> si denique ipse accusator noster Postumius <sup>5</sup> obviam cum bene magna caterva sua venit; quid habet ista multitudo admirationis? Omitto <sup>8</sup> clientes, <sup>9</sup> vicinos, tribules, <sup>10</sup> exercitum totum Luculli, <sup>6</sup> qui ad triumphum per eos dies venerat: hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam, <sup>11</sup> non modo dignitati ullius unquam, sed ne voluntati quidem defuisse. 70. At sectabantur multi. Doce, mercede; concedam esse crimen: hoc quidem remoto, quid reprehendis? XXXIV. Quid opus est, inquit, <sup>12</sup> sectatoribus? A me tu id quæris, quid opus sit eo, quo semper usi sumus? <sup>13</sup> Homines tennes num habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut referendi <sup>2</sup> beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque assecutionem: [p. 141.] neque enim fieri potest, neque postulandum est a nobis, aut ab equitibus Romanis, ut suos necessarios candidatos sectentur <sup>3</sup> totos dies: a quibus si domus nostra celebratur, <sup>14</sup> si

<sup>d</sup> *Frequentatur.*

//////////

post, soleamus, mea non esse χ.—4 Quid, si o. s. v. q. ex n. m. h. s. judices desunt in χ. hic tantum deest in Gnelf. a m. pr. C H S ψ, Rom. Brix. Mediol. Ald. probante Ernesti. Paulo post, patitur nisi honeste χ. urbem introire C—5 Cod. ψ accusatorum noster Postumus.—6 Cod. χ motum Luculli. Actutum, quid qui ad, &c. in eodem cod. venerit ψ.

CAP. XXXIV. 1 Cod. χ inquam. Mox, tu id desunt in ψ.—2 Ita Lamb. e codd. ut ait, et recentt. post Ernesti; proferendi omnes nunc noti codd. edd. ante Lamb. Grut. et Græv. Mox, affectationem χ.—3 Gnelf. sectentur et præcant; C H S T ψ aut sectentur. Mox, si d. vestra χ. si ante uno deest

#### NOTE

<sup>r</sup> *Tota natio candidatorum*] Omnes qui aspirabant ad magistratus quasi unam nationem propter multitudinem efficere videbantur.

<sup>s</sup> *Omitto*] Reliquos citat qui honestatis et honoris causa adesse Murenæ debuerunt.

<sup>t</sup> *Clientes*] Clientes sunt qui in tutela alienius sunt, quem patronum habent.

<sup>u</sup> *Tribules*] Tribules sunt, qui sunt ex eadem tribu.

<sup>x</sup> *Gratuitam*] Tota hæc frequentia quæ convenit, nulla mercede, vel pecunia conducta, venit.

<sup>y</sup> *Eo, quo semper usi sumus*] Non debet reprehendere Cato quod semper factum est, neque inde arguere Murenam quam hominem ambitiosum.

interdum ad forum deducimur,<sup>2</sup> si uno basilicæ spatio<sup>a</sup> honestamur, diligenter observari videmur et coli: tenuiorum et non occupatorum amicorum est ista assiduitas; quorum copia bonis<sup>4</sup> et beneficiis deesse non solet. 71. Noli igitur eripere hunc<sup>5</sup> inferiori generi hominum fructum officii, Cato: sine eos, qui omnia a nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. Si nihil<sup>6</sup> erit, præter ipsorum suffragium, tenue est; si, ut suffragentur, nihil valent gratia. Ipsi denique, ut solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere,<sup>7</sup> non vocare domum suam possunt: atque hæc a nobis petunt omnia: neque ulla re alia, quæ a nobis consequuntur, nisi opera sua, compensari putant posse. Itaque et legi Fabiæ,<sup>b</sup> quæ est de numero sectatorum, et senatusconsulto,<sup>c</sup> quod est L. Cæsare<sup>s</sup> consule factum, restiterunt: nulla est enim pœna, quæ possit observantiam tenuiorum ab hoc



in eodem.—4 C H S T  $\psi$  bonis viris. C et beneficiis. Deinde, desse non potest  $\chi$ .—5 Pronomen hunc deest in C. Mox, pro Cato  $\chi$  exhibet caro. Idem tibi pro nobis. Tum, ipsosque aliquid C.—6 Sin nihil solus Græv. sine codd. Mox, præter eorum suff. Ven. 1480. et Junt. Pro ut suffragentur, quod servant Guelf. Lambinus, Matthiæ, Beck. Orell. ut suffragentur alii conj. Schutz. ut suffragantur plerique codd. et edd. vett.—7 Cod.  $\chi$  respondere. Mox, possint C H T  $\chi$ . atque ipsi hæc  $\chi$ . putant. Posse itaque in

#### NOTÆ

<sup>2</sup> Si interdum ad forum deducimur] Varia commemorat officia quibus homines tenues suos patronos aut primates viros prosequerentur, quæ ipsis crimini verti non debent.

<sup>a</sup> Si uno basilicæ spatio] Id est, si deducimur per spatium tam longum, quam basilica est. Basilica porro foro adjuncta fuit, a Catone ampliata et Porcia cognominata, ad instar regiæ domus.

<sup>b</sup> Legi Fabiæ] Fabia lex de ambitu tulit ut certus numerus sectatorum esset, id est, eorum qui candidatos in Campum deducerent. Sed huic legi et senatusconsulto L. Cæsaris tanto studio plebs restitit, ut nulla

prorsus pœna ab hoc assectationis officio removeri potuerit, quia vetus erat institutum.

<sup>c</sup> Et senatusconsulto] Quo anno cæpit Catilinæ conjuratio consules erant L. Cæsar, et C. Figulus. Cicero vero petente consulatum, cum in dies ambitus furor auferetur propter Catilinam et Antonium, paucis diebus ante comitia censuit senatus, ut lex ambitus addita majori pœna ferretur. Huic cum intercederet senatusconsulto Q. Mucius Orestinus; Cicero in gratiam senatus contra Catilinæ et Antonii concionem invectus est, suavitque ut sectatorum numerus definiretur.

vetere instituto officiorum excludere. 72. At spectacula sunt tributim data,<sup>d</sup> et ad prandium vulgo vocati. Etsi hoc factum a Murena omnino, iudices, non est, ab ejus amicis autem more et modo factum est;<sup>e</sup> tamen admonitus re ipsa, recordor, quantum hæc quæstiones,<sup>10</sup> in senatu habitæ, punctorum<sup>f</sup> nobis, Servi, detraxerint. Quod enim tempus fuit aut nostra<sup>11</sup> aut patrum nostrorum memoria, quo hæc, sive ambitio est, sive liberalitas, non fuerit, ut locus et in circo<sup>g</sup> et in foro<sup>h</sup> daretur amicis et tribulibus? hæc homines tenuiores primum, nondum qui a suis<sup>12</sup> tribulibus vetere instituto assequebantur.

[*Deest nonnihil.*<sup>13</sup>]

XXXV. 73. Præfectum<sup>i</sup> fabrum<sup>i</sup> semel locum tribulibus

//////////

eodem cod.—8 Idem codex quod Cæsare.—9 Codex unus Oxon. clara.—10 C H S ψ, Venett. 1480. 1483. hæc conquestiones. Mox, detraxerunt χ.—11 Verba aut nostra desunt in T, pro quibus [C habet aut nostrum. Mox, aut partim nostrorum ψ. Pro liberalitas nonnulli codd. Oxon. habent libertatis.—12 ‘Hæc sunt corrupta, nec sine libris novis corrigi possunt.’ Ernesti. In Guelf. spatium unius versus inane relictum est inter tenuiores et qui. Idem, cum codd. Victorii, Pall. Franc. H T χ ψ, et edd. vett. ea suis. T habet nec homines, &c. Verba, primum n. qui a s. l. v. i. assequebantur, desunt in C. Pro nondum Græv. e Franc. affert nedum. Verba, primum nondum qui desunt in codd. Victorii: primumdum conj. Gulielm. hæc homines ten. primum, ne dum postea a suis, &c. habet Pantagath. probante Ursino. ‘Neque tamen locus ita persanatur. Omissis verbis primum nondum qui omnia bene procedunt.’ Beck. nondum qui unciis inclusit Mœb.—13 In C vacat plus quam dimidia pagina: in H S spatium est trium linearum: in T nulla lacuna.

CAP. XXXV. 1 Præsertim T. Pro semel Pantagath. habet fremunt. Mox,

#### NOTÆ

<sup>d</sup> At spectacula sunt tributim data] Objectioni novæ Cicero respondet, nempe Murenam suis tribulibus ad spectacula locum dedisse, et vocasse ad convivia. Id autem ab omni memoria factum esse contendit. Porro spectacula loca erecta sunt, quæ a Græcis theatra dicuntur, ex quibus ludi spectabantur.

<sup>e</sup> More et modo factum est] Fatetur quidem concessa fuisse hæc spectacula ab amicis Murenæ; sed id neque repugnante more, neque immo-

derate factum esse.

<sup>f</sup> Punctorum] Puncta suffragia sunt, hinc dicta, quod in tabulis notarentur.

<sup>g</sup> Locus in circo] Qui loca habebant in circo, ea quandoque amicis benevolentia concedebant, ut inde ludos spectarent, qui a circo Circenses dicti sunt.

<sup>h</sup> In foro] In foro ludi gladiatorii dabantur.

<sup>i</sup> Præfectum fabrum] Præfectus fabricorum dicebatur, qui fabricis ligna-

suis dedisse; quid statuatur in viros primarios, qui in circo totas tabernas, tribulium<sup>k</sup> causa, compararunt? Hæc omnia sectatorum, spectaculorum,<sup>2</sup> prandiorum item crimina, a multitudine<sup>1</sup> in tuam nimiam diligentiam, Servi, conjecta sunt: in quibus tamen Murena ab senatus auctoritate defenditur. Quid enim? Senatus num obviam<sup>m</sup> prodire crimen putat? non; sed mercede: convince:<sup>3</sup> num sectari multos? non; sed conductos: doce: num locum ad spectandum dare? aut ad prandium invitare? minime; sed vulgo, passim.<sup>n</sup> Quid est vulgo? universos. Non igitur, si L. Natta,<sup>4</sup> summo loco adolescens,<sup>p</sup> (qui, et quo animo jam sit, et qualis vir futurus sit, videmus) in equitum centuriis<sup>q</sup> voluit esse, et ad<sup>5</sup> hoc officium necessitudinis, et ad reliquum tempus, gratosus; id erit ejus vitrico fraudi, aut crimini: nec, si virgo Vestalis,<sup>r</sup> hujus propinqua

//////////

quid statuent Oliv. Lall. quid statuerit ψ. Tum, tribulum causa C H T χ.—2 Cod. χ speculatorum. C item crimine. Paulo post, a senatus Guelf. et edd. quædam vett. Ernesti delendam censebat præpositionem.—3 Lamb. de Hotomanni conjectura, sed mercede. Mercede convince. Acutum, num sectare C S T. num sectore ψ. Paulo post, passim spurium videtur Beckio. Deinde, universis nonnulli ap. Græv.—4 Natta C H S ψ.—5 Cod. χ adhuc. Idem

#### NOTÆ

riis, carpentariis, ferrariis, &c. præerat.

<sup>k</sup> *Tabernas, tribulium*] Tabernæ constructæ erant in circo maximo, quo commodius ludi spectarentur. Eæ porro locabantur pecunia, quandoque etiam liberaliter a dominis tribulibus suis concedebantur. Plutarchus una nocte a Graccho sublata esse scribit.

<sup>1</sup> *Crimina, a multitudine*] Cicero obicit Servio, credere multitudinem, quod nimia quadam accusandi cupiditate, hæc omnia levissima ab ipso collecta, quasi tot crimina, in Murenæ conjiciantur.

<sup>m</sup> *Senatus num obviam*] Ait Cicero, prodire obviam, sectari, &c. nunquam senatum pertinere ad crimen judicavisse, nisi qui prodeunt et sectantur, mercede corrumpantur.

<sup>n</sup> *Sed vulgo, passim*] Non est crimen

dare locum ad spectandum, invitare multos ad prandium, verbi gratia tribules suos: sed crimen est, universos invitare; quod Murena non fecit.

<sup>o</sup> *Si L. Natta*] Non debet accusari Murena ambitus, si Natta privignus ejus aliquem locum vel convivium centuriis dederit, quod non tam dedit ut Murenæ faveret, quam ut ipse suis tribulibus gratosus esset.

<sup>p</sup> *Summo loco adolescens*] Natta ille ex familia Pinariorum fuit nobilissima et antiquissima apud Romanos, siquidem jam Evandri temporibus celebris erat. Vide Virg. *Æn.* VIII.

<sup>q</sup> *In equitum centuriis*] Centuriæ equitum a Romulo institutæ sunt: quæ appellatio, aucto postea numero a Tarquinio Prisco, conservata est. Voluit autem ut mille trecenti equites in tribus centuriis essent.

<sup>r</sup> *Virgo Vestalis*] Vestales habebant

et necessaria, locum suum gladiatoribus<sup>6</sup> concessit huic, non et illa pie fecit, et hic a culpa est remotus: omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum.

74. At enim agit mecum austere et Stoice Cato: negat verum<sup>a</sup> esse, alicui benevolentiam cibo: negat, iudicium hominum in magistratibus mandandis<sup>5</sup> corrumpi voluptatibus oportere. [p. 142.] Ergo ad cœnam, petitionis causa,<sup>t</sup> si quis vocat,<sup>7</sup> condemnetur: quippe, inquit, tu mihi summum imperium, summam auctoritatem, tu gubernacula rei-publicæ petas fovendis hominum sensibus, et deleniendis animis, et adhibendis voluptatibus? Utrum lenocinium, inquit, a grege delicatæ juventutis,<sup>b</sup> an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas? Horribilis oratio:<sup>u</sup> sed etiam usus,<sup>c</sup> vita, mores,<sup>s</sup> civitas ipsa respuit. Neque tamen Lacedæmonii, auctores istius vitæ atque orationis, qui quotidianis epulis<sup>y</sup> in robore accumbunt;<sup>z</sup> neque

<sup>a</sup> *Justum.*<sup>b</sup> *Multitudine juventutis luxuriosæ.*<sup>c</sup> *Consuetudo.*

mox vitricos; ψ victrico.—6 Ita e codd. Lamb. et recentt. post Ernesti; *gladiatorium* ceteri, etiam Græv. Mox, *nonne et illa χ*, Junt. *et illa p. f. et hic a c. non est remotus* Lamb. Mox, *munimina candidatorum χ*, Naug.—7 Cod. *χ vocare*. Mox, *tu summam auct.* Lamb. probante Ernestio.—8 Cod.

#### NOTÆ

locum distinctum, unde ludos gladiatorios spectare possent.

<sup>5</sup> *Magistratibus mandandis*] Mandare honores dicitur populus Rom. cum suo suffragio alicui magistratum concedit.

<sup>t</sup> *Petitionis causa*] Reponit Cicero Catoni non fas esse aliquem ad convivium vocare, ut quid ab eo petatur, si nefas est sibi benevolentiam voluptatibus conciliare. Hoc autem per dialogismum tractat ad Catonem irridendum.

<sup>u</sup> *Horribilis oratio*] Ironia qua fidem tam asperæ Catonis orationi detrahit simulatione quadam assentationis, ac quasi concepti metus, et

horroris.

<sup>x</sup> *Sed etiam usus*] Hanc vitam asperam alienam a moribus Romanis esse contendit, utiturque dissimilium exemplorum collatione, Lacedæmoniorum videlicet et Cretensium, qui non melius quam Romani respub. suas conservarunt.

<sup>y</sup> *Quotidianis epulis*] Lacedæmonii præter quotidianas epulas convivia publica celebrabant, quæ Phitidia dicebantur; quæ non fiebant impensis publicis, sed ad quæ snam quisque partem conferebat. De his loquitur Cic. Tusc. Quæst. v.

<sup>z</sup> *In robore accumbunt*] Lacedæmonii non in lectulis, ut mos erat reliquo-

vero Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans,<sup>a</sup> melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, respublicas suas retinuerunt: quorum alteri, uno adventu nostri exercitus,<sup>b</sup> deleti sunt; alteri nostri imperii præsidio disciplinam suam<sup>c</sup> legesque conservant. XXXVI. 75. Quare noli, Cato, majorum instituta, quæ res ipsa,<sup>d</sup> quæ diuturnitas imperii comprobant, nimium severa oratione reprehendere. Fuit eodem ex studio<sup>d</sup> vir eruditus, apud patres nostros, et honestus homo et nobilis, Q. Tubero: is, cum epulum<sup>e</sup> Q. Maximus,<sup>2</sup> Africani patris sui nomine, populo Romano daret, rogatus est a Maximo, ut triclinium<sup>d</sup> sterneret, cum esset Tubero ejusdem Africani sororis filius. Atque ille, homo eruditissimus, ac Stoicus, stravit pelliculis hædinis<sup>3</sup> lectulos Punicanos,<sup>f</sup> et exposuit vasa Samia;<sup>g</sup> quasi vero esset Diogenes Cynicus mortuus,<sup>h</sup> et non divini hominis Africa-

<sup>d</sup> *Cænaculum.*

χ mors.—9 Idem codex *cibans*. Mox, *dispartiunt* C H T. Deinde, *delecti sunt* χ.

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Victorii, Gruteri, sex Oxonienses, Pall. Franc. Gneif. cum edd. Rom. Brix. Mediol. Ald. *res ipsa publica* ed. Wald. Grnt. Græv. *res publica ipsa* Venet. 1480. Junt. *ipsa* deest in Venet. 1483. *instituta majorum res ipsa publica* Lamb. Mox, *imperii comparabat* ψ. Deinde, *homo* deest in Venet. 1480.—2 *Maximum* C. *Affranii* ψ. *populus R. daret* C.—3 C H ψ *edinis*. Paulo post, *hominis* deest in ψ. *potissimum* deest in H.

#### NOTÆ

rum Græcorum, sed in dura quapiam materia ac ligno accumbent: per robur enim lignum intelligit.

<sup>a</sup> *Gustavit unquam cubans*] Cretes ne quidem in epulis accubabant.

<sup>b</sup> *Nostris exercitus*] Cretenses a Q. Metello victi sunt, qui iis leges imposuit. Ab hac victoria Cretiens dictus est.

<sup>c</sup> *Disciplinam suam*] Cretenses a Lycurgo disciplinam suam acceperunt; quanquam Plutarchus ait Lycurgum a Creta ad suos leges detulisse.

<sup>d</sup> *Eodem ex studio*] Eandem doctrinam Stoicorum secutus est Q. Tubero, de quo loquitur lib. de Claris Orat. quem fuisse nepotem L. Pauli ait.

Fuit autem Scipio Africanus Minor filius Pauli Æmilii, hujus nepos Maximus. Ita Maximus hic habuit patrum Scipionem, id est, fratrem patris sui Pauli.

<sup>e</sup> *Cum epulum*] Tubero publicum convivium in funere Scipionis dedit.

<sup>f</sup> *Lectulos Punicanos*] Lectuli Punicani viles sunt et abjecti, quibus utebantur Africani olim, et Carthaginienses.

<sup>g</sup> *Vasa Samia*] Vasa Samia fictilia sunt, quæ in insula Samo fiebant.

<sup>h</sup> *Diogenes Cynicus mortuus*] Diogenes patria Sinopensis fuit, Antisthenis discipulus, qui abjecta omni solitudine cibum suum in singulos dies

ni mors honestaretur; quem cum supremo ejus die<sup>i</sup> Maximus laudaret,<sup>k</sup> gratias egit Diis immortalibus, quod ille vir in hac republica potissimum natus esset; necesse enim fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. Hujus in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam<sup>4</sup> Tuberonis. 76. Itaque homo integerrimus, civis optimus, cum esset L. Pauli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his hædinis pelliculis prætura dejectus est.<sup>m</sup> Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat<sup>5</sup> profusas epulas; sordes et inhumanitatem multo minus: distinguit rationem officiorum ac temporum; vicissitudinem laboris ac voluptatis. Nam, quod ais, nulla re allici hominum mentes oportere ad magistratum mandandum, nisi dignitate; hoc tu ipse, in quo summa est dignitas, non servas. Cur enim quenquam, ut studeat<sup>e</sup> tibi, ut te adjuvet, rogas? Rogas tu me, ut mihi præsis, ut committam ego me tibi. Quid tandem? istuc<sup>6</sup> me rogari oportet abs te, an te potius a me, ut pro mea salute laborem periculumque suscipias? 77. Quid? quod habes nomenclatorem,<sup>n</sup> in eo<sup>7</sup> quidem fallis et decipis: nam, si nomine

<sup>e</sup> *Faveat.*

//////////

—4 Cod.  $\chi$  *sententiam*.—5 C *non amatus*. Mox, et deest in  $\chi$ .—6 C H S  $\chi$  *is tunc*; Venet. 1480. *istuc ante me*, &c. Mox, *labores* C. *periculum suscipias* T.—7 Lamb. *in quo*. Mox, pro *sin etiam*, Beck. e Lambini conjectura dedit *etiam si*, probante Ernesti; *sin etiam ut non noris* conj. Camer. *moris*  $\psi$ . Deinde, *cur ejus pucis* T. *curam petis* C S  $\chi$   $\psi$ . *cur ante pellis* codd.

#### NOTE

emendicabat: habitavit in portarum vestibulis; cumque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum jocabatur, et se cum temporibus immutantem. Obiit ferme nonagenarius.

<sup>1</sup> *Supremo ejus die*] Ultimus vitæ dies supremus dicitur.

<sup>k</sup> *Maximus laudaret*] Fabius Maximus, Scipionis frater, oratione funebri Africanum laudavit. Orationes

antem ejusmodi a propinquis vulgo habebantur.

<sup>4</sup> *Perversam sapientiam*] Illam austeram Stoicorum sapientiam, seu philosophiam, perversam vocat, quia omnis humanitatis expers videbatur.

<sup>m</sup> *Prætura dejectus est*] Tubero in petitione præturæ repulsam passus est a populo propter illas sordes et avaritiam.

<sup>n</sup> *Nomenclatorem*] Nomenclator est



appellari abs te cives tuos, honestum est; turpe est eos notiores esse servo tuo quam tibi: sin etiam noris, tamen per monitorem appellandi sunt, cur ante petis, quam insurravit? aut quid, cum admoneris, tamen, quasi tute<sup>o</sup> noris, ita salutas? quid, posteaquam es designatus, multo salutas negligentius? Hæc omnia ad rationem civitatis si dirigas, recta sunt; sin perpendere ad disciplinæ<sup>8</sup> præcepta velis, reperiantur pravissima. Quare nec<sup>9</sup> plebi Romanæ eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conviviorum, quæ omnia majores nostri comparaverunt; nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat quam largitionem.

XXXVII. 78. At enim<sup>p</sup> te ad accusandum respublica adduxit. Credo, Cato, te isto animo, atque ea opinione venisse: sed tu imprudentia laberis. Ego quod facio, judices, cum amicitiae dignitatisque<sup>1</sup> L. Murenæ gratia facio, tum me pacis, otii, concordiae, libertatis, salutis, vitæ denique omnium nostrum causa facere clamo atque testor. [*p.* 143.] Audite, audite consulem, judices, nihil dicam arrogantius, tantum dicam, totos dies atque noctes de republica cogitantem. Non usque<sup>2</sup> eo L. Catilina rempublicam despexit atque contempsit, ut ea copia, quam secum eduxit, se hanc civitatem oppressurum arbitraretur: latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat; ad

~~~~~

Lamb. *cur ante appellas* al. ap. eund. *quam incervit* C S  $\chi$   $\psi$ . *quam narravit* H. *quam ulceravit* T. *iteravit* Mediol. Actutum, a quid C. *ad quid*  $\psi$ . *aut deest* in T. *quæso admoneris* in eodem; *cum admoreris*  $\psi$ . *tute nominis* T. Pro *quid*, C habet *quidem*; H S *enim*. Deinde, *postquam es*  $\psi$ . *mullos salutas* Naug. Man. Hervag.—8 Cod.  $\chi$  *ac disciplinæ*.—9 *Quare ne* C H S  $\chi$   $\psi$ .

CAP. XXXVII. 1 Cod.  $\chi$  *dignitatis quod*. Mox, pro *nostrum*, tres codd. Oxon. habent *vestrum*. Deinde, pro *testor*, quod servant Memm.  $\chi$   $\psi$ , Venett. 1480. 1483. Hervag. Lamb. Grut. Grav. Verburg. *obtestor* vulgo legebatur ante Lamb.—2 Ita Naug. Cam. Hervag. Lamb. et recentt. *Non deest* in ple-

#### NOTE

is qui subjicit nomina civium ignotorum; quem tamen habuisse Catonem negat Plutarchus, cum etiam lege vetitum esset ne petitores haberent nomenclatorem.

<sup>o</sup> *Tute*] Id tu ipse per te, et non

per alium noris.

<sup>p</sup> *At enim*] Jam aggreditur eam partem refutare, in qua dixerat Cato se reipub. causa Murenæ accusare: cui Cicero respondet, se eum et ipsius, et reipub. causa defendere.

plures pertinet. Intus, intus,<sup>3</sup> inquam, est equus Trojanus; <sup>4</sup> a quo nunquam, me consule, dormientes opprime-  
mini. 79. Quæris a me,<sup>4</sup> quid ego Catilinam metuam. Nihil: et curavi, ne quis metueret: sed copias illius, quas hic video, dico <sup>5</sup> esse metuendas: nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinæ, quam isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur: non enim deseruerunt; sed ab illo in speculis <sup>6</sup> atque insidiis relictis, in capite atque in cervicibus nostris restiterunt. Hi <sup>7</sup> et integrum consulem,<sup>5</sup> et bonum imperatorem, et natura, et fortuna, cum reipublicæ salute conjunctum, dejici de urbis præsidio, et de custodia civitatis, vestris sententiis, deturbari volunt: quorum ego ferrum et audaciam rejeci in Campo,<sup>6</sup> debilitavi in foro,<sup>7</sup> compressi etiam domi meæ <sup>x</sup> sæpe, iudices; his vos si alterum consulem <sup>y</sup> tradideritis, plus multo erunt vestris sententiis, quam suis gladiis consecuti. Magni interest, iudices, id quod ego multis repugnantibus <sup>z</sup> egi atque perfeci, esse Kalendis Jan. <sup>8</sup> in republica duo consules. 80. Nolite arbitrari, mediocribus consiliis, aut usitatis viis,



risque codd. et edd. vett. Nusque legitur in Memm. hisque ψ.—3 Alterum intus deest in T. Trojanis χ.—4 Quæritis a me in eodem cod.—5 Verbum dico deest in χ. Idem non habet illum istum exer.—6 C S ψ in speluncis.—7 Hic χ.—8 Januariis ψ. Januarii Oliv. Lall. esse prid. Kal. Januariis Ursin. e Quintil. vi. 1. ubi in cod. Barb. lacuna est. Mox, pro duo, quod e codd.

#### NOTÆ

<sup>3</sup> Est equus Trojanus] Equi Trojani egregie describitur historia apud Virgil. Æneid. II. ideoque nota omnibus. Sed tantum vult ostendere, non ab iis qui Catilinam secuti sunt, sed ab iis qui in civitate remanserunt, pertimescendum esse.

<sup>4</sup> In speculis] Speculæ loca sunt editiora, e quibus venientes prospiciuntur.

<sup>5</sup> Integrum consulem] Integer vitæ dicitur qui nulla labe sceleris infectus est.

<sup>6</sup> Rejeci in Campo] In Campo Martio rejecit impetus conjuratorum,

quando in comitiis lorica tectus venit, et omnes se consuli adjunxerunt.

<sup>7</sup> Debilitavi in foro] Debilitavit in foro, cum tam vehementer concionatus est apud populum in Catilinam.

<sup>x</sup> Compressi domi meæ] Compressit domi, cum Cornelius eques Rom. et L. Vargunteius missi a Catilina sunt, quasi eum salutaturi; sed ut eum revera interficerent. Vide Orat. in Catil.

<sup>y</sup> Alterum consulem] Murenam.

<sup>z</sup> Multis repugnantibus] Catilina et ceteri conjurati volebant esse consules Kalendis Januariis.

aut\* non lex improba, non perniciosa largitio, non auditum aliquando aliquod malum reipublicæ quæritur.<sup>9</sup> Inita sunt in hac civitate consilia, iudices, urbis delendæ, civium trucidandorum, nominis Romani exstinguendi. Atque hæc cives,<sup>10</sup> cives, inquam, (si eos hoc nomine appellari fas est) de patria sua et cogitant et cogitaverunt: horum ego quotidie consiliis occurro, audaciam debilito, sceleri resisto. Sed vos moneo,<sup>11</sup> iudices: in exitu est jam meus consulatus:<sup>a</sup> nolite mihi subtrahere vicarium<sup>a</sup> meæ diligentiae; nolite adimere eum, cui rempublicam cupio tradere incolumem, ab his tantis periculis defendendam. XXXVIII. 81. Atque ad hæc<sup>1</sup> mala, iudices, quid accedat aliud, non videtis? te, te appello, Cato: nonne prospicis tempestatem anni tui? jam enim hesternæ concione intonuit vox perniciosa [designati] tribuni,<sup>b</sup> collegæ tui; contra quem multum tua mens, multum omnes boni providerunt, qui te ad tribunatus petitionem vocaverunt.<sup>c</sup> 82. Omnia, quæ per

<sup>a</sup> *Successorem.*

//////////

suis dedit Lamb. duos exhibent C H S T χ, et edd. vett.—9 ‘*Nolite arbitrari, &c.*] Sine dubio vitiosus est hic locus in vulgatis, idque agnoscunt viri docti, qui varias rationes emendandi interunt, sicut et libri scr. variant. Ego puto, solum aut ante non lex vitiosum esse, idque natum a vitiosa interpunctione. Locum sic puto constituendum: *consules, nolite arbitrari, mediocribus consiliis aut usitatis viis. Non lex improba, &c.* Nempe mediocria consilia et usitata viæ sunt Ciceronis. Nam et alibi sic de se loquitur. Sin hoc non placet, dicamus post illud aut aliquid excidisse, (post quod et in Mss. quibusdam punctum est apud Gruterum) v. c. rem agi, remp. peti, &c. quod fortasse melius est.’ *Ernesti. Nolite arbitrari. Non mediocr. cons., aut usit. viis, non lex . . . quæritur Memm. Lamb. Nolite arbitrari mediocr. cons. aut usit. viis, aut lege improba, aut pernicioso ambitu largitionum usitatum aliquod malum rei p. quæritur Junt. Nolite arbitrari med. cons., aut us. viis, aut lege improba, aut perniciosa largitione auditum al. al. m. r. p. quæri Crat. Naug. Græv.—10 Atque hæc quæ si C ψ. Atque hæc quæ T χ. Mox, pro horum ego, χ habet ago hæc.—11 Sed moneo sex codd. Oxonn. Paulo post, defendam χ.*

CAP. XXXVIII. 1 *Atqui hæc χ. quid accidat ψ.* Mox, pro te, te, quod servant codd. Victorii, Pall. al. cum edd. Venet. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. Lamb. Grut. et recentt. te habent aliæ edd. Pro hesternæ, C T χ ψ legunt externa. Deinde, tribuni deleuit Victor. quem secutus est Græv. qui et in Franc. non repererat. ‘Malim designati deleri, quod et venit in men-

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *In exitu est jam meus consulatus]* pos conjuratis favebat.

Proximis Kalendis Jannatiis consulum deponerat Cicero.

<sup>b</sup> *Designati tribuni]* Metellus Ne-

<sup>c</sup> *Te ad tribunatus petitionem vocaverunt]* Plutarchus scribit in vita Catonis, hunc ad sua prædia in Lucai-

hoc<sup>2</sup> triennium agitata sunt, jam ab eo tempore, quo a L. Catilina et Cn. Pisone<sup>d</sup> initum consilium senatus interficiendi scitis esse; in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Qui locus est, iudices, quod tempus, qui dies, quæ nox, cum ego<sup>3</sup> non ex istorum insidiis ac mucronibus, non solum meo, sed multo etiam magis divino consilio eripiar atque evolem? Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem consulem de reipublicæ præsidio demovere<sup>4</sup> volunt: nec minus vellent, Cato, te quoque aliqua ratione, si possent, tollere:<sup>5</sup> id quod, mihi crede, et agunt, et moliuntur. Vident,<sup>5</sup> quantum in te sit animi, quantum ingenii, quantum auctoritatis, quantum reipublicæ præsidii: sed cum consulari auctoritate et auxilio spoliata vim tribuniciam<sup>e</sup> viderint, tum se facilius inermem et debilitatum te oppressuros arbitrantur. Nam ne sufficiatur consul, non timent. Vident, in tuorum potestate collegarum fore: sperant sibi Silanum,<sup>6</sup> clarum virum, sine collega, te sine consule, rempublicam sine præsidio objici posse. 83. His tantis in rebus, tantisque in periculis, est tuum,<sup>7</sup> M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus es, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorem, so-

<sup>b</sup> Occidere.



tem Lambino.<sup>3</sup> *Ernesti*. Pro tua mens  $\psi$  affert tua vis.—2 Omnia, quæ propter hoc  $\psi$ .—3 Cod.  $\chi$  tum ego.—4 C remove; H  $\psi$  divovere; Naug. Hervag. Manut. *dimovere*; Lamb. *demoveri*; sed repetitiones Lamb. *demovere*, quod est etiam in Venett. 1480. 1483.—5 Vide  $\chi$ . Mox, te in tuorum Lamb. *quam resp.*  $\chi$ .—6 *Syllanum* C H.—7 Cod.  $\psi$  est tum. Mox, non ante mihi

#### NOTÆ

am, per otium, rusticationis gratia euntem, hoc consilio, statim ante vesperam ejus diei quo fuerat egressus, monentibus et rogantibus amicis, ex ipso itinere Romam revertisse, ut hic sese Metello et ejus furiosis consiliis opponeret, quem hoc ipso in itinere ad petitionem tribunatus Romam properare, primum resciverat.

<sup>d</sup> *A L. Catilina et Cn. Pisone*] Loquitur de prima conjuratione quæ Lepido et Volcatio coss. facta est. Vide

Sallust.

<sup>e</sup> *Spoliata vim tribuniciam*] Periculum Catonis cum Murenæ periculo conjungit: nam si damnetur Murena, dabitur occasio Catilinariis Catonem opprimendi: nam ipsi consul non aderit; nam in locum Murenæ nullus substituetur alius invitibus tribunis, quia intercessione suacomitia impedient; et sic Silano, sibi sumendi collegam, potestatem auferent.

cium in republica, consulem non cupidum,<sup>c</sup> consulem (quod maxime tempus hoc postulat) [*p.* 144.] fortuna constitutum<sup>8</sup> ad amplexandum otium; scientia, ad bellum gerendum; animo et usu, ad quod velis negotium.

Quanquam hujusce rei potestas omnis in vobis sita est, iudices; totam rempublicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. XXXIX. Si L. Catilina<sup>1</sup> cum suo concilio<sup>d</sup> nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset judicare, condemnaret L. Murenam; si interficere posset, occideret. Petunt enim<sup>f</sup> rationes illius, ut orbetur auxilio respublica; ut minuatur contra suum furorem imperatorum copia; ut major facultas tribunis<sup>2</sup> plebis<sup>8</sup> detur, depulso adversario, seditionis ac discordiæ concitandæ. Idemne<sup>3</sup> igitur delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi atque sapientissimi viri judicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis reipublicæ judicaret? 84. Mihi credite, iudices, in hac causa non solum de L. Murenæ, verum etiam de vestra salute<sup>4</sup> sententiam feretis. In discrimen extremum venimus: nihil est jam, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus: non solum minuenda non sunt auxilia,<sup>5</sup> quæ habemus, sed etiam nova, si fieri possit, comparanda. Hostis est enim non apud Anienem,<sup>6h</sup> quod bello Punico

<sup>c</sup> *Avarum.*<sup>d</sup> *Cætu.*

omittunt sex codd. Oxon. *natus esse* H χ ψ.—8 C *constitutus.*

CAP. XXXIX. 1 *Si Catilina* Quintil. v. 10. omisso prænomine. Apud eund. *suo* deest in cod. Barb.—2 H *tribuno.* Mox, *detur* deest in χ.—3 *Idemne* C H S χ ψ. In fine periodi, pro *judicaret*, sex codd. Oxon. præbent *judicarit.*—4 H *de vestra sapientia.*—5 Cod. χ *minuenda sunt auxilia.*—6 *Amnenem* ψ. Paulo post, *in illo sicario* in eodem cod. Pro *ipsa inquam* χ

## NOTE

<sup>f</sup> *Petunt enim*] Conjurati conantur perdere eum, et fortunas, et dignitatem.

<sup>8</sup> *Tribunis plebis*] Tribuni plebis, qui seditiones moliantur, facilius ad exitum perniciose sua consilia perducunt, si Murenam a consulatu removeant.

<sup>h</sup> *Apud Anienem*] Bello secundo Punico, cum Capuam M. Fulvius obsideret, Hannibal, ut eum castra movere cogeret, subito consilium cepit ad urbem exercitum adducendi. Itaque castra locavit ad fluvium Anienem, ad tertium ab urbe lapidem. Vide Liv. lib. xxvi.

gravissimum visum est, sed in urbe, in foro: (Dii immortales! sine gemitu hoc dici non potest) non nemo etiam in illo sacrario reipublicæ,<sup>i</sup> in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est.<sup>k</sup> Dii faxint,<sup>e</sup> ut meus collega, vir fortissimus, hoc Catilinæ nefarium latrocinium armatus opprimat! ego togatus,<sup>7</sup> vobis, bonisque omnibus adiutoribus, hoc, quod conceptum respublica periculum parturit, consilio discutiam et comprimam! 85. Sed quid tandem fiet, si hæc elapsa de manibus nostris, in eum annum, qui consequitur, redundarint? Unus erit consul,<sup>l</sup> et is non in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus: hunc jam qui impedituri sint,<sup>8</sup> \* \* illa pestis immanis, importuna, Catilinæ prorumpet, qua poterit; et jam populo Romano minatur: in agros suburbanos repente advolabit: versabitur in castris<sup>9</sup> furor, in curia timor, in foro conjuratio, in campo exercitus, in agris vastitas: omni autem in sede ac loco ferrum flammamque metuemus. Quæ jamdiu comparantur, eadem ista omnia, si ornata<sup>f</sup> suis præsiidiis erit respublica, facile et magistratum consiliis<sup>10</sup> et privatorum diligentia opprimantur.

<sup>e</sup> *Faciant.*

<sup>f</sup> *Instructa.*

habet qua.—7 *Voc. togatus* deest in  $\chi$ . *quod* ante *conceptum* deest in  $\psi$ . Paulo post, *redundarit*  $\chi$ .—8 *Junt. hunc qui jam i. sunt*;  $\psi$  *nunc jam qui i. sint*; Lamb. *hunc jam qui i. sint, parati sunt*; Pantag. *hunc jam qui i. sint videtis*; Franc. et T *sunt*. In CH est lacuna; in S spatium duorum versuum; in Franc. lacuna trium versuum; in Pall. spatium unius lineæ. Mox, *importunæ* T. Verba *illa pestis immanis* desunt in Franc. *Catalina* Franc. C, Lamb. probante Ernestio. In Guelf. est lacuna post *qua poterit*, et abest *et jam populo*. Deinde, *perrumpet* C S  $\psi$ , Pall. 2. 3. 8. cod. Victor. et Venet. 1483. *qua po* [lacuna] *minatur* cod. Victor. Pall. 3. 8. *qua poterit, minabitur in agros* Pal. 1. *qua populo Rom. minatur* Pal. 2. et Franc. *po minatur* C. *p. r. minatur*, omissis *poterit* et *jam*, S  $\chi$ . *potest minatur* T. Denique, *advolavit* C  $\chi$   $\psi$ .—9 Verba *in castris* desunt in C, spatio relicto.—10 Cod.  $\chi$  *consilii*. Mox, pro *oppr*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *In illo sacrario reipub.*] Loquitur de curia quæ in loco sacro semper habebatur propter sanctitatem consiliorum.

<sup>k</sup> *Nou nemo hostis est*] Quis fuerit non indicatur; certum est quosdam tum e senatoribus, tum ex equitibus

inter conjuratos fuisse, quos Sallustius nominat.

<sup>l</sup> *Unus erit consul*] D. Silanus solus erit consul, si Murena damnetur; quare non tam in reipub. administratione occupabitur, quam in consule altero sufficiendo; quia tribuni ple-

XL. 86. Quæ cum ita sint, iudices, primum reipublicæ causa, qua nulla res cuiquam potior debet esse, vos, pro mea summa et vobis cognita in rempublicam<sup>1</sup> diligentia, moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut otio, ut paci, ut salutis, ut vitæ vestræ et ceterorum civium consulatis: deinde ego fidem vestram, vel defensoris<sup>2</sup> et amici officio adductus, oro atque obsecro, iudices, ut ne hominis miseri, et cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murenæ, recentem gratulationem<sup>3</sup> nova lamentatione obruatis: modo maximo beneficio<sup>4</sup> populi Romani ornatus, fortunatus videbatur, quod primus in familiam veterem, primus in municipium antiquissimum,<sup>5</sup> consulatum attulisset; nunc idem squalore sordidus, confectus morbo, [p. 145.] lacrymis ac mœrore perditus, vester est supplex, iudices, vestram fidem<sup>6</sup> obtestatur, misericordiam implorat, vestram potestatem ac vestras opes intuetur. 87. Nolite, per Deos immortales! iudices, hac eum re,<sup>7</sup> qua se honestiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis honestatibus atque omni dignitate fortunaque privare. Atque ita vos Murena, iudices, orat atque obsecrat, si injuste neminem læsit; si nullius aures volun-

<sup>a</sup> *Auxilium.*

mentur, Memm. exhibet *confirmentur*, quod est in codd. Victorii, Franc. C H S T  $\chi$ , et Pall. tribus; *comprimentur* conj. Lamb. et sic e Pal. 3. legunt Grut. et Beck.

CAP. XL. 1 C H S T *republica*.—2 Ita nonnulli codd. Venet. 1483. Junt. Crat. Hervag. Cam. Grut. 'Locus corruptus, in quo mire fluctuant codd.' Orell. *vel* nuncis inclusit Beck. delevit Schutz. *et pro vel* dedit Lamb. in ed. 1566. *deinde ego fide vel def.* e duobus codd. Græv. *deinde ego fide def.* de Manutii conj. receperunt Matthiæ et Mœb. improbante Orell. *deinde per ego fidem vestram vos def.* conj. Garat. probante Orell.—3 Quatuor Pall. unus Victorii, Franc. et  $\psi$  *obstruatis*.—4 Cod.  $\chi$  *attulisse*.  $\chi$   $\psi$  *squalor*. S *et sordidus*; C H *et sordibus*. Voc. *morbo* deest in C H S. Tum, pro *vester*,  $\chi$  habet *vestri*; C H *videtur*. Pro *intuetur*, T  $\chi$  *tuetur*.—5 Venet. 1483. *hac cum*

#### NOTÆ

bis seditiosi ipsi obsident.

<sup>a</sup> *Recentem gratulationem*] Gratulatio ipsi facta est, cum e bello Mithridatico proxime rediit.

<sup>b</sup> *Maximo beneficio*] Consulatu ornatus est a populo.

<sup>c</sup> *Municipium antiquissimum*] Lavinium pagus erat in Via Appia, at olim municipium a Diomedea post eversam Trojam conditum; e quo prodiiit Murena.

tatemve violavit; si nemini, ut levissime dicam, odio, nec domi, nec militiae, fuit.<sup>6</sup> Sit apud vos modestiae locus; sit demissis<sup>b</sup> hominibus perfugium,<sup>7</sup> sit auxilium pudori. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet, iudices; una enim eripiuntur<sup>8</sup> cum consulatu omnia. Invidiam vero his temporibus habere consulatus ipse nullam potest; objicitur enim concionibus seditiosorum,<sup>9</sup> insidiis conjuratorum, telis Catilinæ: ad omne denique periculum, atque ad omnem invidiam solus opponitur. 88. Quare quid<sup>10</sup> invidendum Murenæ, aut cuiquam nostrum sit in hoc præclaro consulatu, non video, iudices. Quæ vero miseranda sunt, ea et mihi ante oculos versantur, et vos videre et perspicere potestis. XLI. Si (quod Jupiter omen avertat!) hunc vestris sententiis afflixeritis;<sup>c</sup> quo se miser vertet? domumne? ut eam imaginem<sup>1</sup> clarissimi viri, parentis sui, quam paucis ante diebus laureatam<sup>d</sup> in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia lugentemque videat? an ad matrem, quæ misera modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur et sollicita est, ne eundem paulo post spoliatum omni dignitate conspiciat?

<sup>b</sup> *Supplicibus.*

<sup>c</sup> *Damnaveritis.*

//////////

re; unde Garat. conj. cum hac eum re. Mox, omni deest in  $\chi$ .—6 *Atque ita vos M. &c.*] In hoc loco semper hæsi, et vereor etiam nunc, ne vitiosus sit. Nempe illud *ita* requirit in sequentibus *ut*, si id maxime intelligere velimus in consequente *sit apud vos modestiæ locus*, &c. Primum ante debet esse *læserit, violaverit, fuerit*: deinde illa *sit apud vos*, &c. magis conveniunt Ciceronis personæ, quam Murenæ. Optimum et lenissimum remedium sit, punctum facere post *nec militiae fuit*. Ita reliqua erunt Ciceronis. Atque ita feci. Sic est in edd. R. Br. Med. quanquam in istis edd. interpunctio non est certa et constans.<sup>7</sup> *Ernesti*. Scilicet vulgo post *militiæ fuit* colon, sive comma, ponebatur, ut *sit*, &c. cum anteced. jungatur. *Atque ita vos sic, L. Murena, &c.* Venet. 1480. *Atque ita vos sic Murena* C H S  $\psi$ , Venet. 1483. *Atque ita vos scilicet L. Murena* conj. Garat. *si Murena*  $\chi$ . *Lu. Murena* T. *iudices* deest in eodem cod. *sic injuste C. voluntatem* in eodem; *voluntatemque* H S.—7 C T *profugium*.—8 Cod.  $\chi$  *eripuit*.—9 C *seditionum*. C H S *injuris conjuratorum*.—10 *Quare qui*  $\psi$ .

CAP. XLI. 1 C *aut eam imaginem*. Paulo post, *ignominiamque*  $\psi$ . Pro

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Laureatam*] Qui triumphabant, lauro coronabantur: cum autem fuisset Luculli legatus, ut illius victo-

riæ, sic et gratulationis etiam, et gloriæ particeps esse debuit; ideoque laureatam ejus imaginem vocat.



89. Sed quid ego matrem, aut domum appello, quem nova pœna legis<sup>e</sup> et domo, et parente, et omnium suorum consuetudine conspectuque privat? Ibit igitur in exilium miser? quo? ad Orientisne partes,<sup>f</sup> in quibus annos multos legatus fuit, et exercitus duxit, et res maximas<sup>2</sup> gessit? At habet<sup>d</sup> magnum dolorem, unde cum honore decesseris,<sup>3</sup> eodem cum ignominia reverti. An se in contrariam partem<sup>g</sup> errarum tabdet, ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissime viderit, eundem lugentem, mœrentem, exulem videat? In ea porro provincia, quo animo C. Murenam, fratrem suum, aspiciet? qui hujus dolor! qui illius mœror erit! quæ utriusque lamentatio! quanta autem perturbatio<sup>e</sup> fortunæ atque sermonis, quod, quibus in locis paucis ante diebus factum esse consulem Murenam, nuntii literæque celebrassent, et unde hospites atque amici gratulatum Romam concurrerint,<sup>4</sup> repente eo accedat ipse nuntius suæ calamitatis! 90. Quæ si acerba, si misera, si luctuosa sunt,<sup>5</sup> si alienissima a mansuetudine et misericordia vestra, judices; conservate populi Romani beneficium; redite reipublicæ consulem; date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi et familiæ, date etiam Lanu-

<sup>d</sup> *Id affert, &c.*

<sup>e</sup> *Commutatio.*



*videat, χ affert videatur.*—2 C H S χ *duxit a res maximas*; ψ *duxit et res magnas.*—3 Ita Memm. Lamb. et recentt. *decesserit* C S T χ, Venett. 1480. 1483. Junt. Crat. Steph. Manut.—4 Guelf. a m. pr. *cucurrerint*; C ψ *concurrerent*. Actutum, *repente excidet* codd. Victorii, Guelf. Franc. Pall. C T, Venett. 1480. 1483. *repente excident* H S. *repente excideret* χ. *repente eo excidet* vett. codd. ap. Lamb. unde ille r. *eo accidet*; et sic legitur in Nang. Lectionem nostram exhibent Hervag. Junt. Manut. et recentt. Mox, *ille nuntius C. ipse deest* in χ.—5 Verbum *sunt* deest in eodem cod. *si al. mansuetudine,*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Nova pœna legis*] Exilium significat, quo, nova lege lata, præter alias pœnas, mulctantur, qui ambitus crimine convincuntur.

<sup>f</sup> *Orientis partes*] In Asiam, quæ in parte Orientali sita est, legatus

Luculli fuit.

<sup>g</sup> *In contrariam partem*] Pars Orienti contraria Occidentalis est. In hac autem parte fuit Gallia, quo prætorem ivisse superius dixit.

vio,<sup>6</sup> <sup>h</sup> municipio honestissimo; quod in hac tota causa frequens mœstumque vidistis. Nolite a sacris patriis<sup>7</sup> Junonis Sospitæ,<sup>i</sup> cui omnes consules facere necesse est,<sup>k</sup> domesticum et suum consulem potissimum avellere. Quem ego vobis (si quid habet aut momenti<sup>8</sup> commendatio, aut auctoritatis confirmatio<sup>f</sup> mea) consul consulem, judices, ita commendo, ut cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem, fortissimum in bello, inimicissimum huic conjurationi, quæ nunc rempublicam labeffectat, futurum esse promittam et spondeam.

<sup>f</sup> *Affirmatio.*

//////////

omissa præpositione, H S. Deinde, pro *reipublicæ* χ habet *P. R.*—6 *Lanuvio* C H S ψ. *Lanuvio* codd. Grævii, et nonnullæ edd. vett. Mox *tota* deest in H S χ. *causa* deest in C T.—7 *C patris*. Mox, *Suspitæ* Guelf. unde *Sispitæ* conj. Ernesti.—8 Cod. χ *habet momenti*. Mox, ut ante *cupid.* deest in C. *otii* deest in χ, pro quo ψ habet *hostis*. Denique, *studiosissimumque* C.

#### NOTE

<sup>h</sup> *Lanuvio*] In causis reorum veniebant e municipiis et e provinciis legati, ut pro reo deprecarentur.

<sup>i</sup> *Junonis Sospitæ*] Sospita Juno a servando dicta est. Hæc imprimis Lanuvii colebatur magna religione, ut docet Livius. Simulacrum fingebatur cum pelle caprina, hasta, et scutulo, et cum calceolis repandis.

Hanc Junonem, cujus Lanuvii ædes erat, Romani etiam colebant: unde sæpe Romanos, apud Livium legitur, misisse Lanuvium, qui sacrificio Junonem Sospitam placarent.

<sup>k</sup> *Facere necesse est*] *Facere*, est sacrum facere: faciebant autem, cum magistratum consules inibant, Lanuvii Junoni Sospitæ.

M. TULLII CICERONIS  
P R O L. F L A C C O

ORATIO XXIV.

---

---

ARGUMENTUM.

Cæsare et Bibulo coss. accusatus est de repetundis L. Flaccus, qui Asiam triennium pro prætore obtinuerat, a D. Lælio. Inter ejus defensores (nam tum tribus fere actionibus causæ perorabantur, uti e Cicero discimus) fuit Cicero; quo consule prætor fuerat Flaccus, Ciceronemque in vindicanda conjuratione juverat. Defensionis autem hæc est ratio, ut partim a superioris vitæ innocentia, a summis in rempubl. meritis ducatur, partim a Græcorum testium in universum omnium, tum horum imprimis, levitate, qui contra Flaccum testimonii dicendi causa ex Asia Romam venerant. In quo cum videretur eos offendere, aut certe minime consentientes habere, qui Græcos vehementer admirabantur, summo artificio magnam Græcis laudem concedit ingenii, inventarum et perfectarum artium, eloquentiæ, fidem autem negat. Diluuntur deinde etiam alia crimina; cum aurum avertisse, quod Judæi Hierosolymam mittere solebant quotannis, religionis causa, et civibus Rom. quibusdam injuriam fecisse, dicebatur.

[*Ed. Ald. p. 146.*] 1. 1. CUM in maximis periculis hujus urbis atque imperii, gravissimo atque acerbissimo reipublicæ casu, socio atque adjutore consiliorum periculorumque meorum,<sup>a</sup> L. Flacco, cædem a vobis, conjugibus, li-

NOTE

<sup>a</sup> *Periculorum meorum*] Cicero expositus fuit maximis periculis, quando Catilina contra rempub. conjuravit; quorum particeps fuit Flaccus, quia prætor erat.

beris vestris, vastitatem a templis, delubris,<sup>b</sup> urbe, Italia depellebam; sperabam,<sup>c</sup> iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem. Quod enim esset præmium dignitatis, quod populus Romanus, cum hujus majoribus<sup>c</sup> semper detulisset, huic denegaret; cum L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberanda patria laudem, prope<sup>2</sup> quingentesimo<sup>d</sup> anno reipublicæ, retulisset? 2. Sed si forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hostis,<sup>e</sup> aut laudis invidus extitisset; existimabam, L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum et lectissimorum<sup>3</sup> virorum iudicium esse subeundum. Et enim, quibus auctoribus et defensoribus omnium tum salus esset non civium solum, verum etiam<sup>4</sup> gentium defensa ac retenta, neminem unquam putavi per eos ipsos periculum hujus fortunis atque insidias creaturum.<sup>a</sup> Quodsi esset

<sup>a</sup> *Neminem putavi periculum creaturum esse Flacco per eos, quibus auctoribus salus civium et gentium defensa esset.*



CAP. I. 1 Verbum *sperabam* deest in  $\chi$ . Mox, Faërnus e codd. *honorum*; et sic Lamb. non improbante Grævio, improbante vero Ernesti. Franc. et edd. vet. servant *honoris*. Pro *deprecatorem* C habet *deprecaturum*.—2 Cod.  $\chi$  quoque. Edd. ante Ernesti distinguunt, *prope q. anno, reipublicæ retulisset*; et sic Orell. *reipublicæ* dativum esse, regique a verbo *retulisset*, docet Huld. Cf. Philip. 1. 12.—3 Steph. omittit *et lectissimorum*.—4 C *sed etiam*. Mox, *per eos ipsos neminem unquam putavi* malit Ernesti. Deinde, *insidias*

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Delubris*] Servius ait delubrum ita appellari, quod sub uno tecto plura complectatur numina, quia uno tecto diluatur; alii delubrum esse volunt locum ante templum, ubi aqua currat, a diluendo dictum; alii, locum in quo simulacrum dedicatum sit, ut ita ab Dei dedicato simulacro delubrum cæperit dici.

<sup>c</sup> *Hujus majoribus*] L. hic Valerius Flaccus traxit originem e Publio Valerio Poplicola, qui pro libertate civitatis contra Tarquinium regem pugnavit; qui cum in suspicionem regni affectandi venisset, questus

apud populum, quod de se aliquid timuisset, domum suam diruit; secures etiam dentis fascibus in populi concione submitit; legem de provocatione a magistratu ad populum tulit. Hinc Poplicola, quasi populi cultor, dictus est.

<sup>d</sup> *Prope quingentesimo*] A Valerio Poplicola ad præturam usque Valerii istius, quam gessit Cicerone consule, anni 666. numerantur; sed in istis supputandis non adeo accuratus est Cicero.

<sup>e</sup> *Virtutis hostis*] Virtus sæpe invidiam parit.

aliquando futurum, ut aliquis<sup>5</sup> de L. Flacci pernicie cogitaret; nunquam tamen existimavi, iudices, D. Lælium, optimi viri filium, optima ipsum spe præditum summæ dignitatis, eam suscepturum accusationem, quæ sceleratorum civium potius odio et furori, quam ipsius virtuti atque institutæ adolescentiæ conveniret. Etenim cum a clarissimis viris justissimas inimicitias sæpe cum bene meritis civibus depositas esse<sup>6</sup> vidissem, non sum arbitratus, quenquam amicum reipublicæ, posteaquam L. Flacci amor in patriam perspectus esset, novas huic inimicitias, nulla accepta injuria, denuntiaturum. 3. Sed quoniam, iudices, multa nos et in nostris rebus et in republica<sup>7</sup> fefellerunt; ferimus ea, quæ sunt ferenda: tantum a vobis petimus, ut omnia reipublicæ subsidia, totum statum civitatis, omnem memoriam temporum præteritorum, salutem præsentium, spem reliquorum,<sup>8</sup> in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc uno iudicio positam esse et defixam putetis. Si unquam respublica consilium, gravitatem, sapientiam,<sup>8</sup> providentiam iudicum imploravit; hoc tempore, hoc, inquam, tempore implorat. 11. Non estis de Lydorum, aut Mysorum, aut Phrygum, qui huc compulsi concitatique venerunt, sed de vestra republica iudicaturi, de civitatis statu, de communi salute, de spe bonorum omnium, si qua reliqua est etiam<sup>1</sup> nunc, quæ fortium civium mentes cogitationesque sustentet: omnia alia perfugia bonorum, præsidia innocentium, subsidia reipublicæ, consilia, auxilia, jura ceciderunt.<sup>2</sup> 4. Quem enim alium appellem? quem obtester?

<sup>b</sup> *Futurorum.*



curaturum Junt.—5 H ut aliquid. Mox, de Lucii Flacci χ. tamen deest in C. D. Lentulum in eodem cod. 6 Male distinguunt Crat. Garat. Beck. præditum, summæ dign. Cf. pro Sulla § 30. Orell. Deinde, civium deest in C. atque sic institutæ conj. Græv. atque instituto codex unus Faërne. 7 Plerique codd. atque institutæ; potest corruptum videri, cum adverbium aliquod, præclare, honeste, sic, desideretur. Attamen simile illud est Cluent. § 42. Orell. Vulg. est in octo Pall. adolescente T.—6 Verbum esse deest in ε. Mox, postea L. Flacci C. amor deest in χ. persecutus esset in eodem cod.—7 C reipublicæ. Pro ferimus idem habet fecimus. Paulo post, memoriam deest in eodem.—8 C omittit sapientiam. Actutum, prudentiam C S. iudicium C T. hoc tempore deest in C H S.

CAP. II. 1 C si qua reliqua etiam. Mox, alia profugia ε.—2 Ita codd. Ox-

quem implorem? Senaturne? at is ipse auxilium petit a vobis, et confirmationem auctoritatis suæ vestræ potestati permissam<sup>3</sup> esse sentit: an equites Romanos? judicabitis principes ejus ordinis quinquaginta,<sup>e</sup> quid cum omnibus seuseritis: an populum Romanum? at is quidem omnem suam de nobis<sup>4</sup> potestatem tradidit vobis. Quamobrem, nisi hoc loco, nisi apud vos, nisi per vos, judices, non auctoritatem, quæ amissa est,<sup>5</sup> sed salutem nostram, quæ spe exigua extremaque pendet, tenuerimus; [p. 147.] nihil est præterea, quo confugere possimus; nisi forte, quæ res hoc judicio tentetur, quid agatur, cui causæ fundamenta jaciuntur, judices, non videtis. 5. Damnatus est is,<sup>f</sup> qui Catilinam, signa patriæ inferentem,<sup>g</sup> interemit: quid est causæ, cur non is,<sup>h</sup> qui Catilinam ex urbe repulit,<sup>6</sup> pertimescat? repetitur ad pœnam, qui indicia communis exitii excepit: cur sibi confidat is, qui ea proferenda et patefacienda curavit? socii consiliorum, ministri, comitesque vexantur:



on. Guelf. Reg. duo Frauc. Venett. 1480. 1483. aliæ vett. *occiderunt* Lamb. 1584. Grut.—3 H  $\chi$  *commissam*.—4 Ita Memm. Lamb. Orell. Beck. Schutz. et sic conj. Faërn. *de bonis* exhibent codd. Oxon. Regg. al. cum reliquis edd. *Pro tradidit*, quod servant codd. Faërn, Pall. nonnulli, quatuor Oxon. Venett. 1480. 1483. Lamb. Grut. et recentt. *tradit* nonnulli Pall. T  $\zeta$ . *cecidit* Gruteri cod. *credidit* conj. Beck. Deinde, *nobis*  $\zeta$ .—5 Cod.  $\chi$  *commissa est*. Mox, *nihil est propterea C*. Deinde, *non videbitis*  $\zeta$ .—6 Pantag. et Lamb. e codd. *expulit*. Mox, *rapitur ad pœnam* Pall. 5. 7. 8. C H S  $\zeta$   $\chi$ , al. ap. Grut. item edd. Venett. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. *reperitur ad pœnam* T, Pal. 6. *petitur ad pœnam* Pal. 4. al. ap. Faërn. *qui judicia C S T. exitii cepit* C H S T  $\chi$ , Venett. 1480. 1483. Naug. Hervag. Manut. *ex. exceptit* cod. unus

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Principes ejus ordinis quinquaginta*] Cum soli senatores lege Cornelia, quam Cornelius Sulla tulerat, judicarent, L. Aurelius Cotta prætor ad populum tulit, ut tres ordines simul judicarent; id est, ex senatorio, ex equestri, et ex plebeio judices assumerentur. E plebe tribuni agrarii assumti sunt.

<sup>f</sup> *Damnatus est is*] C. Antonius, Hybrides dictus, pater Marcus Antonii, collega fuit Ciceronis; quem Cicero pactione provinciæ Macedoniae rei-

pub. devinxit. Hic post administratam provinciam accusatus fuit a M. Cælio, et damnatus.

<sup>g</sup> *Patriæ inferentem*] Antonius missus est contra Catilinam et Manlium, qui bellum reipub. inferebant.

<sup>h</sup> *Cur non is*] Cicero ait sibi timendum esse, qui profugere ex urbe Catilinam cœgit, ne damnetur quoque sicut damnatus est Antonius, et ut damnare voluit Flaccum, qui indices conjurationis Allobroges Romanam adduxit.

quid auctores,<sup>1</sup> quid duces, quid principes sibi expectent? 7  
Atque utinam inimici nostri<sup>8</sup> ac bonorum omnium, mecum  
potius<sup>k</sup> contendant! utrum tum omnes boni, duces nostri,  
an comites fuerint ad communem conservandam salutem \*

*Permulta desunt.*<sup>9</sup>

//////////

Faërn. Memm. et edd. recentt. *qui ea perferenda* χ.—7 C *expectentur*; T *expectantur*.—8 C S *restri*. Pro *mecum* C H S afferunt *me tu*; unde *metu* conj. Beck. Mox, pro *contendant*, C H S T habent *tum est*; χ *aut est*; *ς* *contenderint*. Al. ap. Græv. *contendunt, utrum tamen o. b. d. n. an comites*; Ven. 1480. 1483. Mediol. *tum est utrum tum o. b. d. n. an, &c.* Pro *tum*, C H S habent *cum*. Voc. *duces* deest in χ. *nostri* deest in H. *restri* habent C S. Pro *an* T habet *ante*.—9 'In C H S T nulla est lacuna; neque vero hic multa deesse videntur.' Beck. Fragmentum quod sequitur e cod. Ambrosianæ biblioth. Mediol. nuper eruit Angelus Maius, ediditque in libello sic inscripto: 'M. T. Ciceronis trium Orationum pro Scauro, pro Tullio, pro Flacco partes ineditæ cum antiquo scholiaste item inedito ad Orat. pro Scauro, invenit, recensuit, notis illustravit Angelus Maius Biblioth. Ambros. a linguis Oriental. Mediol. 1814.' Recus. Francof. ad Mænum 1815. \*\*\* *externum*<sup>1</sup> *cum domestica vita naturaque extarent. Itaque non patitur, D. Læli, te tibi hoc sumere, atque hanc ceteris in posterum, nobis in præsens tempus legem et conditionem constituere. \*\*\* Cum adolescentiam notaris, cum reliquum tempus ætatis turpitudinis maculis consperseris, cum privatarum rerum ruinas, cum domesticas labeas, cum urbanam infamiam, cum Hispaniæ, Galliæ, Ciliciæ, Cretæ, quibus in provinciis non obscure versatus est, vitia et flagitia protuleris, tum denique quid Tmolitæ<sup>2</sup> et Loreni de L. Flacco existiment audiemus. Quem vero tot tam gravesque provinciæ salvum esse cupiant, quem plurimi cives tota ex Italia derincti necessitudinis vetustate<sup>3</sup> defendant, quem hæc communis omnium nostrorum patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat, hunc etiamsi tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam. Quid? si neque tota, neque optima,<sup>4</sup> neque incorrupta; neque sua sponte, nec jure, nec more, nec vere, nec religiose, nec integre? si improvisa, si sollicitata, si concitata, si coacta, si impia, si temere, si putide, si inconstanter nomina misit in hoc iudicium per egentissimos testes; ipsa autem nihil queri v \* \* \* de injuriis potest? Tamen iudices, hæc ad breve tempus audita longinqui temporis cogniturarum rerum fidem derogabunt? Tenebo igitur hunc ordinem defensor, quem fugit inimicus et accusatorem urgebo atque insequar, et ultro crimen ab adversario flagitabo. Quid est, Læli, numquid ea \* \* vcre dicis?<sup>5</sup> Qui quidem non in umbra neque in illius ætatis disciplinis artibusque versatus est. Etenim puer cum patre consule ad bellum est profectus. Nimirum etiam hoc ipso nomine aliquid \* \* usus \* Hoc fragm. hoc loco inseruerunt Heinrichus, Schutz, Peyronius, Beier, et Orell. Hic variantes aliquot addidit, quas, pleniores tamen, subjungere licet: <sup>1</sup> [Quid attinuit adhibere testimonium] *externum* Heiurich, ex ingenio, quem sequitur Orell. Mox, *conditionemque statuere, [ut defensiones nostras ad accusatorum arbitrium accommodemus, non veniamus ad illam contentionem, ad quam nos causa ipsa deducit.]* Heinrich. et Orell.—<sup>2</sup> Ita, de conj. Maii, Beier,*

NOTE

<sup>1</sup> *Quid auctores*] Indicat quod si illi qui minus occupati sunt in Catiinæ conjuratione opprimenda rapiuntur ad prænam, si metuere debent, qui auctores fuerunt bonorum om-

nium consiliorum.

<sup>k</sup> *Mecum potius*] Optat ut potius secum contendant quam cum Flacco, qui nihil nisi Cicerone auctore fecit.

III. 6. Hunc igitur virum, Læli, quibus tandem rebus oppugnas? <sup>a</sup> Fuit, P. Servilio <sup>a</sup> imperatore, in Cilicia tribunus militum: <sup>b</sup> ea res siletur. Fuit M. Pisoni quæstor <sup>c</sup> in Hispania: vox de quæstura <sup>d</sup> nulla missa est. <sup>b</sup> Bellum Cretense ex magna parte gessit, atque una cum summo imperatore <sup>e</sup> sustinuit: <sup>f</sup> muta est <sup>1</sup> hujus temporis accusatio. Præturæ jurisdictio, <sup>g</sup> res varia et multiplex <sup>h</sup> ad suspiciones

<sup>a</sup> Accusas.

<sup>b</sup> Nullus male locutus fuit de eo.

//////////

Schutz. et Orell. *Molita* cod. Ambros. Actutum, et *Lorymeni* de Heinrichii conj. Beier, et Orell.—<sup>3</sup> Ita Schutz. non monito lectore; *necessitudine ac vetustate* Orell. *necessitudinum vetustate* conj. Mai. *necessitudine ac nominis vetustate* suspicabatur Peyron. *necessitudine ac vicinitate* Beier. *necessitudine ac vetustate* habet cod. Ambr. ‘‘*Vetustas*’ plane hic ponitur pro ‘*vetusta amicitia*,’ sive ‘*consuetudine*,’ ut in *Planciana* cap. 40. ubi consule Garat. Orell.—<sup>4</sup> Ambr. *optimos*; Peyr. conj. *optima pars*; Maii *optime*; Schutz. Orell. Beier, *optima*. Actutum, *incorruptos* Ambr. *incorrupte* Maii; *incorrupta* Schutz. Orell. Beier. Pro *si improvisa*, Heinric. Peyr. Beier, Orell. legunt *si impulsæ*. Pro *si impia*, Orell. de conj. dedit *si impie*. Pro *putide*, Heinric. Peyr. Beier, Orell. *cupide*. Deinde, *nomen suum misit* Heinric. Peyr. Beier, Orell. *vere de injuriis* in iisdem.—<sup>5</sup> *Læli*? Numquid *adulescentiam L. Flacci notasti*? Orell. cum Heinric. Numquid *ead \* \* \* d \* \* \* ea \* \* \* f \* \* \* no* Ambr. ap. Peyr. Numquid \* \* \* *ca \* \* \* \* vere \* \* \* dicis* Maii. Mox, *qui equidem* Ambr. Heinric. Peyr. *qui quidem* est de conj. Beier. Denique, *aliquid, quia suspiciose dici poterat, criminabare*] Heinric. et Orell.

CAP. III. I C S *invita est*; T *mutatu est*. Mox, *at vero* codd. plerique, omnes ap. Faërn. Guelf. sex Pall. duo Franc. Barb. C S T 5, ed. Wald. ab

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *P. Servilio*] P. Servilius proconsul Isaurus in Cilicia domuit, et inde Isauriens appellatus est.

<sup>b</sup> *Tribunus militum*] In legione decem erant cohortes. Primæ cohorti præerat tribunus militum, utpote virtute bellica ceteris superior. Tribunatus militaris primus aditus fuit ad honores, inde enim fiebant quæstores, deinde ædiles, &c.

<sup>c</sup> *M. Pisoni quæstor*] Quæstores cum prætoribus in provincias mittebantur. Is Piso Pupius dictus est, qui biennio post Ciceronem consulem consul fuit, et Q. Metello Cretico, et Q. Hortensio coss. triumphavit ex Hispania, quam postea provinciam coss. Crasso et Pompeio obtinuit, ex qua priore anno Metellus et Pompeius

victores discesserant.

<sup>d</sup> *Vox de quæstura*] Ita sanete se gessit in quæstura, et aliis primis muneribus, ut de iis nulla sit accusatio.

<sup>e</sup> *Summo imperatore*] Secutus est Metellum, qui, devicto a Cretensibus Antonio, totam insulam vi ferroque populatus, nihil de tam insigni victoria, quam cognomen Creticum, reportavit. Vide Flor. lib. III.

<sup>f</sup> *Sustinuit*] Cum Flaccus legatus esset Metello in eo bello, partem laborum sustinuit.

<sup>g</sup> *Præturæ jurisdictio*] Cicerone consule prætor urbanus fuit Flaccus, ideoque jurisdictionem exercuit inter cives.

<sup>h</sup> *Varia et multiplex*] Prætor, nisi



et simultates,<sup>i</sup> non attingitur: ea vero, in summo et periculosissimo reipublicæ tempore,<sup>k</sup> etiam ab inimicis laudatur. At a testibus<sup>2</sup> læditur. Antequam dico, a quibus,<sup>l</sup> qua spe, qua re<sup>3</sup> concitatis, qua levitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia præditis; dicam de genere universo, et de conditione omnium nostrum. Per Deos immortales! judices, vos, quomodo is, qui anno ante Romæ jus<sup>4</sup> dixerat, anno post<sup>m</sup> in Asia jus dixerit, a testibus quæretis ignotis?<sup>n</sup> ipsi conjectura nihil judicabitis?<sup>o</sup> In tam varia jurisdictione, tam multa decreta, tot hominum gratiosorum<sup>p</sup> læsæ<sup>5</sup> voluntates: quæ est unquam jacta non suspicio, quæ tamen solet esse falsa,<sup>q</sup> sed iracundiæ vox,<sup>r</sup> aut do-

<sup>c</sup> *Nemo eum accusat de hoc tempore.*



*inimicis eadem prætura laudatur* plurimi etiam codd. ap. Faërn. et Lamb. *ab inimicissimis* Pall. 2. 3. H χ. Manut. maluit *Et vero, &c. legi.*—2 *At Asiatica a testibus conj.* Pantag. probante Ursino. Grutero plura h. l. desiderari videntur.—3 Ita codd. Faërn. Pall. duo Franc. Barb. Guelph. T, et ed. Wald. item Lamb. Græv. et recentt. *qua spe, qua vi, qua re* quatuor codd. Oxonn. Venett. 1480. 1483. Junt. Crat. Lamb. 1566. *qua spe quam qua re* χ. *qua re* suspecta Berkio et Schntz. *Pro qua levitate, χ* habet *quale vita.*—4 *Pro jus H affert civis.* Verba, *jus dixerat, a. p. in A. jus dixerit* desunt in T. *jus* altero loco omissum est in C. *Pro dixerit, H S χ* dant *dixerat.*—5 <sup>c</sup> *Post*

#### NOTÆ

vir bonus sit, aut amicitia aut pecunia corruptus sententiam feret.

<sup>l</sup> *Et simultates*] Qui condemnati sunt, in odium contra prætorem facile veniunt.

<sup>k</sup> *Periculosissimo reipub. tempore*] Præturam exercuit conjurationis Catilinarie tempore, quo tota civitas scissa erat odiis.

<sup>i</sup> *A quibus*] Mores eorum describit, qui testes contra Flaccum producti sunt, qui facile corrumpi pecunia poterunt.

<sup>m</sup> *Anno post*] Completo præturæ anno Romæ, profectus est in Asiam, ubi anno tantum jus dixit in Asia, cum alii in aliis provinciis triennium dixerint.

<sup>n</sup> *Ignotis*] Queritur Cicero, quod Græci, qui Romæ ignoti sunt, et quo-

rum fides Romanis hominibus semper suspecta fuit, producantur testes contra Flaccum.

<sup>o</sup> *Ipsi conjectura nihil judicabitis*] Ostendit Cicero quod de probitate Flacci ex gesta Romæ prætura sumenda sit conjectura; nam cum varia ac multiplex ei occasio fuerit male judicandi, aut accipiendi pecuniam pro judiciis, nunquam tamen reprehensus est a quoquam.

<sup>p</sup> *Gratiosorum*] Gratiosi dicuntur, qui in gratia sunt apud alios propter merita et beneficia sua; quibus læsis, facile læduntur, præcipue quando condemnati sunt.

<sup>q</sup> *Solet esse falsa*] Facile plebs imperita in suspicionem venit, quæ sæpe falsa est.

<sup>r</sup> *Iracundiæ vox*] Non silent qui se

loris? 7. Et is est reus avaritiæ,<sup>d</sup> qui in uberrima re turpe compendium,<sup>e</sup> in<sup>6</sup> maledicentissima civitate, in suspiciosissimo negotio, maledictum omne,<sup>8</sup> non modo crimen effugit? Prætereo<sup>7</sup> illa, quæ prætereunda non sunt; nullum hujus in privatis rebus factum avarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem<sup>t</sup> posse proferri. Quibus igitur testibus ego hosce<sup>8</sup> possum refutare, nisi vobis? 8. Timolites<sup>9</sup> ille vicanus, homo non modo nobis, sed ne inter suos quidem notus, vos docebit, qualis sit L. Flaccus? quem vos modestissimum adolescentem, provinciæ maximæ sanctissimum virum, nostri exercitus fortissimum militem, diligentissimum ducem, temperatissimum legatum quæstoremque cognoverunt? quem vos præsentem constantissimum senatorem, justissimum prætorem, atque amantissimum<sup>10</sup> reipublicæ civem judicastis? IV. 9. De

<sup>d</sup> *Repetundarum.*<sup>e</sup> *Lucrum.*

*læsæ excidisse puto sunt.* Orell.—6 Præpositio *in* deest in C. Lambinus edidit, *in maledic. cir. maledictum omne, in susp. n. omnem suspicionem, non modo, &c.* contra omnes codd. et edd. vett. *in susp. genere negotio* T.—7 *Præterea* C. *quæ prætermittenda* H.—8 Cod.  $\chi$  *hostes*. Mox, post *refutare* Venett. 1480. 1483. addunt *testes*.—9 *Tmolites* Lamb. et Orell. *molites* C H S T. Ti. *Molites*  $\zeta$   $\chi$ . Pro *vicanus* Lamb. de conjectura Turnebi Advets. xxx. 4. legit *Nicenus*; C habet *inlevicanus*; T *ille ritanus*; Pall. 1. 4. *ille ritanus*. Vulgg. est in reliquis Pall. Paulo post, *vestri exercitus* C H S  $\chi$ . Deinde, *temperatissimum* Lamb. et Garat. *cognorunt* Faërn. et Lamb. *cognoverint* al. ap. Faëru. *cognoverit* Barb.—10 Ita Ernesti e vestigiis Guelf. pro vulg. *ac aman-*

## NOTE

læsos a iudice arbitrantur: itaque si nemo questus sit de Flacco, reus accusari non debet, præsertim cum tenuerit eam iurisdictionem, in qua maximum, licet infamem, quæstum facere potuisset.

<sup>6</sup> *Maledictum omne*] Tam purus est Flaccus, et integer, ut nullum non modo crimen, sed ne maledictum quidem ullum in maledica civitate conjectum sit.

<sup>1</sup> *Sordem*] Vix hæc vox in singulari usurpatur: et inelegantiam significat, et avaritiam in re familiari.

<sup>9</sup> *Timolites*] Tmolus mons in Lydia fuit, qui a Latinis Timolon dictus est, ubi fuit vicus, et patria Tmolitiæ illius. Sicut vero oppidanus ab oppido dicitur, ita a vico vicanus. Quædam domus in urbe, et extra urbem, vici dicuntur. Vici sunt alii in urbe, qui urbani; alii extra urbem, qui pagani dicti sunt. Ostendit autem hominis ignoti testimonium non esse anteponendum communi iudicio, quod de eo fit a civibus, a provinciis, &c.

quibus<sup>1</sup> vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? At<sup>2</sup> quos testes? primum dicam (id quod est commune) Græcos:<sup>x</sup> non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem;<sup>f</sup> nam, si quis unquam de nostris hominibus a genere isto, studio ac voluntate non abhorrens fuit, me et esse arbitror, et magis etiam tum, cum plus erat otii,<sup>y</sup> fuisse: sed sunt in illo numero multi boni, docti, pudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt; multi impudentes,<sup>3</sup> illiterati, leves, quos variis de causis video concitatos. [p. 148.] Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis literas, do<sup>4</sup> multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: denique etiam,<sup>5</sup> si qua sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorum religionem<sup>z</sup> et fidem nunquam ista natio coluit; totiusque hujusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. 10. Unde illud est, 'Da mihi testimonium mutuum?' num Gallorum, num<sup>6</sup> Hispanorum putatur? totum istud Græcorum est; ut etiam, qui Græce nesciunt, hoc, quibus verbis a Græcis dici soleat,<sup>a</sup> sciant. Itaque videte, quo vultu, qua confidentia

*f Detrahā.*

//////////

*tissimum*; Græv. e cod. Franc. 2. ed. 1472. et ed. Wald. dedit *et amantissimum*; Grævium secutus est Lallem. atque habent etiam C H S.

CAP. IV. 1 *De quibus* desunt in χ. Voc. *testes* secundo loco deest in χ. —2 *Atque C H S.* Mox, *hominibus* deest in χ. Paulo post. *tum* deest in C. Deinde, *sed si sunt C H S.*—3 Ita Naug. Heivag. Lamb. et recentt. *prudentes . . . imprudentes* Barb. H S T, Venet. 1480. 1483. *prudentes . . . impudentes* ε χ. Pro *iudicium* χ habet *studium*. H ε χ *deducti non sint.*—4 Pro *do* χ habet *de.*—5 Barb. *deinde etiam.* Mox, *aliqua s. n. r. t. legionem* C.—6 Ed. Wald.

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Græcos*] Non de iis Græcis loquitur qui provincias Græciæ, sed de illis qui in Asiam profecti, colonias tenuerunt; quæ gentes propter vanitatem et impudentiam ab omnibus, et a Romanis præcipue, contemptæ sunt. Eorum itaque testimonium sanctius Romanorum testimonio haberi non debet.

<sup>y</sup> *Cum plus erat otii*] Cum juvenis erat Cicero, neque adhuc ad rem.

pub. accesserat, Græcis plurimum detrahebatur.

<sup>z</sup> *Religionem*] Nunquam coluerunt Græci jurisjurandi religionem, quæ summa fuit apud Rom. testes enim jurabant: qui autem jurat, testem Deum facit: jusjurandum autem aliud nihil est quam religiosa, teste Deo, affirmatio.

<sup>a</sup> *A Græcis dici soleat*] Ea autem sunt, ut putat Erasmus, *Δάνειόν μοι*

dicant; tum intelligetis, qua religione dicant. Nunquam nobis<sup>7</sup> ad rogatum<sup>g</sup> respondent; semper accusatori plus, quam ad rogatum: nunquam laborant, quemadmodum probent, quod dicunt; sed quemadmodum se explicent<sup>h</sup> dicendo. Iratus Flacco<sup>b</sup> dixit M. Lurco, quod (ut ipse aiebat<sup>8</sup>) libertus erat ejus turpi judicio condemnatus: nihil dixit, quod læderet eum, cum cuperet; impediēbat enim religio: tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore et pallore dixit! II. Quam promptus homo P. Septimius!<sup>9c</sup> quam iratus de judicio, et de villico! tamen hæsitabat; tamen ejus iracundiæ religio nonnunquam repugnabat. Inimicus M. Cælius,<sup>d</sup> quod, cum in re manifesta putasset nefas esse, publicanum<sup>e</sup> judicare contra publicanum, sublatus erat<sup>f</sup> e numero recuperatorum:<sup>g</sup> tamen tenuit se, neque attulit in judicium quicquam ad læ-

<sup>g</sup> Interrogationem.

<sup>h</sup> Expediant.

//////////

non Gallorum non. Paulo post, sciunt C. dicunt χ.—7 C ε vobis.—8 Cod. χ agebat. Pro libertus C χ habent liberatus. Mox, quod læderat T. Actutum, eum omittunt plurimi codd. Vatt. ap. Faërn. Memm. Franc. 1.2. Barb. Gneff. et ed. Wald. eum servant meliores Pall. nihil d. quo læderet, cum, &c. conj. Lamb. quem cuperet codd. ap. H. Steph.—9 Servilius C S. Mox, de ante villico deest in Venett. 1480. 1483.

#### NOTE

μαρτυρίαν tamen ille credit dici oportere Χρήσόν μοι μαρτυρίαν. Videtur tamen Cicero respexisse ad illa verba, Δός τι καὶ λαβέ τι, id est, Da, et accipe.

<sup>b</sup> Iratus Flacco] Marcus Lurco testimonium dixit in Flaccum, iratus ei, quod libertus condemnatus fuisset ab eo accepta pecunia. At id dixit sollicite et anxie. Confert autem hic Romanos homines cum Græcis, et curam illorum in dicendis testimoniis, cum Græcorum levitate.

<sup>c</sup> P. Septimius] Profert aliud exemplum Septimii, qui cum iratus Flacco fuisset quod ejus villicum condemnasset, tamen metu religionis hæsitare videbatur.

<sup>d</sup> Inimicus M. Cælius] Eques Romanus fuit ille Cælius, et illius parens fortasse, qui a Cicerone defensus est.

<sup>e</sup> Publicanum] Publicani dicebantur qui publica vectigalia pop. Rom. et ultro tributa, quæstus sui causa, conducebant, sive in Italia, sive in provinciis. Ex equestri ordine omnes fere assumebantur.

<sup>f</sup> Sublatus erat] Ipse Cælius.

<sup>g</sup> Recuperatorum] Recuperatores dicuntur judices a prætore constituti, ut cognoscant eorum causas, qui spoliati se, aut vi dejectos dicunt, ut eorum judicio illi suum recuperent.

dendum, nisi voluntatem. v. Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores<sup>1</sup> ac disciplina plus valerent, quam dolor ac simultas; omnes se spoliatos, vexatos, fortunis eversos esse dixissent. Græcus testis<sup>h</sup> cum ea voluntate processit, ut lædat; non jurisjurandi, sed lædendi verba meditatur: vinci,<sup>i</sup> refelli, coargui putat esse turpissimum: ad id se parat; nihil aliud curat. Itaque non optimus quisque, nec gravissimus,<sup>2</sup> sed impudentissimus loquacissimusque deligitur. 12. Vos autem in privatis minimarum rerum judiciis testem diligenter expenditis:<sup>a</sup> etiam si formam hominis, si nomen, si tributum<sup>k</sup> nostis, mores tamen exquirere putatis: qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, ut se ipse sustentat! ut omnia verba moderatur! ut timet, ne quid cupide,<sup>l</sup> ne quid iracunde, ne quid plus minusve, quam sit necesse, dicat! Num illos item<sup>4</sup> putatis? quibus jusjurandum jocus est; testimonium ludus;<sup>m</sup> existimatio vestra tenebræ;<sup>n</sup> laus, merces, gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. Sed

<sup>a</sup> *Examinatis.*



CAP. V. 1 HS majores. Mox, plus valeret χ. se eversos esse H S χ. Pro processit, quidam ap. Lamb. legi malunt procedit. Verba sed lædendi desunt in T. nil aliud curat C.—2 C neque grav. Mox, sed imprudentissimus T. sed impudicissimus quædam edd. ap. Færn.—3 C nostris. Mox, pro qui autem, quod exhibent codd. Færn., C H S ε χ, edd. fere vett. qui cum habet ed. Wald. qui tum plerique Pall. codd. Victor. Franc. et Barb. sustentatur C.—4 Ita Guelf. et ε. idem habent edd. vett. Mox, pro tenebræ, Ant. Augustin. conj. tricæ. Pantag. conj. existimatio verbu; tenebræ laus; merces. Pro merces, ε habet mentes. Pro omnis, Grævius conj. omnibus, quod habet et Guelf.

#### NOTÆ

<sup>h</sup> *Græcus testis*] Jam ostendit quantum sit Græcorum-testium improbitas.

<sup>i</sup> *Vinci*] Si testimonio Græci non creditur, putat id sibi vitio verti; quare meditatur verba quæ in ferendo testimonio proferre debet, ut vinci, &c. non possit, et mendacium defendat.

<sup>k</sup> *Si tributum*] Tribus populi Rom. erant omnino 35. in quas universus ille populus divisus fuit.

<sup>l</sup> *Cupide*] Testis Romanus timet ne quid dicat offendendi cupiditate.

<sup>m</sup> *Testimonium ludus*] Proverbialis figura de iis quæ parvi fiunt: qualis est apud Græcos religio testimonii.

<sup>n</sup> *Tenebræ*] Alia proverbialis figura de rebus levissimis; nisi velit Cicero significare, a Græcis lucem dignitatis populi Romani contemni.

non dilatabo orationem<sup>o</sup> meam; etenim potest<sup>s</sup> esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimoniis dicendis explicare vanitatem: sed propius accedam: de his vestris testibus dicam. 13. Vehementem<sup>6</sup> accusatorem<sup>p</sup> nacti sumus, iudices, et inimicum in omni genere odiosum ac molestum; quem spero<sup>q</sup> his rebus fore magno usui et amicis et reipublicæ; sed certe inflammatus incredibili cupiditate, hanc causam accusationemque suscepit. Qui comitatus in inquirendo!<sup>r</sup> comitatum dico? immo vero quantus exercitus! quæ jactura! qui sumtus! quanta largitio! Quæ quantum utilia sunt<sup>7</sup> causæ, timide tamen dico; quod vereor, ne Lælius ex his rebus,<sup>s</sup> quas sibi suscepit gloriæ causa, putet aliquid, oratione mea, sermonis in sese, aut invidiæ esse quæsitum. VI. Itaque hanc partem totam relinquam: tantum a vobis petam, iudices, ut, si quid ipsi audistis communi fama atque sermone, de vi, de manu,<sup>t</sup> de armis, de copiis; memineritis, quarum rerum invidia, lege hac<sup>t</sup>



*proposita* suspectum est Ernestio; *posita* dedit Oliv.—5 Ita Guelf. Franc. 1. 2. Barb. S T  $\zeta$   $\chi$ , al. ap. Faërn. Venet. 1480. 1483. Lamb. *posset* Mediol. Naug. Grut. al. ante Ernesti. Mox, si deest in C. Pro *vanitatem*, C H S  $\zeta$   $\chi$  habent *levitatem*; T *veritatem, lenitatem*; Barb. *veritatem, levitatem*, quod Garat. iudicat extitisse e duabus lectt. conjunctis. Actutum, *sed proprius* T. *sed propius de his duo* Pall. *accedam* omittitur in  $\chi$ . Pro *vestris*, H S T  $\chi$  nostris.—6 *Vehementissimam* H  $\chi$ . Paulo post, *his verbis fore* plurimi codd. *his moribus fore* conj. Faërn. *his virtutibus fore* conj. Lamb. Deinde vero post *immo* deest in T et Barb. *vere* habet S. *exercitusque jact.*  $\chi$ . *quis sumtus* Barb. et Venet. 1480. *quantaque largitio*  $\chi$ . *quanta religio* Guelf.—7 Cod.  $\chi$  sint.

CAP. VI. I Pronomen *hac* deest in  $\chi$ . *ac* habet C. Pro *certus est*, Faërn. conj. *certus sit*, quod recepit Beck. Actutum, *inquisitori comitum* conj. Pan-

#### NOTÆ

<sup>o</sup> *Dilatabo orationem*] Non vult dilatare orationem, Græcorum mendaciis, explicandis.

<sup>p</sup> *Accusatorem*] Vehementem accusatorem Lælium dicit, quia odii causa Flaccum falsis testibus adductis persequitur.

<sup>q</sup> *Quem spero*] Ironia. Derogat etiam fidem accusatori, quod nimio odio agat in Flaccum.

<sup>r</sup> *In inquirendo*] Qui repetundarum

accusabant, et Romæ, et in provinciis, de vitiis inquirebant. Hic autem multa de ejus inquisitione dicit, ut eum in odium adducat.

<sup>s</sup> *Ex his rebus*] Id est, ex accusatione, et inquisitione.

<sup>t</sup> *De vi, de manu*] Intelligit vim, quam accusatores tanta hominum manu stipati adhibuerunt, cum tam odiose de vitiis Flacci inquirere vulerunt.

recenti<sup>u</sup> ac nova, certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. 14. Sed, ut hanc vim omittam, quanta illa sunt! [p. 149.] quæ<sup>2</sup> quoniam accusatorio jure et more<sup>x</sup> sunt facta, reprehendere non possumus, queri tamen cogimur: primum, quod, distributis partibus,<sup>y</sup> sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, quod L. Flacco est vehementer inimicus, contendisse<sup>c</sup> a Lælio, paterno amico<sup>z</sup> ac pernecessario, ut hunc hoc judicio arcesseret; omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc verisimilius Græcis hominibus videbatur, qui paulo ante<sup>3</sup> in eadem provincia familiarem<sup>a</sup> Lælium Flacco viderant. Pompeii autem auctoritas cum apud omnes tanta est, quanta esse debet, tum excellit in ista provincia, quam nuper et prædonum<sup>b</sup> et regum<sup>c</sup> bello liberavit. Adjunxit illa, ut eos,<sup>4</sup> qui domo exire<sup>d</sup> nolebant, testimonii denuntiatione terreret; qui domi

<sup>c</sup> Postulasse.



tagath.—2 Voc. quæ deest in χ. Pro more, σ habet morte. Naug. omittit distributis partibus. Mox, D. Lælio C σ. Voc. paterno suspectum fuit Manutio. Deinde, ut hoc judicio hunc arc. Guelf. perficiendum detulisse χ.—3 Barb. et Garat. quod p. ante. Mox, familiarem Lælium in eadem provincia edd. ante Ernesti, qui e Guelf. et ed. Wald. nostrum ordinem recepit. Idem Ernesti conj. familiarem Flacco Lælium.—4 T ut omnes. Pro nolebant, C S habent

#### NOTE

<sup>u</sup> *Lege hæe recenti*] Legem intelligit qua jubebatur, ut euntibus in provincias inquirendi causa quos repetundarum reos fecerant, certus comitum numerus esset, quem forte prætergressus est Lælius, cum majorem lege præscripta comitum numerum habuerit.

<sup>x</sup> *Et more*] Secundum morem Lælius obtinuit comites, quod arguere nemo potest: at quod longe numero plures habuerit, et quod armis instructi venerint, id se queri Cicero testatur.

<sup>y</sup> *Distributis partibus*] Lælius in varias partes totam Asiam distribuit illis suis comitibus, qui hunc sermonem divulgaverunt, nempe summis pre-

cibus Pompeium obtinuisse a Lælio ut Flaccum accusaret.

<sup>z</sup> *Paterno amico*] Pater Lælii amicissimus erat Pompeii.

<sup>a</sup> *Familiarem*] Græci illi conjicere potuerunt aut Flacco graviter offensum fuisse Pompeium, aut a Flacco insigne aliquod crimen commissum esse, cum accusaretur ab homine familiari et amico.

<sup>b</sup> *Prædonum*] Piraticum bellum confecit Pompeius: de quo vide Orat. pro Lege Manii.

<sup>c</sup> *Regum*] Tigranum et Mithridatis regnum populo Rom. subjecit. Vide eandem orationem.

<sup>d</sup> *Domo exire*] Minas intentavit Lælius iis, qui exire e domo et provincia

stare non poterant,<sup>e</sup> largo et liberali viatico<sup>f</sup> commoveret.<sup>d</sup>  
 15. Sic adolescens, ingenii plenus, locupletes metu, tenues<sup>5</sup>  
 præmio, stultos<sup>e</sup> errore<sup>g</sup> permovit: sic sunt expressa ista  
 præclara, quæ recitantur, psephismata,<sup>h</sup> non sententiis, ne-  
 que auctoritatibus declarata, nec jurejurando constricta,<sup>f</sup>  
 sed porrigenda manu,<sup>i</sup> profundendoque clamore multitudinis  
 concitata.

VII. O morem<sup>a</sup> præclarum, disciplinamque, quam a ma-  
 joribus accepimus, si quidem teneremus! sed nescio quo  
 pacto jam de manibus elabitur.<sup>1</sup> Nullam enim<sup>2</sup> illi nostri  
 sapientissimi et sanctissimi viri vim<sup>a</sup> concionis esse volu-  
 erunt. Quæ scisceret plebes,<sup>b</sup> aut quæ populus juberet;  
 submota concione, distributis partibus,<sup>c</sup> tributim et cen-

<sup>d</sup> Incitaret.

<sup>e</sup> Simplicis.

<sup>f</sup> Obligata.

<sup>a</sup> Valere.



volebant.—5 Cod. Lamb. *locupletis m. tenuis*; C habet *tenuos*. Mox, quæ reci-  
 tantur desunt in C H S χ. Denique, clamore deest in χ.

CAP. VII. 1 Cod. χ *dabatur*.—2 Voc. *enim* deest cod. Franc. edd. Faërn.  
 Manut. an. 1540. et Græv. Verba, *concionis e. v. q. s. p. a. q. p. juberet*, desunt

#### NOTE

sua, et venire in urbem nolebant, ut  
 contra Flaccum testimonium dice-  
 rent.

<sup>e</sup> *Qui domi stare non poterant*] Pe-  
 cunia alliciebat ad veniendum quo-  
 rum status domi erat dubius et in-  
 certus, aut propter egestatem, aut  
 contractum æs alienum.

<sup>f</sup> *Viatico*] Probat his verbis non  
 audiendos esse testes ejusmodi, cum  
 aperte lege Julia cautum sit, ne tes-  
 tes illi assumantur, qui ob dicendum  
 testimonium pecuniam acceperint.

<sup>g</sup> *Errore*] Delusit incautos sermo-  
 nibus quos sparsit de Pompeio.

<sup>h</sup> *Psephismata*] Psephismata sunt  
 testimonia seu decreta, quæ scripta  
 ad hoc judicium allata sunt. Vox hæc  
 Græca est, ψήφισμα, *decretum*, seu  
 sententia conclusa populi suffragiis.  
 Græcam vero vocem retinuit, quia  
 de re Græca agitur.

<sup>1</sup> *Porrigenda manu*] In concione, id  
 est, coacta multitudine, quæ ἐκκλη-  
 σία dicebatur, sive etiam in castris,  
 collectis militibus, apud Græcos sen-  
 tentiæ sublatis manibus et acclama-  
 tione declarabantur.

<sup>2</sup> *O morem*] Græcorum consuetu-  
 dini Romanam opponit, quam ita  
 laudat, ut etiam conqueratur jam  
 elabi e repub. quia vel negligitur, vel  
 non animadvertitur.

<sup>b</sup> *Quæ scisceret plebes*] Plebs a pa-  
 triciis separata fuit, populus vero  
 plebem et patricos continet. ‘Scis-  
 cere’ autem pertinebat ad plebem,  
 unde plebiscita: ‘jubere’ autem  
 ad populum, unde jussa populi dicta  
 sunt: ‘sciscere’ porro et ‘jubere’  
 nihil aliud est quam probare aliquid  
 suo suffragio, aut improbare.

<sup>c</sup> *Distributis partibus*] Id est, po-  
 pulus in tribus et curias dividebatur



turiatim descriptis<sup>b</sup> ordinibus,<sup>d</sup> classibus,<sup>e</sup> ætatibus, auditis auctoribus,<sup>f</sup> re multos dies promulgata et cognita, juberi vetarique voluerunt. 16. Græcorum autem totæ respublicæ sedentis concionis<sup>g</sup> temeritate administrantur. Itaque, ut hanc Græciam, quæ jamdiu suis consiliis percussa<sup>c</sup> et afflicta est, omittam; illa vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum.<sup>h</sup> Cum in theatro<sup>i</sup> imperiti homines, rerum omnium rudes ignarique consederant; tum bella inutilia suscipiebant; tum seditiosos homines reipublicæ præficiabant; tum optime meritos<sup>k</sup> cives e civitate ejiciebant. 17. Quodsi hæc Athenis tum, cum illæ non solum in Græcia, sed prope cunctis gentibus enitebant,<sup>l</sup> accidere sunt solita; quam moderationem putatis in Phrygia aut in Mysia<sup>l</sup> concionum fuisse? Nostras conciones<sup>m</sup> illarum nationum homines plerumque perturbant. Quid, cum soli sunt<sup>n</sup> ipsi, tandem fieri putatis?

<sup>b</sup> *Divisis.*

<sup>c</sup> *Eversa.*

//////////

in 7. quæ sciret plebs C H S. quæ si sciret plebs T. plebs etiam Memm.—3 H pulsa.—4 Ita codd. Faërne, Venet. 1480. 1483. eminebant edd. quædam vet. ante Lamb. sint solita H. Mox, putatis Venet. 1480. aut Mysia C.—5 Sex

#### NOTÆ

in comitiis: de utrisque jam dictum est orat. pro Murena § 1. et pro Lege Manil. § 2. porro cum in tribus populus erat divisus, sciscebat; cum in centurias, jubebat.

<sup>d</sup> *Ordinibus*] Tres fuerunt, senatorius, equestris, et plebeius.

<sup>e</sup> *Classibus*] In classes divisus fuit populus a Servio. Vide orat. pro Mur. § 47.

<sup>f</sup> *Auditis auctoribus*] Cum de lege aliqua ferendum erat suffragium, primo ab auctoribus populo vel in concione vel in comitiis proponebatur, seu promulgabatur per tres nundinas: tum populus suo suffragio vel legem illam probabat, et recipiebatur; vel vetabat, et antiquabatur.

<sup>g</sup> *Sedentis concionis*] In concione

stabant Romani, sedebant Græci.

<sup>h</sup> *Concionum*] Græcia concidit quia nimis promiscuæ multitudini licentiæ permissum est, quæ temeritate, non consilio regitur.

<sup>i</sup> *In theatro*] Conciones Athenis in theatro habebantur, Romæ in foro.

<sup>k</sup> *Optime meritos*] Ea erat populi licentia apud Athenienses, ut si quis opibus et potentia valeret, licet bene meritus de patria, decenniali exilio mulcetur.

<sup>l</sup> *In Phrygia aut in Mysia*] Regiones sunt Asiæ, ubi homines minus prudentes quam Athenis fuerunt.

<sup>m</sup> *Nostras conciones*] Conciones intelligit, quæ in illis provinciis a Romanis magistratibus habebantur.

Cæsus est virgis Cymæus <sup>6 n</sup> ille Athenagoras, qui in fame frumentum exportare erat ausus. Data concio Lælio est: <sup>7 o</sup> processit ille, <sup>p</sup> et Græcus apud Græcos non de culpa sua dixit, sed de pœna questus est: porrexerunt manus: psephisma <sup>q</sup> natum est. Hoc testimonium est? <sup>r</sup> Nuper epulati, <sup>s</sup> paulo ante omni largitione saturati, Pergameni, quod Mithridates (qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat) se velle dixit, id sutores, id zonarii <sup>8 t</sup> conclamarunt. Hoc testimonium est civitatis? <sup>u</sup> Ego testes a Sicilia <sup>9</sup> publice duxi: <sup>x</sup> verum erant ea testimonia non concitatae concionis, sed jurati senatus. 18. Quare jam non est mihi contentio <sup>y</sup> cum teste: vobis videndum <sup>10</sup> est,



codd. Oxon. soli sint.—6 *Cymicus* Barb. et edd. ante Faërn. *Cymneus* pluri-  
mi codd. *Cymeus* C. *Civicus* T. Actutum, ille *Antenagoras* nonnulli Pall. et  
Victor. qui in *furinae* χ.—7 Manut. a *Lalio* est. Mox, et ante *Græcus* deest  
in H S χ.—8 Edd. ante Ernesti, *id sutores, et zonarii*; codd. Victorii, non-  
nulli ap. Lamb. Franc. 1. duo Paris. *id sutores et coriarii*; Franc. 2. Venet.  
1480. *sutores et leorii*; Pantagath. conj. *id sutores, zonarii, et coriarii*.—9 *Ego*  
*testes e Cilicia* nonnulli ap. Græv.—10 Ita codd. Grnteri et Franc. 1. 2. *divi-*

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Cymæus* [*Cynicus*] Id est, e secta Diogenis Athenagoras, satis omnibus notus. Alii legunt, *Cymæus*, id est, urbis Cymæ in Asia incola. Is jussu prætoris Flacci virgis cæsus est.

<sup>o</sup> *Data concio Lælio est*] Ex verbis postea sequentibus videtur sic legendum, a Lælio data fuit ei Athenagoræ concio.

<sup>p</sup> *Processit ille*] Athenagoras Græcus levis apud homines sibi similes et leves questus est de pœna sibi a prætore inflicta.

<sup>q</sup> *Psephisma*] De hoc dictum superius, § 15.

<sup>r</sup> *Hoc testimonium est*] Testimonium ejusmodi quod tumultuario fit, legitimum haberi non debet.

<sup>s</sup> *Epulati*] Cum Mithridates psephisma contra Flaccum a Pergamenis habere vellet, hos epulis et dapibus conciliavit. Respicit autem ad illa animalia quæ ad culinam sagi-

nantur.

<sup>t</sup> *Zonarii*] Zonarii qui zonas conficiunt. Vult ostendere quod illud decretum adversus Flaccum a zonariis et sutoribus, id est, a levissimis e plebe hominibus, factum sit, non autem a præcipuis, quorum una in acensationibus et testimoniis valere debet auctoritas.

<sup>u</sup> *Hoc testimonium est civitatis*] Per indignationem ait non valere ejusmodi testimonium.

<sup>x</sup> *A Sicilia publice duxi*] Jam a suo exemplo ostendit aliam esse et sanctiorem agendi rationem apud Romanos. Nam Verrem accusaturus, Siciliensis senatus qui juraverat, testimonia produxit, cujus summa fuit auctoritas tum a religione, tum a dignitate. Jurabant enim qui dicturi erant testimonium.

<sup>y</sup> *Jam non est mihi contentio*] Ex adjuñctis et impulsione vanitatem tes-

sintne hæc testimonia putanda. VIII. Adolescens bonus, honesto loco natus, disertus, cum maximo ornatissimoque comitatu venit in oppidum Græcorum: postulat concionem: locupletes homines et graves, ne sibi adversentur,<sup>1</sup> testimonii denuntiatione deterret: egentes et leves spe legationis<sup>2</sup> et viatico publico, privata etiam benignitate prolectat:<sup>3</sup> opifices et tabernarios, atque illam omnem faciem civitatum, quid est negotii<sup>4</sup> concitare, in cum præsertim, qui nuper summo cum imperio<sup>5</sup> fuerit, [p. 150.] summo autem in amore esse, propter nomen ipsum imperii, non poterit? Mirandum vero est,<sup>2</sup> homines eos, quibus odio sunt nostræ secures,<sup>b</sup> nomen acerbitati,<sup>c</sup> scriptura, decumæ, portorium<sup>d</sup> morti, libenter arripere facultatem lædendi, quæcumque detur. 19. Mementote igitur, cum audietis psephismata, non audire vos testimonia; audire temeritatem

<sup>d</sup> *Invitat.*

<sup>e</sup> *Laboris.*

//////////

*dendum* codil. Victorii, plerique Pall. Barb. T χ. *devidendum* nonnulli Pall. *valde videndum* non Pal.

CAP. VIII. I C *aversarentur*; H S ε χ, Venett. 1480. 1483. *adversarentur*. Mox, *spe largitionis* Memm. Pall. 3. 6. H, alii codd. cum edd. Rom. Venet. 1480. Brix. Mediol. Junt. Pro *prolectat*, C habet *erigit*; H S *plectat*; T *profecta*; Barb. *profectos*; Venett. 1480. 1483. *perlectat*. Paulo post, *cum summo imperio* Venet. 1480. *cum in summo imp.* Barb. H S χ, Venet. 1483. *summo aut in amore* χ.—2 *Mirandum non est* C H S. Mox, *nomen* deest in ε. *acerbitatis* C H S T. *scripturæ* C S. *decimæ* C S T. *portorum* C S. *prætorium* H T. *mor-*

#### NOTÆ

tinum ostendit: 1. a Lælii persona; 2. a terrore quem locupletibus civibus incutit; 3. a modo quo sibi abjectissimos quosque devincit; 4. ab odio quo tenebantur illi contra Flaccum.

<sup>2</sup> *Legationis* [*largitionis*] *Legationis* melius in plerisque codicibus legitur: eos enim testes invitabat spe legationis, ad Romam veniendum, proposito viatico publico, quasi a civitatibus mitterentur.

<sup>5</sup> *Summo cum imperio*] Id est, cum imperio consulari venerat, quod summum habebant in provinciis præ-

tores, a quibus regebantur.

<sup>b</sup> *Nostræ secures*] *Secures* erant insignia potestatis Romanæ: duodecim consulibus præferebantur.

<sup>c</sup> *Acerbitati*] *Nomen acerbum* est illis populis, qui, cum natura sua levissimi sint, imperio regi se et comprimi non facile patuntur.

<sup>d</sup> *Scriptura, decumæ, portorium*] *Varia sunt vectigalia, et omnium optima* quæ a Romanis colligebantur; de quibus jam in orat. pro Lege Manil. diximus § 6. hæc autem omnia iustar mortis fuerunt illis populis.

vulgi, audire vocem levissimi ejusque, audire strepitum imperitorum, audire concionem<sup>+</sup> concitatam levissimæ nationis. Itaque perscrutamini penitus naturam rationemque criminum: jam nihil præter spem, nihil præter terrorem ac minas reperietis.\*

[*Decesse videntur nonnulla.*]

IX. 20. In ærario<sup>e</sup> nihil habent civitates, nihil in vectigalibus: <sup>f</sup> duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut versura,<sup>g</sup> aut tributo: <sup>h</sup> nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio<sup>1</sup> ulla recitatur. Quam vero facile falsas rationes<sup>f</sup> inferre, et in tabulas,<sup>i</sup> quodcumque commodum est, referre soleant,<sup>2</sup> ex Cn. Pompeii literis ad Hypsæum,<sup>k</sup> et Hypsæi ad Pompeium missis, quæso cognoscite: [*Literæ Pompeii et Hypsæi.*] Satisne vobis coarguere his auctoribus<sup>1</sup> dissolutam<sup>g</sup> Græcorum consuetudinem licentiamque impudentem<sup>h</sup> <sup>3</sup> videmur? nisi forte, qui Cn. Pompeium, qui præ-

<sup>f</sup> *Supputationes.*

<sup>g</sup> *Impiam.*

<sup>h</sup> *Mentiendi.*

//////////

*tis H. lædendique cum detur χ. lædendi quæcum detur H.—4 H contentionem; C T ε χ contentionem et concionem. Mox, rationem, copula ommissa, ε. Pro spem ε χ, et edd. quædam vet. habent speciem. Mox, in C H S T nulla est lacinæ nota.*

CAP. IX. 1 Cod. unus Oxon. *profectio.*—2 Idem cod. Oxon. *solent.* Mox, *Hipseum C H. Literæ Pompeii et Hypsæi* desunt in C. *Litteræ Pompeii ad Hypsæum et Hypsæi ad Pompeium* codd. Lambini.—3 H *impudentem.* Mox, *quem præsentem quem nullo in eodem codice. Deinde, aut r. putatis C S.*—

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *In ærario*] Ærarium, locus in quo urbis pecunia reponitur. Refutat autem quod dixerat adversarius, in ærario nihil fuisse pecuniæ, quasi a Flacco exhausta esset et abducta.

<sup>f</sup> *In vectigalibus*] Addebant accusatores nihil restare ex ea pecunia quæ ex vectigalibus colligitur.

<sup>g</sup> *Aut versura*] Versura est conversio quædam et mutatio æris alieni, seu debiti: ut si Titius debeat Caio ad Kalendas Januarias, et accipiat a Publio quod reddat ad Kalendas Decemb.

<sup>h</sup> *Aut tributo*] Tributum a tribuendo dicitur, illudque civitatibus aut populis imperatur.

<sup>i</sup> *In tabulas*] Tabulæ expensi et accepti servabantur in ærario.

<sup>k</sup> *Hypsæum*] Is forte est Hypsæus, qui competitor Milonis in consulatu fuit: Pompeii vero tum Hypsæi literæ publice a præcone recitatae sunt.

<sup>1</sup> *His auctoribus*] Pompeio et Hypsæo, quorum singularis in repub. auctoritas valere debet ad coarguendam Græcorum perfidiam.

sentem, qui nullo impellente fallebant, eos, urgente Lælio, in absentem et in L. Flaccum<sup>m</sup> aut timidos fuisse aut religiosos putamus. 21. Sed fuerint<sup>4</sup> incorruptæ<sup>a</sup> literæ domi: <sup>a</sup> nunc vero, quam habere auctoritatem, aut quam fidem possunt? Triduo lex ad prætorem deferri, iudicum<sup>5</sup> signis obsignari iubet: tricesimo die vix deferuntur. Ne corrumpi<sup>6</sup> tabulæ facile possint, idcirco lex obsignatas in publico poni voluit: at obsignantur corruptæ.<sup>b</sup> Quid refert igitur, tanto post ad iudices<sup>7</sup> deferantur, an omnino non deferantur?

x. Quid, si testium studium cum accusatore sociatum est?<sup>b</sup> tamenne isti testes habebuntur? Ubi est igitur illa expectatio,<sup>c</sup> quæ versari in iudiciis solet? nam antea, cum dixerat accusator<sup>d</sup> acriter et vehementer, cumque defensor suppliciter demisseque responderat,<sup>1</sup> tertius ille erat expectatus locus testium, qui aut sine ullo studio dicebant, aut cum dissimulatione aliqua cupiditatis. 22. Hoc vero<sup>2</sup> quid est? Una sedent, ex accusatorum subselliis<sup>e</sup> surgunt, non

<sup>a</sup> Veræ.<sup>b</sup> Voluntas testium juncta est.

4 Sed fuerunt T.—5 C T iudicium. Mox, vix deferunt 5.—6 Nec corrumpti S.—7 H post iudices; χ post ad iudicem. Mox, an o. n. deferantur desunt in eodem codice.

## NOTÆ

<sup>m</sup> In L. Flaccum] Flaccus Græcis illis non potuit esse graciosus, propter imperium quod apud eos exercuit: ideoque facile fuit Lælio eos impellere ad accusandum.

<sup>a</sup> Domi] Concedit Cicero literas illas fuisse sinceras in Græcia, ubi illæ scriptæ fuerunt; sed tamen contendit jam non valere amplius, quia lex iubeat ut post tres dies Romam delatæ ab inquisitore de repetundis, ad prætorem ferrentur.

<sup>b</sup> At obsignantur corruptæ] Fit obiectio velut ab adversariis, quod non solum veræ, sed etiam corruptæ literæ iudicum signis obsignantur: quare non sunt corruptæ, propterea

quod vix trigesimo die, quam Lælius ex Græcia rediit, hæ literæ ad proconsulem delatæ sint.

<sup>c</sup> Expectatio] Testes expectabantur, qui loco tertio dicere debent.

<sup>d</sup> Dixerat accusator] Primo loco dicebant accusatores; secundo defensores; tertio fiebant altercationes: tum interrogationibus, tum responsionibus, exagitandis testibus, qui modo ante actionem, modo in ipsa actione, modo post actionem dicebant.

<sup>e</sup> Subselliis] Cum surgant ex adversariorum subselliis illi accusatores, videntur ab iis corrupti. Et id est de quo Cicero queritur.

dissimulant, non verentur.<sup>3</sup> De subselliis queror? una ex domo prodeunt: si verbo titubarint,<sup>4</sup> quo revertantur,<sup>f</sup> non habebunt. An quisquam esse testis potest,<sup>g</sup> quem accusator sine cura interroget, nec metuat, ne sibi<sup>5</sup> aliquid, quod ipse nolit, respondeat? Ubi est igitur<sup>h</sup> illa laus oratoris, quæ vel in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? Bene testem interrogavit: callide accessit: reprehendit: quo voluit,<sup>6</sup> adduxit: convicit et elinguem reddidit. 23. Quid tu istum roges, Læli, qui, priusquam hoc, 'te rogo,' dixeris, plura etiam effundat,<sup>e7</sup> quam tu ei domi ante præscripseris? Quid ego autem defensor rogem? nam aut oratio testium refelli solet, aut vita lædi.<sup>i</sup> Qua disputatione orationem refellam ejus, qui dicit, 'dedimus:'<sup>k</sup> nihil amplius? In hominem<sup>81</sup> dicendum est igitur, cum oratio argumentationem<sup>d</sup> non habet. Quid dicam in ignotum? [p. 151.] Querendum est ergo<sup>m</sup> et deplorandum (id quod

<sup>e</sup> *Dicet temere.*

<sup>d</sup> *Refutationem.*

//////////

CAP. X. 1 H a m. sec. responderit.—2 *Hæc vero* T.—3 Verba, ex accus. s. s. n. d. n. verentur, desunt in  $\sigma$ .—4 Codd. Lambini, Barb. C T, Venet. 1480. titubaverint; et sic Turneb. ad Quintil. v. 7. Mox, non habent C S.—5 Codex unus Oxon. nec sibi.—6 Ita codd. Faërne, Barb. alii quam plurimi et edd. vet. quo noluit vulgg. ante Faërn.—7 Ita Ernesti e cod. Guelf. effundet reliqui codd. et edd. vet. Mox, proscripteris C. Deinde, Quid ergo  $\chi$ . tum pro autem habent H  $\chi$ . Pro lædi, C læsi.—8 In homines  $\chi$ . Post est in C H S

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Quo revertantur*] Non habent in quam domum revertantur, cum egentes sint, si non placeant iis a quibus pecunia conducti sunt.

<sup>g</sup> *An quisquam esse testis potest*] Conqueritur Cicero domi fuisse testes edoctos quid dicerent, quid interrogarentur, et quid ipsi interrogantibus responderent.

<sup>h</sup> *Ubi est igitur*] Ex his corruptis testibus tota laus oratoris dperditur, quæ in exagitandis testibus colligitur.

<sup>i</sup> *Vita lædi*] Anteaacta vita testium reprehenditur, ut intelligant iudices eorum testimoniis fidem adhibendam

non esse.

<sup>k</sup> *Dedimus*] Nihil aliud proferunt illi testes contra Flaccum, nisi quod dederunt illi pecuniam, quam modo in hoc iudicio ereptam sibi repetunt.

<sup>l</sup> *Nihil amplius? In hominem*] Cum nihil aliud dicat testis, esset ejus vita disentienda; sed qui id fieri potest, cum sit ignotus, utpote qui venerit ex Asia.

<sup>m</sup> *Querendum est ergo*] Concludit Cicero sibi querendum esse duntaxat de tam iniqua accusatione, et de tota accusatorum iniquitate, quæ sine ulla est religione, et quorum fidei nulla ratio habenda est.

iamdudum facio) de omni accusationis iniquitate: primum de communi genere testium: <sup>9</sup> dicet enim natio minime in testimoniis dicendis religiosa: propius accedo: <sup>e</sup> nego esse ista testimonia, quæ tu ipse psephismiata appellas; sed et fremitum <sup>f</sup> egentium, et motum quendam temerarium Græculæ concionis. Intrabo etiam <sup>10</sup> magis: <sup>e</sup> qui gessit, non adest: <sup>n</sup> qui numerasse dicitur, non est deductus: privatæ literæ nullæ proferuntur; publicæ retentæ sunt in accusatorum potestate: summa est <sup>o</sup> in testibus: hi vivunt cum inimicis; adsunt cum adversariis; habitant cum accusatoribus. 24. Utrum hic tandem <sup>p</sup> disceptationem <sup>11</sup> et cognitionem veritatis, an innocentiae labem aliquam ac ruinam fore putatis? Multa enim sunt ejusmodi, iudices, ut etiamsi in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tamen in conditione <sup>12</sup> atque in exemplo pertimescenda videantur. XI. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ <sup>1</sup> defenderem; tamen civem a civibus communis humanitatis jure ac misericordia deprecarer, ne

<sup>e</sup> Dico ultra.

<sup>f</sup> Vociferationem.

<sup>e</sup> Pergam ulterius.

//////////

plene interpungitur, et deinde *Igitur* majuscula litera scribitur.—9 *Voc. testium* deest in H S  $\zeta$ . *studio* legitur in T, *omnium* in  $\chi$ . Mox, pro *dicet*, quod habent  $\zeta$   $\chi$ , *dicit* legitur in Græv. Oliv. Lall. Pro *natio* C habet *ratio*. Paulo post, *sed* delevit Beck. quia in codd. Fæрни, Franc. aliisque Grævii, Barb. sex Oxon. et edd. pr. deest. *sed fremitum* habent Lamb. et Græv.—10 *Intra Boëtium*  $\psi$ . Paulo post, *hi v. cum amicis*  $\zeta$ .—11 S  $\chi$  *disceptationes*. Actutum, et *cognitiones* H S. *aut ruinam* codd. et edd. ante Ernesti.—12 Junt. Victor. Mamt. C. Steph. Hervag. et Græv. *in imitatione*. Actutum, atque *etiam exemplo* T.

CAP. XI. I Codex unus Oxon. *vitæ*. Mox, *civis civem* edd. quædam vet. unde Garat. conj. *civis a civibus*. C *deprecaret*;  $\chi$  *deprecer*. C S *ne accusatoribus*. Iidem codd. et H *confessoribus*;  $\zeta$  *confectoribus*. Pro *conviris* H S  $\chi$  habent *conviviis*; T *cois vel conviviis*. Paulo post, *dederitis* C H S T, et mox

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Qui gessit, non adest*] Profert alias circumstantias, ex quibus patet quam iniqua sit illa accusatio, v. g. quod ille per quem data fuit pecunia, non adsit, quod nullæ publicanorum et aliorum literæ proferantur, qui sunt in Asia Romani.

<sup>o</sup> *Summa est*] Tota vis illius causæ

in testibus consistit, qui idonei testes non sunt, quia in domo sunt inimici, &c.

<sup>p</sup> *Utrum hic tandem*] Arguit quod illi testes non tam ad cognoscendam veritatem, quam ad Flaccum opprimendum comparentur.

ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris consessoribus,<sup>9</sup> convivis, contubernalibus,<sup>r</sup> ne hominibus, levitate Græcis, crudelitate barbaris, civem ac supplicem vestrum dederetis; ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterum proderetis. 25. Sed, cum L. Flacci res agatur, cujus ex familia qui primus<sup>2</sup> consul factus est, primus in hac civitate consul fuit;<sup>s</sup> cujus virtute regibus exterminatis, libertas in republica constituta est; quæ usque ad hoc tempus honoribus, imperiis, rerum gestarum gloria, continuata permansit; cumque ab hac perenni contestataque virtute majorum, non modo non degenerarit<sup>3</sup> L. Flaccus, sed, id quod maxime florere in generis sui gloria<sup>4</sup> viderat, laudem patriæ in libertatem vindicandæ prætor adamarit;<sup>t</sup> in hoc ego reo ne quod perniciosum exemplum prodatur, pertimescam, in quo, etiamsi quid errasset,<sup>u</sup> omnes boni connivendum esse



*proderitis* C.—2 Codex unus Oxon. *qui prius*. Paulo post, pro *imperiis*, quod habet cod. Victor. edd. item Græv. et Lall., *imperii* legitur in codd. Faërne, Gruteri, Barb. omnibus Pall. Franc. 1. 2. nonnullis Paris. C T χ. *imperio* in Venett. 1480. 1483. Mediol. Verb. Oliv.—3 C H S T, Barb. Venett. 1480. 1483. et Hervag. *degeneraverit*; *ς denegaverit*; al. *degeneravit*.—4 Ita codd. Victorii, tres Oxon. Pal. 2. Rom. Brix. Venet. 1483. Mediol. Ald. Junt. Crat. Victor. Hervag. Grut. Græv. *in qua m. f. generis sui gloriam* omnes codd. Faërne, septem Pall. Franc. 1. 2. Barb. Memm. Lamb. Beck. Orell. *in quo m. f. generis sui glorium* conj. Ernesti: *id quod maxime* desunt in C. *in qua maxime* habet T. *quod maxime* χ. Mox, *in laudem* ς. Deinde, *adamaverit* H S, Ven. 1480. 1483. Hervag. Naug. Manut. *adamavit* al. ap. Græv. *in hoc ergo* C ς.

## NOTE

<sup>9</sup> *Consessoribus*] Consessores illi sunt qui in eisdem sedent subselliis.

<sup>r</sup> *Contubernalibus*] Contubernalis vox translata est a militia, dicebaturque de militibus decem, qui sub uno papilione degebant, quibus præerat decanus, qui et caput contubernii dicebatur.

<sup>s</sup> *Primus in hac civitate consul fuit*] De eo superius jam dictum est. Nota tantum dici a Cicerone hunc primum fuisse consulem, non quod primus omnium consul fuerit, sed quod ejecto Collatino, primo cum Bruto consuli suffectus sit A. U. C. 244.

<sup>t</sup> *Prætor adamarit*] Cum seditionem Catilina excitavit, is Flaccus prætor erat urbanus, quo, in ea detegenda, Cicero consul usus est. Allobroges autem ad pontem Mulvium cum comitatu deprehendit, atque Antonio alteri consuli prætoris fuit, in opprimendo Catilinæ exercitu.

<sup>u</sup> *Etiansi quid errasset*] Error leve delictum est, quod non fit animo nocendi, quod ideo dissimulandum est, nec severe in illud animadvertendum: quare ait in eo esse connivendum.



arbitrarentur? 26. Quod quidem ego non modo non postulo, sed contra, iudices, vos oro et obtestor, ut totam causam, quam maxime intentis oculis, (ut aiunt) acerrime contem-plemini:<sup>h</sup> nihil religione testatum,<sup>x</sup> nihil veritate<sup>s</sup> fundatum, nihil dolore expressum;<sup>y</sup> contraque omnia corrupta libidine, iracundia, studio, pretio, perjurio reperientur.

XII. 27. Etenim jam universa istorum cognita cupiditate, accedam ad singulas querelas criminationesque<sup>1</sup> Græcorum. Classis<sup>a</sup> nomine pecuniam civitatibus imperatam queruntur; quod nos factum, iudices, confitemur. Sed, si hoc crimen est; aut in eo<sup>2</sup> est, quod non licuerit imperare; aut in eo, quod non opus fuerit navibus; aut in eo, quod nulla, hoc prætore, classis navigarit. Licuisse ut intelligas, cognosce, quid, me consule, senatus decreverit, cum quidem nihil a superioribus continuorum<sup>b</sup> annorum decretis<sup>3</sup> decesserit. [*Senatusconsultum.*]<sup>a</sup> Proximum est ergo, opus fuerit classe, necne,<sup>4</sup> quæramus. Utrum igitur hoc Græci statuent, aut ullæ<sup>5</sup> exteræ nationes, an vestri prætores, vestri duces, vestri imperatores? Equidem existimo, in ejusmodi<sup>6</sup> regione atque provincia, quæ mari cincta, por-

<sup>h</sup> *Animadvertatis diligenter.*

<sup>a</sup> *In classem ædificandam.*

<sup>b</sup> *Annorum continentium.*



prodeatur χ. cohibendum esse in eodem cod. condonandum esse al.—5 C nil relig. . . . nil dol. . . . nil veritate. Mox, perjurio reperietis C H S.

CAP. XII. 1 Codex unus Oxon. criminationemque.—2 Verba aut in eo desunt hic in χ. Mox, secundo loco in eo desunt in eodem codice. Pro prætore ε habet tempore. Deinde, navigarat H.—3 Voc. decretis deest in χ. Actutum, discesserit Lamb. probante Garat. decesserat C S ε.—4 Post necne plene interrupxit C, et a v. Quæramus novam periodum inchoavit.—5 C aut ille; ε aut illæ. Paulo post, an v. p. v. iudices Guelf. alii quam plurimi codices et editio Waldensis.—6 H χ hujusmodi. Mox, distincta in ε.—

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Nihil religione testatum*] Vana erant, et nullius momenti hæc Græcorum psephismata, seu contra Flac-corum decreta, quia nullius juramento testata erant.

<sup>y</sup> *Nihil dolore expressum*] Nemo de aliqua injuria sibi a Flacco illata

conquestus est.

<sup>a</sup> *Senatusconsultum*] Hic illud se-natusconsultum, quod factum est Ci-cerone consule, a præcone lectum est, quo prætoribus potestas facta est civitatibus pecuniam imperandi ad classem instituendam.

tubus distincta, insulis circumdata esset, non solum præsidii, sed etiam ornandi imperii causa, navigandum fuisse. 28. Hæc enim ratio ac magnitudo<sup>7</sup> animorum in majoribus nostris fuit, ut, cum in privatis rebus, suisque sumptibus, minimo contenti, tenuissimo cultu viverent, in imperio atque in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremque revocarent. Quæritur enim in re domestica continentiae laus;<sup>8</sup> in publica, dignitatis. [p. 152.] Quodsi etiam præsidii causa classem habuit, quis erit tam iniquus, qui reprehendat?<sup>9</sup> Nulli erant prædones. Quid? nullos fore, quis præstare<sup>c</sup> poterat? Minuis, inquit, gloriam Pompeii.<sup>b</sup> Immo tu auges molestiam. 29. Ille enim classes prædonum, urbes, portus, receptacula<sup>c</sup> sustulit; pacem maritimam summa virtute atque incredibili celeritate confecit:<sup>d</sup> illud vero neque suscepit, neque suscipere debuit, ut, si qua uspiam navicula prædonum apparuisset, accusandus videretur.<sup>10</sup> Itaque ipse in Asia, cum omnia jam bello terra marique confecisset, classem tamen iisdem istis civitatibus imperavit. Quod si tum statuit opus esse, cum ipsius præsentis nomine tuta<sup>11</sup> omnia et pacata esse poterant; quid, cum ille decessisset, Flacco existimatis statuendum et faciendum fuisse? XIII. 30. Quid nos hic? nonne ipso Pompeio auctore, Silano<sup>1</sup> et Murena consulibus,<sup>e</sup> decrevimus, ut classis in Italia navigaret? nonne eo ipso tempore, cum

<sup>c</sup> Promittere.



7 Codex unus Oxon. a magnitudine. Mox, pro cultu, H χ habent sumptu.—8 Cod. ε locus.—9 Cod. χ tam inimicus ut reprehendat.—10 Codex unus Oxon. videtur.—11 Voc. tuta deest in eodem cod.

CAP. XIII. 1 Silano C H. Mox, pro Italia, χ habet Asia, et omittit eo. Deinde, ter deest in H T. sex et quadragesies habet χ. Pro erogabamus, quod

#### NOTÆ

<sup>b</sup> Gloriam Pompeii] Quasi mare prædonibus non purgasset. Vide orat. pro Lege Manilia, quæ tota fere de laude ejus est.

<sup>c</sup> Receptacula] Loca sunt, in quæ se prædones recipiebant, ut tutius essent.

<sup>d</sup> Incredibili celeritate confecit] Bello maritimo finem imposuit intra quadraginta dierum spatium.

<sup>e</sup> Silano et Murena cons.] Illi anno urbis 691. in consulatum Ciceroni et Antonio successerunt.

L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum<sup>f</sup> sestertium ter<sup>g</sup> et quadragies erogabamus?<sup>h</sup> Quid postremo<sup>d 2</sup> anno? nonne M' Curio<sup>i</sup> et P. Sextilio quæstoribus, pecunia in classem est erogata? quid? hoc omni tempore equites in ora maritima non fuerunt? Illa est enim gloria divina Pompeii: primum prædones eos, qui tum, cum illi bellum maritimum<sup>k</sup> gerendum datum est, toto mari dispersi<sup>3</sup> vagabantur, redactos esse omnes in potestatem: deinde Syriam<sup>l</sup> esse nostram, Ciliciam<sup>m</sup> teneri, Cyprum per Ptolemæum<sup>n</sup> regem nihil audere: præterea Cretam Metelli virtute<sup>o</sup> esse nostram: nihil esse, unde profiscantur; nihil, quo revertantur:<sup>p</sup> omnes sinus,<sup>q</sup> promontoria,<sup>r</sup> littora, insulas, urbes maritimas, claustris imperii

<sup>d</sup> *Superiore.*

//////////

est a Lamb., *rogabamus* habent codd. et edd. vett.—2 Ita codd. et edd. vett. etiam Junt. Hervag. Faërn. Lamb. *postero* Venet. 1483. Nang. Camer. Schutz. Orell. *Qui postremo* χ. Mox, *M. Curtio* in eodem cod. *M. Cicero*. codd. Grævii, et Grut. *Sestullio* codd. Grævii, C H S. *Serpillo* cod. Grut. *in classe* χ. *in classem rogata* Mediol. Deinde, *ora deest* in ε.—3 H S *disperse*. T *vagabuntur*. Pro *deinde*, C H S habent *demum*. Tum, *Cyliciam* C. *per deest* in H ε χ, Barb. Venett. 1480. 1483. Pro *præterea*, C H ε exhibent *propterea*. Pro *virtute*, T ε *virtutem*. Mox, in C bis scribitur *nil*. Denique,

#### NOTE

<sup>f</sup> *Mare superum et inferum*] Mare superum Adriaticum dicitur, et inferum Tyrrhenum, in quod Italia quasi procurrit.

<sup>g</sup> *Sestertium ter*] De sestertiis fuse dictum est in orat. pro Rose. Comædo.

<sup>h</sup> *Erogabamus* [*rogabamus*] Victis bello populis pecunia imperabatur, eandem populus Rom. rogabatur.

<sup>i</sup> *Nonne M' Curio*] A M' Curio rogata et impetrata est, ad classem instruendam, pecunia.

<sup>k</sup> *Bellum maritimum*] Bellum maritimum contra piratas a Pompeio gestum est, lege lata a Gabinio.

<sup>l</sup> *Syriam*] Syriam cum Cilicia Pompeius Tigrani eripuit, et adjecit imperio Rom.

<sup>m</sup> *Ciliciam*] Cilicia regio est Asiæ,

inter Pamphyliam ad Occasum, et Syriam ad Ortum.

<sup>n</sup> *Cyprum per Ptolemæum*] Populi Rom. et Pompeii beneficio Cyprum Ptolemæi obtinuerunt. Cyprus porro insula est Maris Mediterranei in Isico sinu inter Ciliciam et Syriam; ejus fertilitas celebratur.

<sup>o</sup> *Metelli virtute*] De Metello loquitur, qui a devictis Cretensibus Creticus dictus est.

<sup>p</sup> *Revertantur*] Prædones nullum jam locum habent quo se recipiant, præda potiti.

<sup>q</sup> *Sinus*] Sinus est maris pars, quasi brachiis terræ interjecta.

<sup>r</sup> *Promontoria*] Promontoria loca sunt editiora, et quasi montes procurrentes in mare.

nostri contineri. 31. Quodsi, Flacco prætore,<sup>4</sup> nemo in mari prædo fuisset, tamen hujus diligentia reprehendenda non esset: idcirco enim, quod hic classem habuisset, existimarem non fuisse.<sup>5</sup> Quid, si L. Oppii,<sup>5†</sup> L. Agrii, C. Cestii, equitum Romanorum, hujus etiam clarissimi viri, Cn. Domitii,<sup>u</sup> qui in Asia tum legatus fuit, testimonio doceo, eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, complures a prædonibus esse captos? tamen Flacci consilium<sup>x</sup> in remigibus imperandis reprehendetur? Quid,<sup>6</sup> si etiam occisus est a piratis Adramitenus,<sup>y</sup> homo nobilis, cujus est fere nobis omnibus nomen auditum, Atinas pugil,<sup>z</sup> Olympionices?<sup>a</sup> hoc est apud Græcos (quoniam de eorum gravitate dicimus) prope majus, et gloriosius, quam Romæ triumphasse. At neminem cepisti. Quam multi oræ maritimæ clarissimi viri præfuerunt, qui cum prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt?<sup>e</sup> casus est enim

<sup>e</sup> *Reddiderunt.*



verba, omnes s. p. l. i. u. m. claustris, desunt in C, spatio relicto; *insulas* deest in  $\chi$ . *continere*  $\zeta$ .—4 *Pro prætore* C legit *iret*. Paulo post *existimantem*  $\chi$ .—5 *Quod L. Eppii* T. *Quod si L. Eppii* S  $\zeta$   $\chi$ , septem Pall. Grut. et edd. vett. Mox, *L. Agrii* C H S. *L. Ager* T. *Agrii*  $\chi$ , omisso prænomine. Deinde, *C. Cesti* H S  $\chi$ . *C. Testi* T.—6 *Qui*  $\chi$ . Mox, *Adramytenus* Oliv. Lall. Beck. *Adriamotenus* C. *Adriametenus* S. *Adriamettenus*  $\zeta$ . *Adriatenus*  $\chi$ . *nobilis* deest in eodem cod. Deinde, *Atinas pugil* C H S. *At in Aspigillo* T. *At*

#### NOTÆ

\* *Existimarem non fuisse*] Tantæ utilitatis fuit Flaccum classem comparavisse, ut ab illo tempore prædones in mari nulli visi sint.

<sup>†</sup> *L. Oppii, &c.*] Equites Romanos appellat, qui omnibus iudiciis erant notissimi, et quibus referentibus, eo tempore quo instructa classis fuit a Flacco, multi a piratis intercepti sunt.

<sup>u</sup> *Cn. Domitii*] Domitius, ut conjicere licet, sedebat inter iudices, qui legatus in Asia Flacco fuit. Postea vero cum Messala consulatum gessit.

<sup>x</sup> *Flacci consilium*] Concludit Flaccum arguendum non esse, classem imperavisse.

<sup>y</sup> *Adramitenus*] Adramiteos, teste Plinio, olim Pegasus, Troadis oppidum.

<sup>z</sup> *Atinas pugil*] Atinas ille pugil fuit: pugil autem is dicitur apud Græcos, qui cæstibus pugnat.

<sup>a</sup> *Olympionices*] Dicebatur Olympionices, qui victoriam retulerat in ludis Olympicis, qui maxima totius Græciæ celebritate Olympiæ in urbe habebantur.

in capiendo,<sup>b</sup> locus, eventus, occasio: defendendi<sup>c</sup> facilis est cautio,<sup>f</sup> non solum latibulis<sup>d</sup> occultorum locorum, sed etiam tempestatum moderatione<sup>g</sup> et conversione.<sup>h</sup> XIV. 32. Reliquum est, ut quærat, utrum<sup>i</sup> ista classis, cursu et remis, an sumtu tantum et literis navigarit.<sup>e</sup> Num id igitur<sup>2</sup> negari potest,<sup>f</sup> cujus rei cuncta testis est Asia, bipartito<sup>a</sup> classem distributam fuisse, ut una pars supra Ephesum,<sup>g</sup> altera infra Ephesum navigaret? hac classe M. Crassus, vir amplissimus, ab Æno<sup>b</sup> in Asiam, his navibus Flaccus ex Asia in Macedoniam<sup>i</sup> navigavit. In quo igitur prætoris est diligentia requirenda? in numero navium,<sup>k</sup> et in descriptione<sup>3</sup> æquabili sumtus? dimidium ejus, quo Pompeius erat usus,<sup>m</sup> imperavit. Num potuit parcius?

<sup>f</sup> Est facile cavere.

<sup>g</sup> Tranquillitate.

<sup>h</sup> Inelementia maris.

<sup>a</sup> In duas partes.

//////////

is Aspugillo χ. Olympionicas C S. Olimpionices T.—7 Verba, def. facilis est cautio, desunt in χ. occasio defendendi facilis est, cautionem solum, &c. al. ap. Græv.

CAP. XIV. 1 Pro utrum C S ζ habent nostra: deest in T. utrum nostra edd. ante Faërn. ista deest in S. cursu et desunt in codd. Victor. cursu tantum in quinque Pall. Barb. T.—2 Num igitur codd. sex Oxon. et edd. vett. Mox, pro supra χ præbet sumpta; pro infra ζ affert in. Verba ab Æno desunt in C. ab uno legit T. ab Æno codd. Faërn, Memm. Pall. Venet. 1483. ab Hemo, sive Hæmo al. in Asia hîis nav. T.—3 Barb. an in descr.—

#### NOTÆ

<sup>b</sup> In capiendo] Ut capiat prædones qui oram maritimam tætur; ipsi capiendus est locus et occasio. At id sæpe casu potius quam diligentia accidit.

<sup>c</sup> Defendendi] Prædo se defendere, ne capiat, facile potest.

<sup>d</sup> Latibulis] Non facile prædo reperitur, quia in locis occultis latet.

<sup>e</sup> Sumtu et literis navigarit] Restat jam ut videatur an persoluta tantum pecunia fuerit Flacco, nec ullam ille classem instruxerit.

<sup>f</sup> Num id igitur negari potest] Probat jam classem illam navigasse.

<sup>g</sup> Ephesum] Urbs Ionix fuit, et Dianæ templo celeberrima.

<sup>h</sup> Æno] Ænos urbs fuit in Thracia, Delph. et Var. Clas.

ex qua Homerus Thracas venisse Trojanis in auxilium narrat.

<sup>1</sup> In Macedoniam] Macedonia amplissima Europæ regio, quæ a Macedone Jovis filio sic dicta est. Hæc centum quinquaginta populis dominata est.

<sup>k</sup> In numero navium] Ostendit non excessisse in numero navium Flaccum, nec in sumtibus pecuniæ, cum longe pauciores Pompeio numerum habnerit, nec plures quam ille et Sulla sumtus fecerit.

<sup>3</sup> In descriptione, &c.] Vult hic exprimere Cicero quantum unaquæque civitas debeat solvere, ut in exigendis tributis vulgo fit.

<sup>m</sup> Quo Pompeius erat usus] Confecto

Cicero.

5 B B

Descripsit autem pecuniam ad Pompeii rationem,<sup>b</sup> quæ fuit accommodata L. Sullæ descriptioni; [p. 153.] qui, cum in omnes Asiæ civitates pro portione pecunias descripsisset,<sup>c</sup> illam rationem in imperando sumtu et Pompeius et Flaccus secutus est; neque est adhuc tamen ea summa<sup>d</sup> completa. 33. Non refert vero.<sup>e</sup> Quid lucretur?° cum enim genus imperatæ pecuniæ<sup>p</sup> suscipit; id, quod tu crimen esse vis, confitetur. Qui<sup>e</sup> igitur<sup>7</sup> probari potest, in ea pecunia non referenda,<sup>9</sup> crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? At enim<sup>8</sup> negas fratrem meum,<sup>r</sup> qui L. Flacco successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse. Equidem Quinti fratris mei laude<sup>9</sup> delector;<sup>s</sup> sed aliis magis, gravioribus atque majoribus: aliud quiddam statuit, aliud vidit:<sup>t</sup> existimavit, quocumque tem-

<sup>b</sup> Secundum descriptionem Pompeii.

<sup>c</sup> Quomodo.



4 Codex unus Oxon. a *Pomp. ratione*.—5 Ita Beck. et Schutz. cum in omnes A. civ. proportionæ civ. desc. Lamb. de conj. cum omnes Asiæ civitates proportionæ in provincias descr. Græv. et al. ante Ernesti; cum omnes A. civ. pro portione in provincia descr. tres codd. Oxon. et Orell. et sic volebat Græv. probante Wolf. Mox, *sumptum est C χ. et F. secuti sunt nonnulli codd. ap. Faërn.*—6 Non r. vere H ζ. Mox, pro *genus* plerique codd. ed. Wald. Lamb. Græv. Lall. habent *onus*. Deinde, *suscepit χ.*—7 *Quid igitur χ. crimen si ipsum* in eodem cod.—8 *Au enim ζ. ullam deest in χ.*—9 *Manut. hac laude.*

#### NOTÆ

bello terra marique, Pompeius classem Asiæ civitatibus imperavit, ut jam dictum est.

<sup>d</sup> *Ea summa*] Summa a Flacco imperata non tota impensa fuit, neque ab eo relata in rationum tabulas; id videlicet ab adversariis objiciebatur.

<sup>e</sup> *Non refert vero. Quid lucretur*] Respondet objectioni adversariorum, nihil referre quantum ipsi pecuniæ superfuerit post instructam a se classem.

<sup>p</sup> *Genus imperatæ pecuniæ*] Per genus imperatæ pecuniæ, pecuniam generaliter impensam intelligit.

<sup>9</sup> *Referenda*] Rationes tum quid referre dicitur, cum exponit quid in ta-

bula expensi, quid in tabula accepti sit.

<sup>r</sup> *Fratrem meum*] Quintus Cicero, post administratam a Flacco Asiam, administrandam ipse suscepit, ubi triennium fuit.

<sup>s</sup> *Laude delector*] Attulerat accusator exemplum Q. fratris, qui summa cum integritate provinciam illam rexerat.

<sup>t</sup> *Vidit*] Vidit, id est, alia fuit ejus animi ratio; nam credidit se statim habiturum classem, atque auditum fuerit de piratis, quare eo sumtu remigum Asianos liberavit. Non tamen idcirco Flaccus arguendus est, si sumtum illum instituerit, quia jam ante se similis fuerat institutus.

pore auditum quid esset de prædonibus, quam<sup>e</sup> vellet subito, se classem comparaturum: denique hoc primus frater meus in Asia fecit, ut hoc sumtu remigum civitates levaret: crimen autem tum videri solet, cum aliquis sumtus instituit eos, qui antea non erant instituti, non cum successor aliquid<sup>10</sup> immutat de institutis priorum. Flaccus, quid alii postea facturi essent, scire non poterat; quid fecissent, videbat.

XV. 34. Sed, quoniam de communi totius Asiæ crimine<sup>1</sup> dictum est, aggrediar jam ad singulas civitates; ex quibus sit sane nobis prima civitas Acmonensis. Citat præco<sup>u</sup> voce maxima legatos Acmonenses.<sup>x</sup> Procedit unus Asclepiades: prodeant.<sup>2</sup> Etiamne præconem<sup>3</sup> mentiri coëgisti?<sup>y</sup> est enim, credo, is vir iste, ut civitatis nomen<sup>z</sup> sua auctoritate sustineat; damnatus turpissimis judiciis<sup>a</sup> domi, notatus literis publicis;<sup>b</sup> cujus de probris,

<sup>e</sup> *Quantumvis.*

//////////

Paulo post, *sumptu remigum* χ.—10 Voc. *aliquid* deest in χ. Mox, *postea* deest in eodem cod.

CAP. XV. 1 Ita edd. ante Grut. item Beck. Schutz. Orell. *de totius communis Asiæ* cr. codd. Gruteri; *de communis Asiæ* cr. conj. Græv. *est dictum* Faërn. Mox, *Æmonensis* vulgg. ante Grut. *Acinonensis* Franc. 1. et Barb. *Acrimonensis* Franc. 2. et edd. pr. Actutum, *Citat p. v. m. l. Acmonenses* desunt in T.—2 Ita codd. plerique: defendit Garat, *prodeant ceteri* e cod. uno Faërn Lamb. *prodeant*, de Grævii sententia, transposuit ante v. *procedit* Schutz.—3 C S *prætozem*. Mox, *mentire* C. Paulo post, *cujus* deest in C.—

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Citat præco*] Præco publicus fuit minister, qui missos ab illis populis homines ad dicendum testimonium appellavit.

<sup>x</sup> *Acmonenses*] Hi populi a Plinio dicuntur esse in Phrygia. Transit autem ad singularum civitatum testes refellendos.

<sup>y</sup> *Mentiri coëgisti*] Plures videlicet testes appellabat præco, et unus duntaxat Asclepiades prodiit; quare mentiri coactus est ab accusatoribus.

<sup>z</sup> *Civitatis nomen*] Tantæ vir est auctoritatis Asclepiades, ut solus

sua civitatis dignitatem sustineat, cum ipse totius civitatis nomine missus sit. Ironice loquitur, ut ejus deprimat fidem.

<sup>a</sup> *Damnatus turpissimis judiciis*] Lege Tullia arcebatur a ferendo testimonio, qui publico judicio damnatus fuerat: quare Asclepiadis non valere debet testimonium.

<sup>b</sup> *Literis publicis*] Acmonensium literis, quas de eo miserant, et quas extare Cicero significat, infamis declaratur.

adulteriis, ac stupris extant Acmonensium literæ; quas ego non solum propter longitudinem,<sup>f</sup> sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum, prætereundas puto. Dixit<sup>e</sup> publice data drachmarum<sup>d</sup> CCVI millia: <sup>4</sup> dixit tantum: nihil ostendit,<sup>e</sup> nihil protulit: sed adjunxit id, quod certe, quoniam erat domesticum, docere debuit, se privatim<sup>f</sup> drachmarum CCVI millia dedisse. Quantum sibi ablatum homo impudentissimus dicit, tantum nunquam est ausus, ut haberet, optare. 35. Ab A. Sextilio<sup>5g</sup> dicit se dedisse, et a suis fratribus. Potuit dare Sextilius; nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.<sup>h</sup> Audiamus igitur Sextilium: fratres denique<sup>6</sup> ipsi prodeant: quam volent, impudenter mentiantur: et, quod nunquam habuerint, dedisse se dicant: tamen aliquid fortasse coram producti dicent, in quo reprehendantur. Non deduxi,<sup>i</sup> inquit, Sextilium. Cedo<sup>g</sup> tabulas: non deportavi. Fratres saltem

<sup>f</sup> *Prolixitatem.*

<sup>g</sup> *Produc.*

//////////

4 Verbum *millia* hic et ante *dedisse* omittunt nonnulli codd. in *drachmis CCVII* Pall. in *drachmis CVII* C. *dix. publ. data drachmarum CCV* H S. *d. p. data dragmarum CCV* T. *datum ad rachmarum CCVI* ζ. *datum drachmarum CCLX* χ. *dixit datum dragmarum CCVI* Barb. *dix. publ. datum drachmarum CC et VI et dixit tantum* Venett. 1480. 1483. *dixit publ. datum drachmarum CC et VI millia: dixit tantum* Nang. Herv. Manut. et *dixit etiam* C H S. Mox, *nil protulit* C. *sed deest* in χ. *Verba, sed adjunxit . . . dedisse* desunt in Franc. 2. *se privatim dicitur* [lacuna] *dedisse* C. *privatim dicitur etiam* ζ.—5 *At A. Sestullio* χ. *Ab A. Sextilio* C H. *didicit se* H S. *et deest* in C H ζ.—6 *Voc. denique* omittitur in χ. Mox, *habuerunt . . . repre-*

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Dixit*] Ille Asclepiades, testis Acmonensium, dixit ducenta et sex millia drachmarum Flacco fuisse numerata.

<sup>d</sup> *Drachmarum*] Drachmæ Græcorum sunt pecuniæ. Ex Budæo, quælibet valet denarios seu Turonicos tres et semissem.

<sup>e</sup> *Nihil ostendit*] Non ostendit publicas tabulas, quibus se revera missum esse constaret nomine civitatis.

<sup>f</sup> *Se privatim*] Privatim, id est, pro sua parte.

<sup>g</sup> *Ab A. Sextilio, &c.*] Acceptam mutuo ab A. Sextilio, et a fratribus suis pecuniam dicit se dedisse Flacco.

<sup>h</sup> *Mendicitatis*] Non potuit accipere pecuniam a suis fratribus, quia sunt illi tam pauperes et mendici quam ipse Asclepiades.

<sup>i</sup> *Non deduxi*] De provincia, sive ex Asia Sextilium non deduxisse Asclepiades respondet; ex quo, et ceteris quæ sequuntur, mendacium ejus arguitur.



exhibe: non denuntiavi. Quod ergo<sup>7</sup> unus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, existimatione damnatus, impudentia atque audacia fretus, sine tabulis, sine auctore jecerit, id nos, quasi crimen, aut testimonium pertimescimus? 36. Idem laudationem, quam nos ab Acmonensibus<sup>8</sup> Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat: cujus quidem laudationis jactura exoptanda nobis fuit. Nam, ut signum publicum inspexit<sup>9</sup> præclarus iste auctor suæ civitatis, solere suos cives ceterosque Græcos, ex tempore<sup>k</sup> quod opus sit, obsignare dixit. Tu vero tibi habeto istam laudationem: nec enim Acmonensium testimonio<sup>10</sup> Flacci vita et dignitas nititur: das<sup>h</sup> enim mihi, quod hæc causa maxime postulat, nullam gravitatem, nullam constantiam, nullum firmum in Græcis hominibus consilium, nullam denique esse testimonii fidem. Nisi vero hactenus ista formula testimonii atque orationis tuæ describi ac distingui<sup>i</sup><sup>11</sup> potest, ut Flacco absenti aliquid civitates tribuisse dicantur; Lælio præsentem, per se agentem, vi legis,<sup>l</sup> jure accusationis, opibus præterea suis terrenti ac minanti, nihil temporis causa<sup>k</sup> scripsisse aut obsignasse videantur. XVI. 37. [p. 154.] Equidem in minimis rebus sæpe res magnas vidi, judices, deprehendi ac teneri, ut in hoc Asclepiade. Hæc, quæ est<sup>l</sup> a nobis prolata laudatio, obsignata erat

<sup>h</sup> Concedis.<sup>i</sup> Declarari.<sup>k</sup> Fortuito.

henduntur in eodem cod. reprehenduntur etiam in H.—7 Quid ergo? H S. Quid ego χ. Mox, atque deest in eodem cod. Deinde, pro jecerit, codd. Gruteri, et edd. vett. habent legerit. Paulo post, pertimescimus C H 5 χ.—8 Acrimonensibus T. Amonensibus χ. dicebant 5. expetenda C S. exoptata T.—9 C an spexit; 5 χ inspexi. Male in nonnullis edd. post ex tempore interpungitur. Ernesti, quid opus C H S.—10 C S laudatione. Mox, nullam constantiam desunt in χ. Deinde in eodem cod. legitur testimoniis.—11 C S distribui atque distingui. Mox, Lælio præsertim H. jure accusatoris χ.

CAP. XVI. 1 Ita codd. Faërne, Lambini, Franc. 1. 2. Gneif. Barb. C H S 5 χ, et edd. vett. est deest in edd. Maunt. 1510. Gryph. Steph. et al. usque ad

## NOTE

<sup>k</sup> Ex tempore] Asclepiades rejicit res offert, concedatur a civibus sine publicum urbis suæ testimonium, nulla matura deliberatione. quod videlicet ejusmodi testimonii <sup>l</sup> Vi legis] Legem dicit, qua hoc de genus fortuito, ac statim atque se Flacco iudicium constitutum est.

creta illa Asiatica;<sup>m</sup> quæ fere est omnibus nota nobis: qua utuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in privatis literis, quas quotidie videmus mitti a publicanis,<sup>n</sup> sæpe unicuique nostrum. Neque enim testis ipse signo inspecto falsum nos proferre<sup>o</sup> dixit, sed levitatem totius Asiæ protulit, de qua nos et libenter et facile concedimus. Nostra igitur laudatio (quam ille temporis causa nobis datam dicit, datam quidem confitetur) consignata creta<sup>2</sup> est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datum, ceram esse vidimus.<sup>p</sup> 38. Hic ego, iudices, si vos Acmonensium decretis, si ceterorum Phrygum literis permoveri<sup>3</sup> putarem, vociferarer, et, quantum maxime possem, contenderem: testarer publicanos,<sup>q</sup> excitarem negotiatores, vestram etiam conscientiam<sup>r</sup> implorarem: cera deprehensa, confiderem totius testimonii fictam<sup>s</sup> audaciam manifesto comprehensam atque oppressam teneri. Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo<sup>t</sup> in hoc inso-

<sup>1</sup> *Mejactitabo.*



Ernesti. *nobis perlata* T. Mox, *cera illa* C H S. Paulo post, *etiam deest* in χ.—2 C H S *cera*, ut supra. Pro *autem* H χ *habent tum*. Mox, pro *vidimus* quod habent codd. Fæрни, Franc. 1. 2. Guelf. ed. Wald. Lamb. Græv. Lall. *videmus* præferunt Grut. et vulgg. ante Ernesti.—3 C *promoveri*. Mox, *quam maxime* Barb. χ, Græv. Lall. *contendere* conj. Gulielm. Pro *conscientiam* C H S ε χ *dant scientiam*; T *summam*. Pro *cera* χ *habet cetera*. Verba *atque*

#### NOTÆ

<sup>m</sup> *Creta Asiatica*] Asiaui creta literas suas obsignabant, quemadmodum jam nos cera, quam Hispanicam dicimus. Probat autem a signi materia legitimam esse laudationem, quæ ab Acmonensibus profertur.

<sup>n</sup> *Publicanis*] Publicani redemerant Asiæ vectigalia.

<sup>o</sup> *Falsum nos proferre*] A signo quo laudatio Acmonensium obsignata erat, eam esse legitimam Asclepiades testatus est, sed levitatem popularium suorum causatus est.

<sup>p</sup> *Ceram esse vidimus*] Hinc arguit falsitatem testimonii contra Flaccum prolata, quod illud cera obsignatum

erat, non creta Asiatica; quare illud non in Asia, sed in domo Lællii et scriptum et obsignatum esse contendit.

<sup>q</sup> *Testarer publicanos*] Asclepiades testimonio fidem non habendam esse confirmat, idque ipso publicanorum et negotiatorum testimonio qui sunt in Asia.

<sup>r</sup> *Conscientiam*] Probat etiam ab ipsa iudicum conscientia, qui visa cera confiteantur oportet falsum esse illud testimonium.

<sup>s</sup> *Fictam*] Visa illa cera ait non opus esse convicere mendacii, deprehensos esse manifestissime.

lentius, neque in istum nugatorem,<sup>4</sup> tanquam in aliquem testem, invehar, neque in toto Acmonensium testimonio, sive hic confictum est, ut apparet, sive missum domo est, ut dicitur, commovebor. Etenim, quibus ego istam laudationem remittam, quoniam sunt (ut Asclepiades dicit) leves, horum testimonium non pertimescam.

XVII. 39. Venio nunc ad Dorylensium<sup>1a</sup> testimonium; qui producti, tabulas se publicas ad speluncas<sup>b</sup> perdidisse dixerunt. O pastores,<sup>c</sup> nescio quos, cupidos literarum! siquidem nihil istis,<sup>2</sup> præter literas, abstulerunt. Sed aliud esse causæ suspicamur, ne forte isti parum versuti esse videantur. Pœna est, ut opinor, Dorylæi<sup>3</sup> gravior, quam apud alios, falsarum et corruptarum literarum: si veras<sup>d</sup> protulissent, criminis nihil erat; si falsas, erat pœna: bellissimum putarunt, dicere amissas. 40. Quiescant igitur, et me hoc in lucro<sup>e</sup> ponere, atque aliud<sup>4</sup> agere patiantur. Non sinunt: supplet enim ille nescio quis,<sup>f</sup> et privatim dicit se dedisse.



*oppressam* desunt in  $\zeta$ .—4 Cod.  $\chi$  *injustum nugatorem*. Idem pro *invehar* legit *irruerat*. Paulo post, *ego laudationibus istam remittam* C.

CAP. XVII. 1 *Dorylensium* deest in T.—2 C *nil istis*. Mox, pro *suspicamur*  $\chi$  legit *supplicamur*.—3 Ita Ernesti e codd. suis et edd. vet. *Dorylæi* codd. Faërne, Pall. Victorii, Franc. 1. 2. Paris. S T  $\zeta$ , Venet. 1483. Ascens. Crat. Hervag. Lall. et Beck. *Doryli* codd. Græteri; *Dorrali* C H. *Dorilai* Barb. *Dorylensium* Grnt. et vulgg. ante Ernesti. Mox, *literarum* deest in  $\chi$ . *si vera protulissent*  $\chi$ . *nil erat* C. *si falsa*  $\chi$ . *erat* deest in T.—4 *H atque aliud me*; S *et me aliud*; T *atque ad me*;  $\zeta$   $\chi$  *atque aliud agere me*. Mox, *Non sinent*  $\chi$ . *enim* deest in T. *iste nescio qui* codd. Faërne; *qui* præfert Garaton.—

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Dorylensium*] Jam refutandum aggreditur Dorylensium testimonium. Est autem Dorylaum, teste Plinio, oppidum in Phrygia.

<sup>b</sup> *Speluncas*] Speluncas aliquas intelligit, ubi frequentes erant pastores.

<sup>c</sup> *O pastores*] Ridet hic testimonium illorum hominum, quod tam ridicule quam Acmonensium proferunt.

<sup>d</sup> *Si veras*] Dorylenses illi vel li-

teras nullas, vel falsas habuerunt: si nullæ sunt, eas proferre non potuerunt; si falsæ, non ausi sunt, quia digni erant pœna propter falsum suum testimonium.

<sup>e</sup> *In lucro*] Jaectura ista causæ plurimum prodest.

<sup>f</sup> *Nescio quis*] Vir quidam nullius nominis, deficientibus omnibus, proferitur, qui dicit se pecuniam privatim Flacco dedisse.

Hoc vero ferri nullo modo potest. Qui<sup>5</sup> de tabulis publicis recitat iis, quæ in accusatoris potestate fuerunt,<sup>g</sup> non debet habere auctoritatem: sed tamen iudicium fieri videtur, cum tabulæ illæ ipsæ, cujusquemodi sunt, proferuntur: cum vero<sup>6</sup> is, quem nemo vestrum vidit unquam; nemo, qui mortalis esset, audivit; tantum dicit,<sup>a</sup> ‘Dedi;’ dubitatis, iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge<sup>h</sup> nobilissimum civem<sup>i</sup> vindicetis.’ Atque<sup>7</sup> huic eidem nuper tres equites Romani honesti et graves, cum in causa liberali<sup>k</sup> cum, qui asserebatur,<sup>l</sup> cognatum suum esse diceret, non crediderunt.<sup>m</sup> Qui hoc evenit,<sup>8</sup> ut, qui locuples testis<sup>n</sup> doloris et sanguinis sui<sup>b</sup> non fuerit, idem sit gravis auctor injuriæ publicæ? 41. Atque hic<sup>9</sup> Dorylensis nuper cum efferretur<sup>o</sup>

<sup>a</sup> Non probat.

<sup>b</sup> Cognati sui.



5 Quia C H S T, Pall. et edd. vett. ap. Grut. Mox, recitatur C H S. recitant hic χ. Deinde, pro iudicium, edd. quædam vett. habent indicium, quod correxerunt Faërn. et Lamb. videtur cui cum Venet. 1483. Pro cujusquemodi C H S T, Barb. et Venet. 1480. 1483. habent cujuscemodi; cujusmodi χ. cujuscumque modi codd. Lamb. cuicimodi Schutz. e conjectura, et Beck.—6 C nemo. Paulo post, pro dubitatis, quod habent ed. 1584. Grut. et seqq. dubitatis exhibent ε χ, Venet. 1483. Junt. Crat. Manut. Camer. Faërn. Lamb. Orell. civem judicetis ε. civem vindicetis C.—7 Atqui solus Lamb.—8 Qui contemnit Schutz. de Gulielmii conj. probante Huldr.—9 At hic χ, probante Huldr. Atqui hic codd. Lambini. Actutum, Dorylensis CS. cum hæc ferentur

#### NOTÆ

<sup>g</sup> In accusatoris potestate fuerunt] Cum triduo fuerint, ut jam superius dictum est, in accusatoris potestate, illæ tabulæ valere non debent; nam ut valerent, oportebat eas ad prætorem deferre: quare ex iis fieri iudicium non potest.

<sup>h</sup> Phryge] Haberi fidem non oportet homini despecto, (hæc enim Phrygum natio servilis est habita) cum præsertim ignotus omnino Romæ sit, ac dicat tantum se dedisse pecuniam.

<sup>i</sup> Nobilissimum civem] Non debet prævalere testimonium hominis ejusmodi contra Flaccum, cujus nota est omnibus nobilitas et virtus.

<sup>k</sup> In causa liberali] Causa liberalis dicitur, quæ actionem in se libertatis continet.

<sup>l</sup> Asserebatur] Asseri est vindicari in libertatem.

<sup>m</sup> Non crediderunt] Non crediderunt equites illi homini, cum testimonium pro suo cognato ferret: ergo ei credi etiam non debet in iudicio repetundarum, cum hominem nobilissimum accusat.

<sup>n</sup> Locuples testis] Locuples est testis, cui credi oporteat, quia neque pecunia corruptus, neque injusta aliqua causa inductus est, ad falsum aliquod testimonium proferendum.

<sup>o</sup> Efferretur] Proprie mortuorum

magna frequentia, consessuque vestro, mortis illius invidiam in L. Flaccum Lælius conferebat. Facis injuste, Læli, si putas periculo nostro vivere tuos contubernales; <sup>p</sup> præsertim quod <sup>10</sup> tua negligentia factum arbitremur: homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam <sup>q</sup> ficorum objecisti; cujus mors te ex aliqua parte relevavit: edacem enim hospitem amisisti. Flacco vero quid profuit, qui valuit <sup>e</sup> tamdiu, dum huc prodiret; mortuus est, aculeo <sup>r</sup> jam dimisso, <sup>11</sup> ac dicto testimonio? At istud <sup>12</sup> columen actionis tuæ, Mithridates, posteaquam, biduum retentus <sup>s</sup> testis a nobis, effudit, quæ voluit, omnia, reprehensus, convictus, fractusque <sup>d</sup> discessit, ambulat cum lorica: [*p.* 155.] metuit homo doctus <sup>t</sup> et sapiens, ne L. Flaccus nunc scelere se alliget, <sup>e</sup> <sup>13</sup> cum jam testem illum effugere non possit: ut, qui ante dictum testimonium sibi temperarit, cum tamen aliquid assequi posset, is nunc id agat, ut ad falsum avaritiæ <sup>f</sup> testimonium, verum etiam

<sup>e</sup> *Fuit sanus.*

<sup>d</sup> *Confutatus.*

<sup>e</sup> *Implicitet.*

<sup>f</sup> *Repetundarum.*

//////////

vet. cod. ap. Faërn. *cum efferretur ipse Faërn. consensuque vestro* ε χ.—10 Cod. Faërn. *præsertim cum.* Mox, *arbitravemur* C H S. Pro *fici* χ habet *feci.* Pro *hospitem*, C S *hominem.* C omittit *amisisti.*—11 Ita plurimi codd. *dimisso* Guelf. et χ. *emisso* cod. Faërn. et Paris. et sic dederunt Lamb. et Lall. probantibus Manut. et Garat.—12 Ita codd. tres Oxon. Pal. 7. Venet. 1483. *Ut istud* Pall. 2. 3. 5. 8. ε χ, Grut. *Ut illud* T. *Est istud* Pall. 1. 4. 6. *At illud* Venet. 1480. *accusationis tuæ* Vat. ap. Faërn. Mox, *postquam biduus* al. ap. Græv. *postquam viduus* al. ibid. *testis a vobis* Steph. *testis nobis* ε. *qua voluit* C.—13 Venet. 1483. Faërn. Lamb. Orell. *nunc se scelere alliget.* Paulo post, *temperavit* χ. Mox, *possit* C S. *etiam* omittunt Faërn. et Lamb.

#### NOTÆ

cadavera dicuntur efferri: hic autem carpit Lælius Cicero, quod in Flaccum Dorylensis illius mortem rejiciat.

<sup>p</sup> *Tuos contubernales*] Contubernales sunt qui simul vivunt: verbum translatum est a militia. Vult autem Cicero ejusmodi hominis testimonium non valere, quia de domo accusatoris productus erat.

<sup>q</sup> *Fiscinam*] Fiscinæ nomine intel-

ligitur omne vasis genus quod ex vimine aut junco, aut simili materia, contextum est.

<sup>r</sup> *Aculeo*] Alludit ad apes, qui sicut infixio aculeo moriuntur, ita Dorylensis ille, prolato contra Flaccum testimonio, periit.

<sup>s</sup> *Biduum retentus*] Cum interrogaretur Mithridates, biduum retentus est a Flacci patronis.

<sup>t</sup> *Homo doctus*] Ironia.

maleficii <sup>u</sup> crimen adjungat. Sed de <sup>14</sup> hoc teste, totoque Mithridatico <sup>x</sup> crimine, disseruit et subtiliter et copiose Q. Hortensius: nos, ut instituimus, ad reliqua pergamus.

XVIII. 42. Caput est omnium Græcorum concitandorum, qui cum accusatoribus sedet, Heraclides ille Temnites, <sup>1 y</sup> homo ineptus et loquax, sed (ut sibi videtur) ita doctus, ut etiam magistrum illorum se esse dicat; et, qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos, nosque quotidie persalutat. <sup>z</sup> Temni usque ad illam ætatem in senatum venire <sup>e</sup> non potuit; et, qui se artem dicendi traditurum etiam ceteris profiteatur, <sup>z</sup> ipse omnibus turpissimis judiciis <sup>a</sup> convictus est. 43. Pari felicitate <sup>3</sup> una legatus venit Nicomedes, qui neque in senatum ulla conditione pervenire potuit, et furti et pro socio <sup>b</sup> damnatus est. Nam princeps legationis, Lysanias, <sup>4</sup> adeptus est ordinem senatorium: sed cum rempublicam nimium amplecteretur, <sup>h</sup> peculatus damnatus, <sup>c</sup> et

<sup>e</sup> Inter senatores numerari.

<sup>h</sup> Diligeret.

uncis inclusit Orell.—14 Sed quoniam de Faërn. Lamb. Orell. crimine omitunt codd. plerique, Venet. 1483. Junt. Crat. Græv. Grut. seqq. Sed de hoc testimonio Mithr. nonnulli codd. totoque Mithr. testimonio cod. H. Steph. deseruit subtiliter Faërn. et Lamb. ad r. pergamus c.

CAP. XVIII. 1 Temenites T. Mox, magistrum aliorum Franc. C S, Mediol. Ald. Junt. Victor. Faërn. Lamb. Græv. magistratum Schutz. se deest in C.—2 Barb. profitetur; Victor. profitebatur. Mox, victus est cod. Faërn. quod ipse præfert, et receperunt Lamb. Brut. et Meronv.—3 Pari feditate H S.—

#### NOTÆ

<sup>u</sup> Maleficii] Non est verisimile Flaccum crimini avaritiæ, quo accusabatur, aliud hominis interfecti crimen addidisse.

<sup>x</sup> Mithridatico] Jam Hortensius dixerat de genere testimonii, quod a Mithridate dictum est: de quo superius.

<sup>y</sup> Temnites] Temnis, seu Temnus, urbs in Æolide, Hermagoræ rhetoris patria; de quo Strabo lib. XIII. loquitur.

<sup>z</sup> Persalutat] Heraclides persalutare dicitur, cum alios officiose salutat quasi ab iis ad salutationem provocatus. In quo ridet hominis ridiculi

ambitionem.

<sup>a</sup> Turpissimis judiciis] Omnibus judiciis condemnatus est, quibus infamiæ nota iniri possit.

<sup>b</sup> Pro socio] Nicomedes damnatus est, quia socium decepit: societas autem fuit quædam inter duos aut plures commoditatis, et lucri causa conventio; condemnatio autem illa pro socio turpissima fuit.

<sup>c</sup> Peculatus damnatus] Peculatus est pecuniæ publicæ, aut sacræ furtum. Ita lib. IX. § 1. D. ad leg. Jul. de pecul. 'Qui ergo ex pecunia sacra, religiosa, publicave quid abstulerit, aut in rem suam vertetit, quive

bona, et senatorium<sup>d</sup> nomen amisit. Hi tres<sup>e</sup> etiam ærarii nostri tabulas falsas esse voluerunt; nam servos novem se professi sunt habere, cum omnino<sup>5</sup> sine comite venissent. Decreto<sup>6f</sup> scribendo primum video affuisse Lysaniam; cujus fratris bona,<sup>g</sup> quod is populo non solvebat, prætor Flacco, publice venierunt:<sup>7</sup> præterea Philippus est, Lysaniæ gener, et Hermobius; cujus frater, Poles, item pecuniæ publicæ<sup>h</sup> est condemnatus. XIX. Dicunt se Flacco, et iis, qui simul essent, drachmarum xv millia<sup>i</sup> dedisse. 44. Cum civitate mihi res<sup>2</sup> est acerrima, et conficientissima<sup>i</sup> literarum; in qua nummus commoveri<sup>i</sup> nullus potest sine quinque prætoribus, tribus quæstoribus, quatuor mensariis,<sup>k</sup> qui apud illos a populo creantur. Ex hoc tanto numero deductus<sup>l</sup> est nemo: et, cum illam pe-

<sup>i</sup> Exigi publice.



4 *Lysanas* ζ. *Lasinias* χ. Mox, ord. senatorum in eodem cod.—5 *Omnes*.—6 *Decreto* in χ.—7 *Idem* cod. *venerunt*. Mox, *Lys. genere* ζ.

CAP. XIX. 1 T XVI milia.—2 *Cum civ. in res T. Cum cupiditate mihi res* Mediol. Mox, *et conficientissima literarum* duo codd. et ed. Wald. *et acerrima literarum* habent codd. aliquot, ed. 1472. et Steph. *et conficiendarum literarum diligentissima* duo codd. Lamb. Græv. Lall. Schutz. Tum, *nullus commoveri*

#### NOTÆ

in aurum, argentum, æs publicum quid indiderit, aut immiscerit, peculatus tenetur.<sup>7</sup>

<sup>d</sup> *Et bona, et senatorium, &c.*] Ulpianus peculatus pœnam hanc fuisse tradit, ut omnia pristina jura, et bona amitteret, qui hoc crimine victus teneretur.

<sup>e</sup> *Hi tres*] Heraclides, Nicomedes, et Lysanias, tabulas Romanas corrumpere voluerunt; dixerunt enim apud ærarii scribas, se novem servos adduxisse secum, cum nullum habeant, ut ipsis major pecunia pro itinere daretur.

<sup>f</sup> *Decreto*] Ostendit Lysaniæ testimonium non valere, quia affuit, cum decretum a Temnitis contra Flaccum latum est.

<sup>g</sup> *Cujus fratris bona*] Ut infirmet magis testimonium Lysaniæ, ait Flac-

co prætor illius fratris bona vendita fuisse, ideoque inimico testi non esse credendum.

<sup>h</sup> *Pecuniæ publicæ*] Condemnatus est vel quia furatus est pecuniam publicam, vel quia debitam non solvit.

<sup>i</sup> *Conficientissima*] Jam innocentiam Flacci probat a sedulitate illorum civium, qui omnia diligentissime scribunt, et apud quos ne nummus quidem dari potest, sine quinque prætoribus, qui a Græcis ἀρχοὺς dicuntur, et quos Cicero prætores appellat.

<sup>k</sup> *Mensariis*] Argentarii, seu mensarii, dicuntur, a mensa quam propositam habebant in publico, ubi pecuniæ numerabantur.

<sup>l</sup> *Deductus*] Ex illis nemo Romam adductus est ad dicendum testimo-

cuniam nominatim Flacco datam referant; majorem etiam aliquam<sup>3</sup> cum huic iidem darent, in ædem<sup>m</sup> sacram reficiendam se perscripsisse dicunt: quod minime convenit; nam aut omnia<sup>n</sup> occulte<sup>4</sup> referenda fuerunt, aut aperte omnia: cum perscribunt nominatim Flacco, nihil timent, nihil verentur: cum operi publico referunt,<sup>o</sup> iidem homines subito eundem, quem contemserant, pertimescunt. Si prætor dedit, ut est scriptum, a quæstore numeravit;<sup>k</sup> quæstor a mensa publica;<sup>l</sup> mensa aut ex vectigali,<sup>p</sup> aut ex tributo. Nunquam erit istud simile criminis, nisi mihi totam rationem omni et personarum genere,<sup>q</sup> et literarum explicaris; 45. vel, quod est in eodem decreto<sup>r</sup> scriptum, homines clarissimos civitatis, amplissimis<sup>s</sup> usos honoribus, hoc prætore circumventos. Cur hi neque<sup>6</sup> in iudicio adsunt, neque in decreto nominantur? non enim credo significari isto loco illum, qui se erigit, Heraclidem.<sup>5</sup> Utrum enim in clarissi-

<sup>k</sup> *Accepit.*<sup>l</sup> *Mensariis.*

Lamb. *moveri nullus* codd. aliquot et edd. ante Lamb.—3 Ita Franc. 1. 2. C S T  $\zeta$ , Paris. Barb. cum edd. Græv. Lall. *aliam* conj. Faërn. receperunt Manut. Lamb. Brut. Verb. Oliv. Pro *iidem* cod. Faërn. habet *fide*; Faërnus ipse mavult *eidem*. Mox, *in eadem faciam*  $\chi$ .—4 C H S T  $\zeta$  *occulta*. Mox, *nihil timeat, nihil veretur*  $\zeta$ . Deinde, *subito* deest in  $\chi$ . *contempserat* in eodem.—5 Cod.  $\chi$  *amplissimos*. Pro *usos* C habet *vos*.—6 *Cur hi nec*  $\chi$ . *in decreto*

## NOTÆ

nium.

<sup>m</sup> *In ædem*] In publicas nempe tabulas retulisse se dixerunt hanc pecuniam ut ædem sacram restaurarent.

<sup>n</sup> *Nam aut omnia*] Argumentatur Cicero, probatque nullam pecuniam Flaccum accepisse nec nominatim, nec in ædem sacram restaurandam.

<sup>o</sup> *Operi publico referunt*] Cum in ædem illam sacram reparandam, relatum esse dicunt, videntur vereri ne datam esse Flaccus neget.

<sup>p</sup> *Ex vectigali*] Vectigal generaliter dicitur quicquid fisco vel reipublicæ imperii nomine præstatur: neque tam certum est quam tributum; nam tributum certa summa est, vectigalis

vero incerta, utpote cujus locatio modo pluris, modo minoris sit.

<sup>q</sup> *Omni personarum genere*] Homines eos intelligit qui dicuntur Flacco pecuniam dedisse, nempe prætores quinque, &c. qui cum nihil de illis drachmis perscripserint, fictum crimen Flacco imponi manifestum est.

<sup>r</sup> *Eodem decreto*] Eodem decreto, quod a Tennitis per legatos huc missum est, probari debet principes civitatis a Flacco deceptos esse, quod probabile non est, cum eorum nemo huic adsit iudicio.

<sup>s</sup> *Heraclidem*] Heraclides fuit, ut jam dictum est, auctor eorum omnium quæ a Græcis contra Flaccum facta sunt.



mis est civibus is, quem <sup>7</sup> judicatum <sup>t</sup> hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit a suis civibus, sed usque Tmolo <sup>u</sup> petivit? cui nullus honos in sua civitate habitus <sup>m</sup> est unquam: res autem ea, quæ tenuissimis <sup>n</sup> committebatur, huic uni in vita commissa sola est.<sup>8</sup> Custos, T. Aufidio <sup>9</sup> prætore, frumento publico est positus: pro quo cum a P. Varino prætore pecuniam accepisset, celavit suos cives,<sup>x</sup> ultroque iis sumtum intulit.<sup>y</sup> Quod posteaquam Temni, literis a P. Varino missis, cognitum atque patefactum est; cumque eadem de re Cn. Lentulus, qui censor fuit, [p. 156.] Temnitarum patronus, literas misisset; Heraclidem istum <sup>10</sup> Temni nemo postea vidit.<sup>z</sup> 46. Atque,<sup>11</sup> ut ejus impudentiam <sup>a</sup> perspicere possitis, causam ipsam, quæ levissimi hominis animum in Flac-

<sup>m</sup> *Magistratus delatus.*

<sup>n</sup> *Pauperrimis.*

//////////

*minantur*  $\zeta$ . Mox, *Heraclidam* Barb. C H S, et Venett. 1480. 1483.—7 Cod.  $\chi$  *isque*. Mox, *Tymolo* edd. vet. Naug. Hervag. *Timolo* C S  $\zeta$ , Venet. 1483. *tinolo*  $\chi$ . *molo* Vat. ap. Faërn. *Tmolo* est in Barb. aliisque codd. Venet. 1480. Mannt. Grut. et recentt. Deinde, *est nunquam*  $\chi$ .—8 Ita plerique codd. et edd. vet. *una in v. c. sola est* codd. Vat. et Reg. Lamb. Mannt. Lall. Beck. et sic Faërn. ut volebat Huld. et Brem. *una in v. c. soli est* Camer. et Steph. *una in v. c. est, deleta sola*, conj. Faërn.—9 *Confidio*  $\zeta$ . in *frumento* C H S, Vat. ap. Faërn. Barb. Venett. 1480. 1483. Naug. et Hervag. ita quoque T, sed omisso *pratore*. Actutum, *publice* S et Venett. 1480. 1483. Mox, pro *Varino*, quod exhibent plerique codd. *Varrinio* legitur in T. *Varrinio* Faërn. Schutz. et Orell. *Varcno* al. Hoc nomen deest in  $\chi$ .—10 Cod.  $\zeta$  *istud*.—11 *At C.* Mox, *causam ipsius, quæ* C H S.

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Judicatum*] Non ille Heraclides inter primarios civitatis numerandus est, contra quem jam sententia lata est, et qui pecuniæ Hermippo debitaē condemnatus est. Cum vero quis judicatum non solvebat, ejus cui debebat addicebatur potestati: cum autem hic Heraclides Hermippo addictus esset, ab eo secum Romanus ductus est.

<sup>u</sup> *Usque Tmolo*] Non petivit ille hanc legationem nisi ab usque Tmolo. Tmolus autem mons fuit in Lydia, ad cujus radices fontes Pactoli fuerunt, et in vertice castellum ejus-

dem nominis. Vide Strab. lib. x. et XIII.

<sup>x</sup> *Celavit suos cives*] Negavit se aliquam pro hoc munere pecuniam accepisse.

<sup>y</sup> *Sumtum intulit*] A suis civibus pro mercede pecuniam accepit, licet jam a Varino accepisset.

<sup>z</sup> *Nemo postea vidit*] An fugit e patria, ne suis civibus penas daret.

<sup>a</sup> *Atque, ut ejus impudentiam*] Ostendit jam quam nulla fides sit Heraclidæ adhibenda, propter singulari ejus fraudem, quam exponit.

cum incitavit, quaeso, cognoscite. XX. Fundum Cymæum<sup>1</sup> Romæ mercatus est de pupillo Meculonio. Cum verbis se locupletem faceret; haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis; pecuniam sumpsit mutuam<sup>2</sup> a Sex. Stola, iudice hoc nostro, primario viro, qui et rem agnoscit, neque hominem ignorat; qui tamen credidit P. Fulvii Veratii, lectissimi hominis, fide.<sup>b</sup> Ei cum solveret,<sup>3c</sup> sumpsit a C. et M. Fufiis, equitibus Romanis, primariis<sup>d</sup> viris. Hic<sup>e</sup> hercule, cornici<sup>+</sup> oculum,<sup>f</sup> ut dicitur: nam hunc Hermippum, hominem eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit;<sup>g</sup> ejus enim fide sumpsit a Fufiis. Securus Hermippus Temnum proficiscitur, cum iste<sup>h</sup> sese<sup>5</sup> pecuniam, quam hujus fide<sup>i</sup> sumserat, a discipulis suis diceret Fufiis persoluturum: habebat enim rhetor<sup>k</sup> iste adolescentes quosdam locupletes, quos dimidio redderet stultiores, quam acceperat, ubi nihil possent discere, nisi ignorantiam



CAP. XX. 1 *Cuncum*  $\zeta$ . *cunicum*  $\chi$ . *Cineum* Franc. 1. Mox, *Metalonio* T. *M. Aculeone* conj. Pantagath. de *P. Maculonio* Ursin. *P. Meculanio* conj. Grut.—2 Pro *mutuam*, cod. Faërn., Guelph. Barb.  $\zeta$   $\chi$ , habent *tum*; ed. Wald. *tamen*; C S, Rom. Brix. Venet. 1480. *mutuum*. Et *mutuum* et *tum* gloss. videntur Beckio. Mox, *Scola* Junt. *Siloga* Lamb. *Silloga* Faërn. *primario* deest in T. Pro *agnoscit*, Venet. 1480. Junt. *cognoscit*; Græv. conj. *noscit*. Deinde, *Neratii* vet. cod. ap. Manut. *Nerati* Vat. ap. Faërn. *Veratii* ceteri. Pro *fide*, quod servant plurimi codd. Faërn. Græv. Beck. Schutz. Orell. *fidei* habent  $\chi$ , edd. vett. Lamb. Grut. al. ante Ernesti.—3 *Is cum solv.* C H S T  $\zeta$ , et edd. vett. *Ei c. solv.* e Vat. receperunt Lamb. et Grut. *solverat* T. *solverent*  $\chi$ . Mox, *Fusiis* edd. vett. *Suffiis* T. a *Fusiis* C.—4 Cod.  $\zeta$  *conici*. Mox, cui debet C H S. *perculit* Pantagath.—5 Pro *sese* Faërn. scribi jussit

#### NOTÆ

<sup>b</sup> *Credidit P. Fulvii . . . fide*] Mutuum dedit spondente Fulvio.

<sup>c</sup> *Solveret*] Pecuniam videlicet pro fundo debitam solveret.

<sup>d</sup> *Primariis*] Primarii dicuntur, qui præcipui inter honestos cives habentur.

<sup>e</sup> *Hic*] Hic, id est, in hac mutuatione, et in ea re.

<sup>f</sup> *Cornici oculum*] Cornicum oculos confixit: proverbium est de iis dici solitum, qui quamvis acutos et cantos

homines, tamen in fraudem eos inducunt: sumtum a cornicibus, quod aves sint cautissimæ, et facile insidias providentes.

<sup>g</sup> *Percussit*] Percussit metaphorice dixit, id est, in fraudem induxit.

<sup>h</sup> *Cum iste*] Heraclides.

<sup>i</sup> *Hujus fide*] Id est, Hermippo spondente.

<sup>k</sup> *Habebat enim rhetor*] Ridet ineptiam hujus rhetoris, et ejus scholasticos.

literarum.<sup>6</sup> 47. Neminem quidem adeo infatuare<sup>a</sup> potuit, ut ei nummum ullum crederet.<sup>1</sup> Itaque, cum Roma clam esset profectus, multosque minutis mutuacionibus<sup>7</sup> fraudavisset, in Asiam venit, Hermippoque percontanti de nomine Fufiano,<sup>b</sup> respondet, se omnem pecuniam Fufiis persolvisse. Interim, neque ita longo<sup>c</sup> intervallo, libertus a Fufiis cum literis ad Hermippum venit: pecunia petitur ab Hermippo: Hermippus ab Heraclide petit; ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, et fidem suam liberat:<sup>d</sup> hunc æstantem<sup>e</sup> et tergiversantem iudicio ille persequitur: a recuperatoribus<sup>m</sup> causa cognoscitur. 48. Nolite existimare, iudices, non unam et eandem omnibus in locis esse fraudatorum et inficiatorum<sup>n</sup> impudentiam: fecit eadem omnia, quæ nostri debitores solent: negavit sese omnino versuram ullam<sup>o</sup> fecisse Romæ: Fufiorum se affirmavit nunquam omnino nomen audisse: Hermippum vero ipsum, pudentissimum atque optimum virum, veterem amicum atque hospitem meum, splendidissimum atque ornatissimum civitatis suæ, probris omnibus maledictisque vex-

<sup>a</sup> *Facere futuum.*

<sup>b</sup> *De debito Fufiorum.*

<sup>c</sup> *Paulo post.*

<sup>d</sup> *Persolvit, quod promiserat.*

<sup>e</sup> *Iratum.*



se. Paulo post, *diceret* deest in  $\zeta$ .—6 Verba, *ubi nihil p. d. n. i. lit. absunt* a Vat. *nil possint* habet C. Actutum, *neminem tamen* Lamb. e conjectura Faërii. *infaturare* C. *nummum illum crederet*  $\zeta$ . *crederetur*  $\chi$ .—7 Cod.  $\zeta$  *mutacionibus*. Mox, *respondit* Barb. C H S T. ‘*Se omnem*] Ab his verbis lacuna est in Guelf. usque ad verba, ‘*Sed exponam,*’ &c. c. 23.’ *Ernesti*. Eadem lacuna est in Barb. In  $\zeta$   $\chi$  desunt verba post ‘*omnem*’ usque ad

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Crederet*] Id est, nemo ei mutuo dare volebat: inde credita potius pecunia, quam debita dicitur.

<sup>m</sup> *A recuperatoribus*] Recuperatores iudices erant, qui a prætore in privatis controversiis, quæcumque de re ageretur, dabantur; quos a recuperando dictos apparet, quod per eos suum quisque jus recuperare posset.

<sup>n</sup> *Inficiatorum*] Inficiatores hic appellat qui negant debita.

<sup>o</sup> *Versuram ullam*] Versuram facere, seu mutuum pecuniam sumere, ex eo dictum est, quod initio mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, sed ut aliis solverent, velut verterent creditorem. ‘*Versuram facere*’ nonnunquam simpliciter æs alienum contrahere dicitur.

avit.<sup>8</sup> Sed cum se homo volubilis<sup>f</sup> quadam præcipiti cele-  
ritate dicendi illa oratione<sup>9</sup> jactaret, repente, testimoniis  
Fufiorum nominibusque<sup>p</sup> recitatis, homo audacissimus  
pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaque recuperatores  
contra istum rem minime dubiam prima actione<sup>q</sup> judica-  
verunt. Cum judicatum non faceret,<sup>r</sup> addictus Hermippo,  
et ab hoc ductus est. XXI. 49. Habetis et honestatem<sup>s</sup>  
hominis, et auctoritatem testimonii, et causam omnem si-  
multatis.<sup>t</sup> Atque is<sup>u</sup> ab Hermippo missus,<sup>8</sup> cum ei pauca  
mancia vendidisset, Romam se contulit: deinde in Asiam  
rediit, cum jam frater meus Flacco successisset, ad quem  
adiit, causamque ita detulit; recuperatores, vi Flacci co-  
actos et metu, falsum invitos judicavisse.<sup>x</sup> Frater meus,  
pro sua æquitate prudentiaque, decrevit, ut, si judicatum  
negaret,<sup>y</sup> in duplum iret;<sup>z</sup> si metu coactos diceret, ha-  
beret eosdem recuperatores. Recusavit: et, quasi nihil  
esset actum, nihil judicatum, ab Hermippo ibidem man-  
cipia, quæ ipse ei vendiderat, petere cœpit. M. Grati-  
dus, legatus,<sup>a</sup> ad quem est aditum, actionem se daturum

<sup>f</sup> Loquax.

<sup>8</sup> Demissus.

//////////

<sup>t</sup> quamobrem, c. 23. In C T desunt pecuniam . . . quid in re fit.—8 H S, Ven. 1480. 1483. et Nang. *rebat*.—9 Ita plurimi codd. cum edd. Grut. Verb. seqq. in illa oratione H S, edd. vet. Lall. Beck. Orell.

#### NOTE

<sup>p</sup> *Nominibus*] Nomina aut tabulæ, in quibus Heraclides se a Fufiis pecuniam accepisse confitebatur.

<sup>q</sup> *Prima actione*] Actio prima dicitur, cum causa non ampliata, sed statim atque res exposita fuit, judicatur.

<sup>r</sup> *Cum judicatum non faceret*] De eo superius dictum est § 45.

<sup>s</sup> *Habetis et honestatem*] Ironia.

<sup>t</sup> *Simultatis*] Exposuit causam odii, quod Flaccum inter et Heraclidem fuit.

<sup>u</sup> *Atque is*] Heraclides.

<sup>x</sup> *Falsum invitos judicavisse*] Conquestus est Heraclides apud Q. Ci-

ceronem, recuperatores injustam sen-  
tentiam et falsam tulisse.

<sup>y</sup> *Si judicatum negaret*] Judicatum negaret, id est, si contenderet male recuperatores judicavisse, velletque ut iterum causa illa judicaretur.

<sup>z</sup> *In duplum iret*] Si convictus esset, duplum solveret, scilicet et pecuniam de qua agebatur, et eam quam deposuerat: quam, si vinceret, reciperet; si vinceretur, amitteret.

<sup>a</sup> *Legatus*] Quinti Ciceronis Grati-  
dus legatus negavit actionem se daturum; id est, potestatem vocandi in judicium.













UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 419 573 1



3 1158 01182 5832

SOUTHERN BRANC  
IVERSITY OF CALIF  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF

